13
6 I
311
13-6.F.25

O
VIIII
7.

DE LEGITIMO CONTRADICTORE,

Ad l.fin.C.de edic.D.Adr.toll.

OPVS

IN QVO OMNES PROPEMODVM CASVS proponuntur, atque explicantur, quibus in controuerſiam vocari poteſt,

AN QVIS ADVERSVS DICTÆ LEGIS BENEFICIVM legitimus ſit contradictor, non ſolùm in materia profana, aut indifferenti, verùm etiam in beneficiali, emphyteutica, & feudali.

Auctore

CÆSARE ARGELO I. V. D.

ac in Bonon. Gymnaſio Iuris Ciuilis Ordinarij publico interprete.

CVM DVPLICI INDICE;

Altero Quæſtionum, & Articulorum; altero rerum, & verborum, quæ in toto Opere continentur locupletiſſimo.

Ad Ill.mum & Reu.mum Cardinalem, ac Principem Excell.mum

D. CAROLVM MEDICES.



VENETIIS, Apud Euangeliſtam Deuchinum. M. DC. XVI.

Superiorum permiſſu, & Priuilegijs.

Capucinorum + Rome

PRæſens liber de Legitimo Contradictore Ad l. finalem, C. de Edicto Diui Adriani tollen. &c. Excellentiſs. I.V.D. Cæſare Argelo in Bonon. Gymnaſio Iuris Ciuilis Ordinarij public. Interprete, fuit Venetijs examinatus, & diligenter reuiſus, atque liberè impreſſioni admiſſus.

Ita eſt Fr. Ioan. Dominicus Vignutius Sacræ Theol. Magiſter Ordinis Prædicatorum, Generalis Inquiſitor &c.

ILLVSTR.MO ET REVER.MO

CARDINALI,

AC PRINCIPI EXCELL.MO

Domino Colendiſsimo,

D. CAROLO MEDICES.

OPTAVI iamdiù, Cardinalis Illuſtriſſime, ac Princeps Excellentiſſime, me in numerum eorum referri, quos tanquam tibi addictiſſimos agnoſcis, quos tuo tutiſſimo præſidio foues, diuq. intimo animi affectu, ac profunda quadam, internaq. veneratione tuam celebrem familiam, te ipſum, tuasq. præclaras, atque excelſas virtutes colui; nunquam tamen antea id tibi ſignificandi occaſionem ſum nactus, nimiùm enim interuallum inter tuam Celſitudinem, & meam imbecillitatem eam prohibebat. Quid enim me tibi offerrem, cui nihil præſtare poteram? quid tuum patrocinium implorarem, qui nullis meritis illud poteram ſperare? quid te, aut literis, aut præſenti veneratione interpellarem, quem ab infimo turbari viro nefas erat? Non tamen potuit tantum diſcrimen, ne minimam quidem ardentis meæ voluntatis ſcintillam extinguere, neque vnquam efficere, vt quod ſperare non audebam, omninò deſperarem; quod implorare timebam, deſiderare ceſſarem; ſingularis enim humanitas, tibi, totique Mediceæ familiæ, clariſſimo

Italiæ ſplendori inſita, tuarumq. abſolutiſſimarum virtutum, conſtantiſſima fama, per omnes Regiones longè, lateque vagata ſpem aliquam deſiderij altricem, animo inijciebat meo, ita vt eius alimento, deſiderium in dies augeretur, & tandem ſummè auctum, vi quadam iam inuincibili eò impulerit, vt non potuerim me continere, quin illud quod interno fouebam animo, externa tandem ſignificatione detegerem. Quamobrem libellum, quem ſuperiori anno de legitimo contradictore conſcripſi, tuo nomini dicandum ſtatui, vt ſit tibi eximiæ venerationis erga te meæ indicium, vt ſit tui in me patrocinij impetrator, vt publicum ſit omnibus teſtimonium me ſub tuo vexillo in literario campo militem agere velle. Tu ea, qua polles incredibili humanitate audaciam excuſa, ea qua præſtas ſumma auctoritate mihi, opuſculoq. meo, quinimo iam tuo patrocinare. Maximus, ne parua contemnas, quando & parua à magno proficiſcuntur animo; quando & parua à magnis ſuſcepta non vileſcunt; quando & parua glorioſo nomine inſignita, vt magna, & glorioſa conſpiciuntur. Diu felix vale, teque Sacroſanctæ Eccleſiæ, cuius fortiſſimus es cardo, familiæ Mediceæ, cui præclaro es ornamento, tuisq. omnibus, quorum munitiſſimum es præſidium, diutiſſimè ſerua.

Humillimus, atq; addictiſſimus ſeruus

Cæſar Argelus.

Auctor ad Lectorem.

Conſueuere plerique Iuris noſtri profeſſores, nimiam, tum in Iure Pontificio, tum Cæſareo Auctorum copiam grauiter deteſtari, ac deplorare; & quidem non immeritò, vt opinor, multi enim vel inanem gloriam ſectantes, vel præclarum ingenij acumen oſtentantes, dum ius ciuile, aut Pontificium ſuorum ſcriptorum quaſi facibus illuſtrare, ſibi ipſis perſuadent, vel contentioſarum ſubtilitatum, atque inutilium ambagum, quaſi fumo ſolidas ſæpe, ac celebres veterum ſententias impugnantes illud quam maximè obtenebrant, vel aliorum dicta, aut verboſius, aut ineptius repetentes actum agunt. Adeo tamen acriter nonnulli hoc grauiſſimum apud eos vitium euitare conantur, vt nouas quaſque ſcriptorum lucubrationes, plus æquo contemnant, atque accuſent, ita vt ne legendo quidem, an quid boni, an quid antea, aut nullo modo, aut non ſatis perfectè tractatum complectantur, animaduertere ſuſtineant, aut ſi opus editum legant graui prius concepto contemptu cuncta in aduerſum trahentes ſenſum, ſæpe quod laudem promeretur, odio damnent. Quod vitium licet non minus, quam ambitioſam ſcriptorum multitudinem ſemper fuerim execratus, non tamen fieri potuit, quin horum morſus hactenus grauiter timuerim, atque adeo quidem, vt animum ad aliquod opus publicandum nunquam potuerim appellere. Verum vt ſeatentiam nunc mutauerim non leuis poſtulauit occaſio, dum enim, anno ſuperiori aduerſa oculorum valetudine à publico profitendi munere, quod maximi poterat eſſe detrimenti abſtinere, & à patria ob aeris intemperiem valde oculis aduerſam abeſſe cogerer, Romamq. ab omni propemodum cura, valetudinis curatione excepta, vacuus me recepiſſem otij perpetui impatiens (ingenium enim ab omni ~~prorſus ſtudia alienum nimis torpeſcere~~ videbatur) interpretationi l. finalis, C. de edict. D. Adr. toll. conſcribendæ me tradidi. Obiurgabant quidem ſæpe, & amici, & coniuncti, quibus ob neceſſitudinis vinculum, & ſanguinis coniunctionem mea quamuis exigua ſtudia deliteſcere non poterant; Suſpicabantur enim ne omnis oculorum acies inficeretur, non tamen ita ab omni opere retrahere me potuerunt, aut certe (aliquid impatientiæ meæ indulgentes) voluerunt quin d. legis interpretationem, ſaltem rudi quodam modo perfecerim, & ad eam redegerim rudem formam, quam, & temporis breuitas, & valetudinis imbecillitas conceſſere. Opus iiſdem non omninò inutile eſt viſum, adeo quidem, vt qui à ſtudijs antea deterribant ad eorum promulgationem ceperint impellere; quo factum, vt dictam interpretationem qualiſcunq; ea ſit promulgandam decreuerim; malui enim amicorum ſuaſionibus impulſus in periculum alicuius detractionis incidere, quàm eorum monita ſpernens, iura amicitiæ, & conſanguinitatis, ne leuiter quidem lædere. Vnicam tamen partem (in ſex enim totum opus diſtributum eſt) duplici ex cauſa promulgandam ſtatui, altera eſt, vt periculum faciam quid de ea ſentiant Iuris profeſſores, vt ſi eam non parui facere intelicxero reliquas ſecurius edam; ſin contra pedem referam. Altera vero, vt diſcendi occaſionem, & auxilium, tum pro hac parte ſi opus fuerit perpolienda, tum

eius exemplo pro reliquis, & corrigendis, & excolendis nanciſcitur; Spero enim me ab honeſto quoque & docto viro impetraturum (quod enixe rogo, atque contendo) vt eorum quos reperiet in huiuſmodi opuſculo errorum monitum amicè me faciat, doctiſſimisq́. rationibus, ac ſolidiſſimis meos lapſus indicans, opem ad reſurgendum ferat, quod ſi vt ſpero obtinuero, optimè mecum actum pro certo habebo, tantumq́. huic commodo tribuam, vt obtrectatorum omnium, qui maleuolo animo quaſi à tergo latrantes ſtudijs meis detrahere contendent conatum ſim contempturus plus commodi, atque vtilitatis bonorum auxilio, ac doctrina, quam damni malorum latratibus me percepturum pro certo habens. Hanc igitur partem, quam pre vtilitate materiæ, ita in delicijs habui, vt licet in ordine ſecundum ſibi in toto opere locum vindicare deberet, primum tamen tribuerim, benigne Lector accipe, reliquas quinque tunc demum accepturus, quando hanc in bibliopolarum officinis quaſi erubeſcentem non delitescere, ſed cum aliquo decore in Iureconſultorum inſignium publicum conſpectum prodeuntem, reliquis viam quaſi ſternere, atque alacritatem quandam, ac promptitudinem ad prodeundum inijcere intellexero. Vt autem quid totum opus ſit complexurum facile intelligas, ſingulas partes mox deſcriptas animaduerte. Vale.

Prima Pars. Quibus huius legis beneficium competat.
Secunda. Aduerſus quos competat, vel non, ſeu qui aduerſus illud ſint legitimi contradictores.
Tertia. Pro quibus bonis competat.
Quarta. Coram quo Iudice.
Quinta. Quæ in eo intentando ſint neceſſaria.
Sexta. Quæ remedia ad illud euitandum poſſint adhiberi.

IN-

I N D E X

OMNIVM QVAESTIONVM, ET ARTICVLORVM,

qui in toto hoc Opere continentur.

QVAESTIO PRIMA, fol. 2.

QVAE vniuerſaliter de legitimo Contradictore ſint præmunienda fol. 2

1 Primus Articulus, quis ſit legitimus Contradictor, f.2

2 Secundus, qualis ſit legitimus contradictor, ſeu quæ ſint in communi legitimi contradictoris conditiones, & circunſtantiæ, fol.2.verſ.

QVÆSTIO SECVNDA, fol. 3. verſo.

Secunda quæſtio eſt de contradictore indirecto, qui non contradicit per uiam exceptionis, ſed idem remedium ipſe quoque intentat, an ſit legitimus contradictor, & ad quem finem, ſeu effectum, continet artic.13.

3 Primus, quando uenit aduerſus inſtitutum in teſtamento ui alterius teſtamenti ab eodem teſtatore conditi, uel aduerſus prouiſum apoſtolicum uirtute alterius prouiſionis æquipollentis ante ſententiam. f.6

4 Secundus, quando uenit cum alio teſtamento eiuſdem, uel alia prouiſione apoſtolica poſt ſententiam, & ante immiſsionem. f.13

5 Tertius, quando uenit cum alio teſtamento ab eodem teſtatore condito, vel cum alia prouiſione, poſt ſententiam, & immiſsionem. f.14.verſo.

6 Quartus, quando venit ex alio teſtamento ab alio teſtatore condito, vel alia prouiſione, occaſione alterius uacationis obtenta. f.16

7 Quintus, quando venit ex alio teſtamento ab alio teſtatore condito, & diuerſum titulum prætendit, nempè fideicommiſsi. f.17.verſ.

8 Sextus, quando ambo veniunt ex eodem teſtamento, quia fortè ex circumſcriptione hæredis duo videantur circumſcripti, quorum vterque ſe eum eſſe, qui vocatus eſt, prætendit, cum tamen appareat teſtatorem alterum tantum voluiſſe. f.20

9 Septimus, quando veniunt ex eodem teſtamento, & parem prætendunt titulum quantum ad genus, quia fuerint inſtituti, non quantum ad ſpeciem, aut num. quia neque in ead. inſtitutione ſint uocati, neq; in æquali, ſed cum alter fuerit inſtitutus vniuerſaliter, is in quota fuerit inſtitutus, puta tertia vel ſimili. f.22

10 Octauus, quando venit per inſtitutione in re certa factam in eod. teſtam. f.23

11 Nonus, quando venit ex eodem teſtamento, & diuerſum prætendit titulum, nempe ſubſtitutionis directæ. f.23.verſ.

12 Decimus, quando venit ex eodem teſtamento, & diuerſum prætendit titulum, nempè fideicommiſsi vniuerſalis. f.25.verſo.

13 Vndecimus quando venit ex eod. teſtamento: & diuerſum prætendit titulum nempè legati, fideicommiſsi ſingularis, donationis cauſa mortis de re ſingulari. f.28

14 Duodecimus, quando venit ex eodem teſtamento, & eodem titulo, ſed oblique, quia ambo ſe fideicommiſſarios prætendam. d.fol.28

Deci-

15 *Decimus tertius, quando venit ex diuerſa diſpoſitione, nempè donationis cauſa mortis, vel de tota, uel de quota.* *d.fol.*28. *verſ.*

QVAESTIO TERTIA, fol. 29.

Quando contradictor venit per viàm exceptionis ſolum ex eo, quia fuit citatus ab hærede, non allegans, nec titulum, nec poſſeſſionem; continet autem ſex Articulos.

16 *Primus, quando citatus venit ante ſententiam, ſeu iuſſum de immittendo, & citatio fuerat pura, cui æquipollet, quando quis fuit citatus coram executore litterarum Apoſtolicarum, & eodem modo comparuit.* *fol.*30. *verſ.*

17 *Secundus, quando venit ante dictam ſententiam, & citatio fuit conditionalis, ſi ſua putat intereſſe.* *fol.*35.*verſ.*

18 *Tertius, quando uenit poſt dictam ſententiam, ſed ante immiſsionem, & citatio fuit pura.* 38

19 *Quartus, quando uenit poſt dictam ſententiam, ſed ante immiſsionem, & citatio fuit conditionalis, ſi ſua putat intereſſe.* 40

20 *Quintus, quando uenit poſt ſententiam & immiſsionem, ſiue citatio fuerit conditionalis, ſiue pura.* *fol.*41. *uerſ.*

21 *Sextus, an Clericus coram Iudice ſeculari citatus eodem modo fiat contradictor, quo Laycus.* *fol.*43.*uerſ.*

QVAESTIO QVARTA, fol. 44. verſo.

Quando uenit eo quod poſsidet; non tamen aut fuit citatus, aut titulum habet, continet tres articulos.

22 *Primus, quando poſſeſsionem obtinuit uiuente teſtatore.* 45

23 *Secundus, quando poſseſsionem obtinuit mortuo teſtatore ab hærede.* *f.*47.*uerſ.*

24 *Tertius, quando poſſeſsionem obtinuit mortuo teſtatore à tertio.* 49

QVAESTIO QVINTA, fol. 50. verſ.

Quando contradictor uenit ex eo tantum, quod titulum habeat, non autem poſſidet, aut fuit citatus, continet decem articulos, quorum quinque hic examinantur cæteri alibi.

25 *Primus, quando titulum uiuente teſtatore obtinuit ab hærede.* 51

26 *Secundus, quando titulum uiuente teſtatore obtinuit à tertio.* 53

27 *Tertius, quando titulum uiuente teſtatore obtinuit ab eodem.* *fol.*55.*uerſ.*

28 *Quartus, quando titulum mortuo teſtatore obtinuit ab hærede.* 57

29 *Quintus, quando titulum mortuo teſtatore obtinuit à tertio.* *fol.*58. *uerſ.*

QVAESTIO SEXTA, fol. 58. verſ.

Quando contradictor uenit allegando titulum, & poſſeſsionem, quorum utrumque uiuo teſtatore obtinuit, continet articulos tres.

Primus,

30 *Primus, quando vtrumque nempè & titulum, & poſſeſsionem à teſtatore obtinuit.* f.59
31 *Secundus, quando vtrumque ab alij non vero à teſtatore obtinuit, iuſta tamen eſt eius poſseſsio.* f.60
32 *Tertius, quando iniuſtam, & vitioſam poſſeſsionem obtinuit, puta ſpoliatiuam, ſiuè iuſtus eſſet titulus, ſiuè iniuſtus.* f.60.verſ.

QVAESTIO SEPTIMA, fol. 61.

Quando contradictor uenit allegans, & titulum, & poſſeſsionem, quorum vtrumque mortuo teſtatore obtinuit, continet autem nonem articulos hoc loci diſcutiendos licet & alij contineri poſſent, qui in quæſtione an, & quando fideicommiſſar ius ſit legitimus contradictor, explicabuntur.

33 *Primus, quando vtrumque à tertio obtinuit.* f.62
34 *Secundus, quando vtrumque ab hærede.* f.62.verſ.
35 *Tertius, quando titulum à tertio, poſſeſsionem ab hærede.* f.63
36 *Quartus, quando titulum à tertio poſſeſsionem à ſe.* f.64
37 *Quintus, quando titulum ab hærede, poſſeſsionem à tertio.* f.66
38 *Sextus, quando titulum ab hærede, poſſeſsionem à ſe.* f.67
39 *Septimus, quando titulum ab hærede obtinuit, & poſſeſsionem à ſeipſo, venit autem ad contradicend. fideicommiſſario ab eodem teſtatore vocato, à quo inſtitutus hæres, cui alias hoc beneficium competeret, quia forte iura hæreditaria in eum tranſlata.* fol.68.verſ.

QVAESTIO OCTAVA, fol. 71.

Quando allegat poſſeſsionem viuo teſtatore acquiſitam, titulum vero eo mortuo, duos tantum articulos continere poteſt.

40 *Primus, quando obtinuit titulum ab hærede.* f.71.verſ.
41 *Secundus, quando obtinuit titulum à tertio.* f.72

QVAESTIO NONA, fol. 72. verſ.

Quando contradictor allegat titulum viuente teſtatore acquiſitum, poſſeſsionem eo mortuo, continet ſex artic.

42 *Primus, quando poſſeſsionem ab hærede obtinuit, titulum verò vel ab hærede, vel à defuncto, vel à tertio.* f.73
43 *Secundus, quando titulum à defuncto, poſſeſsionem à ſe.* f.74
44 *Tertius, quando titulum à defuncto, poſseſsionem à tertio.* f.77.verſ.
45 *Quartus, quando titulum à tertio obtinuit, poſſeſsionem à ſe.* f.79
46 *Quintus, quando titulum ab hærede, poſſeſsionem a tertio.* f.81
47 *Sextus, quando titulum ab hærede, poſſeſsionem a ſe.* f.81.verſ.

QVAESTIO DECIMA,
d.fol.81.verſ.

An, & quando fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor, continet articulos vigintiduo.

48 *Primus, quando fideicommiſſarius non poſſidet, nec poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem.* f.82.verſ.

49 *Secundus, quando fideicommiſſarius non poſſidet, ac poteſt propria auctoritate poſſeſſionem capere, teſtatore ſic concedente.* f.84

50 *Tertius, quando fideicommiſſarius obtinuit poſſeſſionem ab hærede mortuo teſtatore.* f.86

51 *Quartus, quando fideicommiſſarius obtinuit poſſeſſionem ab hærede viuente teſtatore.* f.86.verſ.

52 *Quintus, quando propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit facta ſibi ab hærede reſtitutione verbali.* f.87

53 *Sextus, quando fideicommiſſarius facta ſibi reſtitutione verbali ab hærede totam hæreditatem obtinuit, quia vero dantur detractiones hæres grauatus vult immitti in poſſeſſionem, vt detrahenda detrahere poſſit, an fideicommiſſarius poſſidens ſit legitimus contradictor.* f.88.verſ.

54 *Septimus, quando fideicommiſſarius poſſeſſionem propria auctoritate cepit, teſtatore id ſic permittente.* f.90

55 *Octauus, quando ſi fideicommiſſarius hærede poſſidente, & ſic plena poſſeſſione, in uim conceſſionis ſibi factæ, bona occupauerit, nulla tamen ui, aut fraude adhibita, an iuſtè poſſideat, ita ut legitimus ſit contradictor.* f.91

56 *Nonus, quando fideicõmiſſarius poterat propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, & fuit ingreſſus, hæres autem ob detractionem trebellianicæ, ſibi competentem immiſſionem petit.* f.94

57 *Decimus, quando fideicommiſſarius poterat propria auctoritate poſſeſſionem capere, & cepit, hæres autem ob detractionem, ſibi legitima competentem immiſſionem prætendit.* f.96

58 *Vndecimus, quando poſſeſſionem fideicommiſſarius iuſte obtinuit, iuxta terminos ſuperiorum articulorum, hæres autem uti creditor hæreditarius immiſſionem prætendit, eo conſilio, ut detrahat primo quod, ſibi debetur, reliquum deinde reſtituat.* f.98

59 *Duodecimus, quando fideicommiſſarius iuxta terminos proxime præteritorum articulorum poſſeſſionem obtinuiſſet, hæreditas autem eſſet prægrauata ære alieno, non erga hæredem, ſed erga extraneos, hæres autem uellet immitti, ut ipſe primo ſatisfaceret creditoribus hæreditarijs, reliquum deinde fideicommiſſario reſtitueret.* fol.99

60 *Decimustertius, quando ſumus in illis caſibus in quibus de iure cenſetur facta reſtitutio, ſeu pro facta habetur, & fideicommiſſ. ui talis reſtitutionis, propria auctoritate poſſeſſionem corporalem obtinuit.* d.f.99.verſ.

61 *Decimusquartus, quãdo obtinet poſſeſſionem non uacantem propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente.* f.101

62 *Decimusquintus, quãdo obtinuit poſſeſſionem uacantem propria auctoritate, nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti docere de ſuo iure.* d.f.101.verſ.

63 *Decimusſextus, quando poſſeſſionem uacantem fideicommiſſarius obtinuit propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente, tamen paratus eſt incontinenti de iure ſuo docere.* f.102.verſ.

Deci-

64 *Decimus ſeptimus, quando obtinuit poſſeßionem ante aditam hereditatem propria auctoritate nullo iure id concedente, nec eſt paratus incontinenti de iure ſuo docere.* f.105
65 *Decimusoctauus, quando propria auctoritate obtinuit poſſeſsionem nullo iure concedente poſt aditam hereditatem, & eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo.* fol. 105.verſ.
66 *Decimus nonus, quando obtinuit poſſeſsionem à tertio priuato, & paratus eſt incontinenti docere de iure ſuo.* f.106.verſ.
67 *Vigeſimus, quando obtinuit poſſeſsionem à tertio, & non eſt paratus docere de iure ſuo incontinenti.* f.107
68 *Vigeſimus primus, quando obtinuit poſſeſsionem ex auctoritate Iudicis, ſiue paratus ſit docere incontinenti de iure ſuo, ſiue non.* d.f.107
69 *Vigeſimus ſecundus, quando fideicommiſſarius vi vnius fideicommißi vult impedire immiſsionem alterius venientis ex alio fideicommißo.* f.108

QVAESTIO VNDECIMA,
fol. 108. verſ.

An, & quando venientes ab inteſtato legitimi ſint contradictores, continet articul. 7.
70 *Primus, quando venientes ab inteſtato, non poßident, nec allegant quid excluſiuum iuris heredis inſtituti, puta teſtamentum abolitum.* f.109
71 *Secundus, quando poſsident nihil tamen allegant, quod ſit excluſiuum iuris heredis.* f.110.verſ.
72 *Tertius, quando non poſsident, ſed contradicendo allegant vitium viſibile teſtamenti in parte ſubſtantiali, & heres non adiuuat teſtamentum teſtibus.* f.111
73 *Quartus, quando non poßident, & allegant vitium viſibile teſtamenti, puta abolitionem, heres autem vellet incontinenti probare illud cancellationis vitium non eſſe conſiderabile.* f.112
74 *Quintus; quando extat ſtatutum continuatiuum poſſeßionis defuncti in heredem, ideo venientes ab inteſtato quaſi poſsidentes vi huius ſtatuti, contradicunt.* fol. 113.verſ.
75 *Sextus; quando allegant vitium viſibile, & ſunt parati incontinenti de eo docere de hoc, & ſequenti agitur in tractatu de exceptionibus, quæ aduerſus hoc beneficium competunt.*
76 *Septimus, quando allegant vitium inuiſibile, & non ſunt parati incontinenti de iure ſuo docere.*

QVÆSTIO DVODECIMA,
fol. 114. verſ.

An legatarius ſit legitimus contradictor, complures articulos complectitur, quorum nonnulli pendent à traditis in ſecunda quæſtione in nonnullis eiuſdem articulis, plurimi vero ab ijs, quæ in materia fideicommiſſarij, ſupra tradita ſunt, quæſtione decima, omnes enim ferè articuli eo loco propoſiti de legatario quoque, & proponi, & examinari poſſent, quos non inutile ſum ratus hoc loci repetere, & paucis indicare, vel à quo ſuperiori articulo dependeant, vel ſi quid diſcriminis intercedat in nonnullis peculiares aliqua ratione, vtilitatis ſtudio addita ſunt, aliqui tandem hactenus nulla ex parte tacti, erunt hic ex profeſſo explicandi.

ARTI-

Articuli pendentes à determinatis in ſecunda quæſtione, ſunt infraſcripti, d.fol.14. verſ.

Primus, quando quis fuit in re legata inſtitutus, nam inſtitutus in re certa, & legatarius pro vno eodemque habentur, & intentat legis noſtræ remedium, eodem modo hic artic. determinatus eſt, ac alius in q.2. art.8. f.23

Secundus, quando legatum fuit ſecundum formam communem, non per modum inſtitutionis, & tamen legatarius vult intentare legis noſtræ beneficium, hic articulus determinatur in q.2. art.11. f.28

Articuli pendentes à determinatione eorum; quæ dicta ſunt in 10.quæſt. d.fol.28.

Tertius, quando legatarius non poſsidet, nec poteſt propria auctoritate poſſeſsionem capere, pendet à traditis in quæſt.10. art.1. f.82

Quartus, quando non poſsidet, ſed habet facultatem capiendi propria auctoritate, quia teſtator eam conceſsit. Pendet à traditis in quæſt.10. art.2. fol.84

Quintus, quando obtinuit poſſeſsionem ab herede mortuo teſtatore pendet à quæſtione 10. art.3. f.86

Sextus, quando poſſeſsionem ab hærede obtinuit, viuo teſtatore pendet à q.10. artic.4. d.fol.86.verſ.

Septimus, quando propria auctoritate poſseſsionem obtinuit, ex licentia hæredis. Pendet à q.10. art.5. fol.87. vbi fideicommiſſarius propria auctoritate obtinuit, facta ſibi ab hærede reſtitutione verbali, à qua non eſt diſsimilis licentia hæredis.

Octauus, quando obtinuit poſſeſsionem ex licentia teſtatoris. Pendet à q.10. artic.7. fol.90

Nonus, quando legatarius hærede poſsidente, & ſic plena poſſeſsione in vim conceſsionis ſibi facta à teſtatore rem legatã, nulla vi adhibita, pendet à q.10. ar.8. f.91

Decimus, quando legatarius obtinuit poſſeſsionem iuſtè, quia habebat licentiam capiendi propria auctoritate, & cepit, hæres autem prætendit detractionem ob æs alienum hæreditarium, vel quia ipſe creditor, quo fiat, vt hæreditas non ferat talia legata integra, & pendet à q.10. art.11. fol.98. & 12. f.99

Vndecimus, quando obtinuit poſſeſsionem non vacantem propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente, pendet à q.10. art.14. f.101

Duodecimus, quando obtinuit poſſeſsionem vacantem propria auctoritate nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti de iure ſuo docere. Pendet à quæſt.10. artic.15. f.101.verſo.

Decimus tertius, quando poſſeſsionem vacantem occupauit propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente eſt tamen paratus incontinenti de ſuo legato docere, pendet à q.10. art.16. f.102.verſo.

Decimusquartus, quando obtinuit poſſeſsionem ante aditam hæreditatem propria auctoritate nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo, pendet à quæſt.10. art.17. f.105

Decimusquintus, quando propria auctoritate obtinuit poſſeſsionem nullo iure concedente poſt aditam hæreditatem, & eſt paratus incontinenti de iure ſuo docere, pendet à decima quæſt. art.18. d.fol.105.verſo.

Decimus ſextus, quando obtinuit poſſeſsionem à tertio priuato, & eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo, pendet à q.10. art.19. f.106. verſo.

Decimus

Decimusſeptimus, quando obtinuis poſſeſsionem à tertio, & non eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo, pendet à q.10. art.20. f.107

Decimus octauus, quando obtinuit poſſeſsionem ex auctoritate Iudicis ſiue paratus incontinenti docere de iure ſuo, ſiue non pendet a queſt.10. artic.21. f.107

Aritculi ex propoſito hoc loci determinandi.

77 *Decimus nonus, quando institutus in re certa occupauit poſſeſsionem ex licentia teſtatoris.* f.119

78 *Vigeſimus, quando legatarius poteſt propria auctoritate poſſeſsionem capere, heres autem vult immitti ob detractionem Falcidiæ.* d.f.119.verſo.

QVAESTIO DECIMATERTIA, fol. 119. verſo.

Vtrum poſſeſſor ob detractiones faciendas, puta legitima trebellianicæ melioramentorum &c. legitimus ſit contradictor, continet nouem articulos.

79 *Primus, quando filius propria auctoritate aliquam bonorum patrem legitimæ nomine occupauit.* f.120.verſo.

80 *Secundus, quando ex Iudicis, ſiue Prætoris auctoritate eius poſſeſsionem fuit adeptus.* f.122.verſo.

81 *Tertius, quando fuit a teſtatore in re certa pro illius legitima institutus.* folio 123

82 *Quartus, quando pro indiuiſo poſſeſsionem occupauit ratione ſuæ ratæ, & eius tantum reſpectu contradicit, ne hæres inſolidum immittatur, ſed cedit poſſeſsionem pro indiuiſo in rata hæredi debita.* f.123.verſo.

83 *Quintus, quando aduerſus fideicommiſſarium contradicit ob detractionem legitimæ, & trebellianicæ, vel alterius illarum ne immittatur, niſi facta prius tali detractione.* f.125.verſo.

84 *Sextus, an ſaltem pro indiuiſo fideicommiſſarius poſſit in poſſeſsionem ſingulorum bonorum immitti ratione ſuæ quartæ.* f.127

85 *Septimus, quando ob detractionem melioramentorum contradicit hæres, vt impediat immiſsionem, donec æſtimatio melioramentorum reſtituatur, & meliorationes ſint liquidæ.* f.127.verſo.

86 *Octauus, quando melioramentorum valor non eſt liquidus eo tempore, quo immittendus fideicommiſſarius; is tamen offert cautionem de illorum æſtimatione perſoluendâ, cum primum fuerit liquidatus eorum valor.* f.128.verſo.

87 *Nonus, maritus vtrum ratione lucri dotalis prætenſi ſit legitimus contradictor in bonis dotalibus aduerſus hæredes ab vxore inſtitutos.* f.130.verſ.

QVAESTIO DECIMAQVARTA, fol. 131.

An, & quando ratione officij, tum in prophanis, tum in beneficialibus, quis ſit legitimus contradictor, continet artic. quinque.

88 *Primus, an exequutor teſtamenti, quando habet rationem hæredis, vel ſaltem tutoris ipſius hæredis, cuiuſmodi epiſcopus pauperibus Chriſti institutis.* folio 131.verſo.

 Secun-

89 *Secundus, an exequutor, quando non habet rationem hæredis, ſed certus hæres institutus, exequutor autem nondum vllum actum exercuit exequutorium, ſed omnino res eſt integra.* d.f.131.verſo.

90 *Tertius, an exequutor, quando vendidit rem à teſtatore poſſeſſam, vt exequeretur eius voluntatem, puta æs alienum ſolueret.* f.132

91 *Quartus, an mulier ventris prægnantis nomine legitime contradicere poſsit.* folio 133

92 *Quintus, an Capitulum poſsit dici legitimus contradictor ad impediendam immiſsionem in poſſeſsionem Canonicatus pro qua inſtat prouiſus ab Ordinario, vel à Papa.* f.135. verſo.

QVÆSTIO DECIMAQVINTA, fol. 137. verſo.

An, & quando in beneficialibus quis ſit legitimus contradictor, continet ſex articulos.

93 *Primus, vtrum poſsidens vi gratioſæ ſubrogationis ſit legitimus contradictor aduerſus intentantem hoc beneficium vigore alterius gratioſæ ſubrogationis.* folio 138.verſo.

94 *Secundus, Vtrum prouiſus à Papa, & poſsidens ſit legitimus contradictor aduerſus gratioſæ ſubrogatum.* f.140.verſo.

95 *Tertius, vtrum prouiſus à Papa non poſsidens ſit legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum.* f.141.verſo.

96 *Quartus, vtrum prouiſus à Nuncio, vel legato ſit legitimus contradictor contra prouiſum apoſtolicum.* f.143

97 *Quintus, vtrum habens titulum ab ordinario, & poſsidens ſit legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum.* f.146.verſo.

98 *Sextus, vtrum habens titulum ab ordinario, & non poſsidens ſit legitimus contradictor aduerſus prouiſum apoſtolicum.* f.157

QVAESTIO DECIMASEXTA, fol. 158.

Vtrum, dominus directus reſpectu bonorum emphyteuticorum legitimus ſit contradictor, continet artic. quinque.

99 *Primus, quando propria auctoritate rei poſſeſsionem obtinuit, & allegat rem in commiſſum cecidiſſe, negat tamen hæres rem fuiſſe emphyteuticam.* f.159

100 *Secundus, quando propria auctoritate rei poſſeſsionem obtinuit, & allegat rem in commiſſum cecidiſſe, hæres autem fatetur rem fuiſſe emphyteuticam, licet neget in commiſſum cecidiſſe.* f.161. verſo.

101 *Tertius, quando occupauit propria auctoritate, & aſſerit rem in commiſſum cecidiſſe, verum quia id negat emphyteuta, licet fateatur rem emphyteuta, ſe incontinenti id probaturum offert.* f.162.verſo.

102 *Quartus, quando non occupauit poſſeſsionem, aſſerit tamen rem in commiſſum cecidiſſe; neque incontinenti ſe id probaturum offert, ſed opportunis dilationibus conceſsis.* f.164

QVAESTIO DECIMASEPTIMA, fol. 164. verſ.

An dominus directus ſit legitimus contradictor in bonis feudalibus, quæ mortis tempore à teſtatore detinebantur in feudum; continet autem ſeptem articulos.

103 *Primus. ſi dominus poſsidet rem feudalem in illis locis in quibus in feudis non ſucceditur in teſtamento, neque hæredem eſſe allodialem aſſerit.* d.f.164.verſo.

104 *Secundus, ſi dominus tenet rem feudalem in illis locis in quibus in feudis ex teſtamento non ſucceditur, hæres tamen inquit rem eſſe allodialem.* f.165

105 *Tertius, quando dominus rem feudalem detinet in illis locis, in quibus in feudis ex teſtamento ſucceditur, ſumusque in capace feudi.* f.165.verſo.

106 *Quartus, quando dominus rem feudalem detinet allegans eam in commiſſum cecidiſſe.* f.166

107 *Quintus, quando dominus directus rem poſsidet, nec allegat rem in commiſſum cecidiſſe.* f.167

108 *Sextus, quando dominus directus non poſsidet, allegat tamen rem in commiſſum cecidiſſe, petitque dilationem ad id probandum.* f.167.verſo.

109 *Septimus, quando dominus directus non poſsidet, allegat tamen rem in commiſſum cecidiſſe, & incontinenti ſe id probaturum offert.* f.168

QVAESTIO DECIMAOCTAVA. d. fol. 168.

An dominus directus, vel agnati ſint legitimi contradictores aduerſus filiam foeminam à patre in teſtamento inſtitutam, quando non eſt planè certum, bona de quibus agitur eſſe feudalia, ſed in dubium reuocatur, adeo quidem ut aliqua cognitione ſit opus ad determinandum, an feudalia ſint, necne, continet articulos octo.

110 *Primus, quando agnati aut dominus directus ſe opponentes, nec poſsident, nec quicquam ſe incontinenti probaturos offerunt, quo facilius victoriam reportare poſſint.* f.168.verſo.

111 *Secundus, quando nullus poſsidet, agnati tamen vel dominus directus ſe opponunt aſſerentes bona eſſe feudalia, & offerentes ſe id incontinenti probaturos, folio* 170

112 *Tertius, quando nullus poſsidet. agnati tamen, vel dominus directus ſe offerunt probaturos incontinenti bona eſſe feudalia, & talia ad quæ foemina admitti nequeat.* fol.170.verſo.

113 *Quartus, quando agnati vel dominus directus non poſsident, neque in vniuerſum in dubium reuocatur, an bona ſint feudalia, ſed an ea; quæ ſunt in territorio feudorum, in quibus foeminam non eſſe immittendam iam conſtet; an in talibus bonis in dicto territorio ſitis, ſint legitimi contradictores.* f.171

114 *Quintus, quando agnati poſsident, & ſimpliciter dicunt bona eſſe feudalia, nihil ſe probaturos incontinenti offerentes.* f.171.verſo.

115 *Sextus, quando agnati poſsident, & ſe offerunt incontinenti probaturos bona eſſe feudalia ſimpliciter, non vero talia, abſolutè, ad quæ foemina admitti nequeat. fol.* 173

116 *Septimus, quando agnati, vel dominus directus poſsident & offerunt ſe probaturos bona eſſe feudalia, & talia, quorum foemina ſit incapax.* d.fol.173

117 *Octauus, quando ſumus in aliquo ſuperiorum Articulorum in quibus non eſſe contradi-*

traditores ſtatuebamus, verum bona feudalia ſunt Caſtra munitæ, arces, fortalicia difficilis recuperationis, in quib. ſi fœmina in poſſeſſorio immiſſa, fortè in petitorio ſuccumberet, ſequeretur damnum irreparabile. d.f.173

QVAESTIO DECIMANONA.
fol. 174.

An dominus directus, vel agnati legitimi ſint contradictores filia fœmina hærede inſtituta, quando conſtat bona eſſe feudalia, vel quia id notorium, vel quia fœmina id fateatur, vel ex inueſtitura manifeſtè id appareat, & nihilominus fœmina immiſſionem prætendat, aſſerens nihil ei obſtare, quamuis bona ſint feudalia, continet artic. ſex.

118 *Primus, quando agnati non poſſident, & ſuam fundantes intentionem in eo ſolum, quod conſtat bona eſſe feudalia, nihil vlterius ſe incontinenti probaturos offerunt.* f.175.verſo.

119 *Secundus, quando agnati non poſſident, & non ſolum ſuam fundant intentionem in eo, quod bona ſint feudalia, verum vlterius ſe probaturos offerunt, ad fœminam pertinere non poſſe.* f.180.verſo.

120 *Tertius, quando poſſident, & ſuam fundantes intentionem in eo ſolum, quod bona ſint feudalia, nihil ſe incontinenti probaturos offerunt, quod fœminarum ſit excluſiuum.* f.182

121 *Quartus, quando poſſident, & non ſolum ſuam fundant intentionem in eo, quod planum eſt bona eſſe feudalia, verum etiam ſe incontinenti probaturos offerunt ad fœminam ſpectare non poſſe, vel ex forma inueſtituræ, vel ex alia cauſa.* folio 183.verſo.

122 *Quintus, quando conſtat aliqua Caſtra eſſe feudalia, & talia, in qua fœmina non ſit immittenda, in territorio tamen horum Caſtrorum prædia reperiuntur, quæ fuerunt à defuncto poſſeſſa, in qua tanquam allodialia vellet, fœmina immitti, contradicant vero agnati, aut dominus directus aſſerentes eſſe feudalia, eiuſque conditionis, cuius prædicta caſtra.* f.184

123 *Sextus, quando conſtat eſſe feudum, non tamen concurrunt ea circumſtantiæ, per quas ſi eſſet feudum ſeculare fœmina impediretur, quominus legis noſtræ beneficio vteretur, verum feudum eſt eccleſiaſticum.* f.185.verſo.

QVAESTIO VIGESIMA.
fol. 186.

An dominus directus, vel agnati ſint legitimi contradictores, quando inconfeſſo eſt bona eſſe feudalia, eorumque fœminam omnino incapacem, quæ licet bonorum quicquam ad ſe iure feudi ſpectare non prætendat, ob aliquod tamen aliud ius immiſſionem ex legis noſtræ beneficio prætendat, eamque petat, continet ſex articulos.

124 *Primus, quando conſtat aliqua in hæreditate dari bona feudalia, in quibus fœmina ius non prætendat, ſunt tamen allodialibus coniuncta, & nondum ſeparatio, aut liquidatio eſt facta.* fol.186.verſo.

125 *Secundus, quando ob ſolam melioramentorum rationem fœmina immiſſionem prætendit.* f.187.verſo.

126 *Tertius, quando immiſſionem prætendit fœmina non in feudo principali, cuius ſe incapacem fatetur, ſed in quaſdam meliorationes tantum, & acquiſitiones factas feudo*

feudo, vt feudo, nempe eo animo, vt euadant feudales, quas tales eſſe inter partes conueniat. f.190

127 *Quartus, quando fœmina petit immiſsionem in melioramenta, quando fuit conuentum, vt omnes meliorationes feudales euaderent, atque finito feudo ad dominum directum deuoluerentur, abſque aliqua precij reſtitutione.* f.193.verſ.

128 *Quintus, quando fœmina petit immiſsionem in melioramenta ſtante conuentione, ne vaſſallus feudum melius facere poſsit.* f.194.verſ.

129 *Sextus, quando in confeſſo eſt melioramenta, vel ſeparanda, vel precium reſtituendum, dominus tamen directus inſtans fendi poſſeſsionem obtinuit, vel etiam agnati, ad quos meliorationes non pertinent.* f.195

INDEX
OMNIVM RERVM,
NEC NON VERBORVM,
quæ in Opere notanda proponuntur.

A

ABolitio in terminis legis noſtrę, quomodo accipiatur. Quæſtione ſecunda, numero 22.
Acceſſio diſcreta non fit feudalis, q.20.nu.36.
Acceſſio ſeparabilis ſpectat ad hæredem vaſſalli, inſeparabilis vero non ſpectat niſi reſpectu pretij, q.20 num.37.
Declara, vt ſeparabilitas conſideretur, iuxta voluntatem acquirentis, non vero rei naturam, nu 68.
Acceſſoria ſui principalis naturam ſequuntur, quæſtio.20.nu.65.
Acquirens a non domino bona fide credens eum eſſe dominum iuſtam poſſeſſionis cauſam habet, q 7.nu.56.
Acquiſita feudo quamuis ei cedant, ſi tamen facto, & induſtria vaſſalli fuerint acquiſita, & per eum, vel ad eius ſupplicationem feudo vnita fuerint, ſi feudum deuoluatur ad dominum directum per defectum generationis ſunt ſeparanda, aut eorum æſtimatio ſoluenda, q.20.nu.40.
Actio ex contractu eſt perſonalis, neque tranſit de vno in alium, q.5.nu.46.
Actio furti datur creditori pignore ſurrepto, & fulloni repolienda ſurrepta, & ſarcinatori re ſarcinanda ſub tractata, q.19.num.51.
Actio omnis ceſſat, vbi ceſſat omne intereſſe, quæſtio.5. nu.42.
Actio perſonalis competit creditori, q.5.nu.18.
Actio ſpolij tranſit aduerſus quoſcunque hæredes ſpoliantis ad quos poſſeſſio peruenit, q.7.num.89.
Actio ſpolij datur aduerſus ſingularem ſucceſſorem, quando competebat aduerſus ſpoliantem, quæſt.9.nu.65.
Declara ſi ſingularis ſucceſſor ſit in mala fide conſtitutus ſecus ſi in bona, vt in d.q nu.76.
Actionem calumnioſam leges abhorrent, quæſt.14. num. 40.
Actiones aduerſus hęredem non minus competunt, quam aduerſus defunctum competerent, quęſt.5, num. 73.
Actiones directæ licet maneant penes hæredem poſt verbalem reſtitutionem, inefficaces tamen penes eum ſunt, & earum exercitium ad fideicommiſſarium pertinent, q.2.nu.260.
Actiones, quæ defuncto competebant, hæredi quoque competunt.
Actiones quas mixtas appellant reum, & actorem formaliter diſtinctum non habent, ſed virtualiter tantum, q.2.nu.63.
Actor quamuis Clericus, & Religioſa perſona ſequitur forum rei, q.3.nu 187.
Actor ſuam intentionem probare debet, q 4.nu.69.
Et eo non probante reus abſoluitur, q.2. nu.138. & q.19. nu.82.
Actor, & reus debent diſtingui, q.2.num.30.
Actor eſt in petitorio, qui victus in poſſeſſorio, reus qui vicit, q.2.nu.31.
Actor quando fundamentum ſuæ intentionis probauit obtinere debet, niſi reus ſuam exceptionem probet, q.14.nu.21.
Actus agentium non operantur vltra illorum intentionem, q.10.nu.36.
Actus agentium eo modo ſunt interpretandi, vt illud dicatur actum quod licet, q.10.nu.143.
Actus, & potentia non poſſunt eſſe fraus, quæſt.12. num.68.
Actus omnino nullus confirmari non poteſt, q. 2. num. 83.
Actus talis eſt præſumendus, qualis erat neceſſarius, & qualem requirebat cauſa ob quam factus, q.10. nu.79.
Adictio hæreditatis non eſt ſufficiens ad acquirendam poſſeſſionem, q.9.nu.44.
Declara, vt infra nu.55.
Additamentum efficitur feudale quando expreſſe adiectum fuit cum qualitate prioris rei, quæſt.20. num. 52.
Agens calumnioſe non eſt audiendus, q.2 nu.37.
Agens legis noſtræ remedio, nec excluditur a poſſeſſore niſi poſt impletam vſucapionem. q.7.num.9.
Agendi ius habens quod per aliquam contradicentis exceptionem non corruat intentum conſequitur, q.7.nu.63,
Agenti de damno euitando leges magis fauent, quam tractanti de lucro faciendo q.16. nu.16.
Declara, vt nu.35.
Agenti incumbit onus probandi q.12.nu.31,
Declara vt nu.40.
Agenti aduerſus poſſidentem probandi onus incumbit, q.18.nu.23,
Declara vt num.33.
Agnati aſſerentis bona eſſe feudalia, & ſe incontinēti probaturos offerentes, an ſint legitimi contradictores aduerſus filiam fœminam inſtitutam remiſſiue habetur, q.18.nu.11.
Agnati in illis caſibus, quibus in feudo ſeculari non eſſent legitimi contradictores, tamen ſecundum Menochium in feudo Eccleſiaſtico eſſe poſſunt, q.19.nu.115. Contrarium tamen nu.118.
Agnati non poſſidentes ſuam tamen intentionem fundantes non in eo ſolum, quod conſtet bona eſſe feudalia, verum etiam in eo quod ſint talia in quæ fœmina admitti nequeat idque incontinenti

ſe

ſe probaturos offerentes eſſe legitimos contradictores nonnulli tenent, q.19.nu.79.
Contrarium tamen eſt verius, quam opinionem tenent relati, num,74.
Agnati non habent ſuam intentionem fundatam aduerſus fœminam hæredem in bonis feudalibus inſtitutam, niſi probauerint ſe eſſe proximiores, q.19. nu.44.
Item niſi probauerint ſe in inueſtitura, comprehenſos num.45.
Agnati poſſidentes, nec offerentes ſe probaturos incontinenti bona eſſe feudalia, non ſunt legitimi contradictores aduerſus filiam fœminam petentem immiſſionem, q.18.num.1.& 9.
Neque aduerſus eandem petentem manutentionem, non enim ab ea poteſt auferri poſſeſſio, niſi in iudicio petitorio vincatur, ibidem.
Agnati non poſſidentes non ſunt legitimi contradictores aduerſus fœminam inſtitutam reſpectu bonorum ſitorum in territorio feudi in quod fœminam non eſſe immittendam conſtet, quæſtio,18. nu.16.
Agnati offerẽtes, ſe incõtinenti probaturos bona eſſe feudalia, & talia ad quæ fęmina admitti nequeat ſunt legitimi contradictores aduerſus fœminam inſtitutam, q.18.nu.15.
Agnati poſſidentes, & ſuam fundantes intentionem in eo quod conſtat bona eſſe feudalia, ſi ſe incontinenti offerunt probaturos bona ad fœminam ſpectare non poſſe aduerſus eam hæredem inſtitutam, & immiſſionem petentem legitimi ſunt contradictores, q.19.num.92.
Agnati poſſidentes, & offerentes incontinenti ſe probaturos, tum bona eſſe feudalia, tum talia ad quæ fœmina admitti nequeat legitimi ſunt contradictores aduerſus filiam inſtitutam, quæſt.18. num. 58.
Agnati poſſidentes ſi offerant ſe incontinenti probaturos bona eſſe feudalia legitimi ſunt contradictores aduerſus fęminam inſtitutam, licet non offerant ſe in continenti probaturos bona eſſe talia, ad quæ fœmina admitti nequeat, q. 18.num.57.
Agnati poſſidentes, ſuamque fundantes intentionem in eo ſolum quod conſtat bona eſſe feudalia, quamuis non ſint incontinenti probaturi dicta bona ad fęminam ſpectare non poſſe, ſunt tamen legitimi contradictores aduerſus prædictam fœminam hæredem inſtitutam, q.19 nu.79.
Et ita tenent relati num. 87.
Fallit ſi agnati iniuſte poſſeſſionem obtinuerint, & modo illicito, perinde eſt enim at ſi non poſſiderent, vt num.90.
Fallit ſecundo quando ſumus in locis, vbi fęminæ ex conſuetudine, vel vi Statutorum ad feuda admittuntur, vt nu 91.
Agnati quando conſtat aliqua caſtra eſſe feudalia fœminamq. non eſſe in ea immittendam, in eorũ tamen territorio reperiuntur prædia, quæ fuerunt a defuncto poſſeſſa ſi fęmina velit in ea immitti tanquam allodialia, Agnati vero aſſerant ea quoque eſſe feudalia, eiuſdemque conditionis cuius prædicta caſtra ſunt legitimi contradictores aduerſus dictam feminam, in illis caſibus, in quibus feudalia præſumuntur, in illis vero in quibus feudalia non præſumuntur non ſunt legitimi contradictores, q.19.nu.93.
Agnati ſunt legitimi contradictores aduerſus fęminam inſtitutam petentem immiſſionem ratione melioramentorum in re feudali factorum, conuentione ſtante, ne vaſſallus feudum meliorare poſſit, quando meliorationes non erant neceſſariæ, ſi vero erant neceſſariæ non ſunt legitimi contradictores, q.20.nu.75.77.
Agnati ſunt legitimi contradictores aduerſus fęminam inſtitutam petentem immiſſionem ſolummodo ratione melioramentorum in bonis feudalibus, factorum ſi poſſident quamuis certum ſit talia melioramenta fęminæ deberi, q.20.num.84.
Agnati vi ſuæ inueſtituræ in rebus feudalibus ſunt immittendi, vbi nullus dubitandi locus eſt relictus an inueſtituræ ſufficientes ſint pro agnatis ad excluſionem aduerſariorum, q.19. nu.79.
Agnatos non poſſidentes, & ſuam fundantes intentionem in eo quod bona eſſe feudalia conſtat non eſſe legitimos contradictores aduerſus fęminam inſtitutam, ſi nihil incontinenti ſe probaturos offerant, qui arbitrantur, q.19.num.35.
Contrarium vero tenentes ead.q.nu.54.
Conciliantur horum opiniones nu.55.56.
Agnatos poſſidentes ſi aſſerunt bona eſſe feudalia, quamuis nihil probent aduerſus fęminam inſtitutam eſſe contradictores multi tenent, q. 18. num.25.
Contrarium tamen nu.26.
Limita, quando fœmina concurrit cum ſuo fratre, tunc enim excluditur a parte fratris, qui cum ea æqualiter concurrit, vel etiam a toto, quando feudum eius eſt conditionis, vt fęminæ non admittantur exiſtentibus agnatis in pari gradu vt n.54.
Agnatus non poſſidens, quamuis feudum prætendat, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem inſtitutum, q.19 nu.36.
Fallit ſi per modum actionis agat petens poſſeſſionem vigore inueſtituræ, quando prætendens vt teſtamenti probabili aliqua ratione non reddit dubiam eius inueſtituram.
Fallit ſecundo ſi tanquam titulum habens nullo adhuc poſſidente ab initio aduerſus immiſſionem contendat, nu.63.
Allegatio quæ oritur ex ventre inſtrumenti, viam executiuam impedit, q.11.nu.58.
Alienata a filio in legitimam imputantur quaſi in iis legitimam elegerit, q.13.nu.5.
Declara ſi iudex ad quem ſpectaret aſſignatio fienda, ita ęquum fuerit arbitratus, nu.17.
Alienatio non redditur nulla, quando executor non requiſiuit hæredem, licet teneatur ad intereſſe, q.14.nu.
Altam indaginem requirentia non admittuntur in hoc iudicio, q.2.num.206. & num.224.quæſt.10. num.217.q.15.nu.10.
Altam indaginem requirentia, nec diſcutiuntur in iudiciis ſummariis, nec faciunt legitimum contradictorem, q.20.nu.5.
Altam indaginem requirentia, non poſſunt impediri, aut ſuſpendi legis noſtræ beneficio, quæſt.2. nu.241.& q.5.num.89.
Altam indaginem requirere illud dicitur quod probari non poteſt intra tempus inſtantiæ, intra quod hoc iudicium regulariter terminatur, quæſt. 10. num.216.
Altam indaginẽ, quę dicantur requirere q.17.nu.18.

Altam indaginem requirere dicuntur, quæ carent probatione incontinenti rem explicante, q. 16. num. 33.
Apparere ab initio, & incontinenti probari pari paſſu ambulant, q.16.num. 58.
Appellatio non datur a decreto de immittendo, q. 2. num. 197.
Appellatio datur a decreto de non immittẽdo, quando iudex pronunciauit denegando immiſſionem q.2.num.198.
Appellatio in his, quæ ſpectant ad momentaneam poſſeſſionem non datur, niſi ab inordinato proceſſu, q.3.num. 18.
Appellationi eſt locus, ſi iudex perperam filio legitimam aſſignauerit ſecundum aliquos, quæſt.13. num. 22.
Appellatio non datur a ſententia lata ſuper executione literarum apoſtolicarum, quæſt.15. numero 144.
Appellatio conceditur parti, contra quam pronunciatum, quando alteri parti contra quam pronunciatum fuerat appellare licuit, q.2. num.199.
Approbatio partis nihil contra legem irritantem operatur, q.3.num. 23.
Nec quantum ad Iudicem, q.3.num.27.
Arbiter licet non teneatur procedere vt Iudex, poteſt tamen ſi vult, q.3.num.8.
Arbiter, qui poteſt procedere vt arbiter, & vt arbitrator, poteſt facere aliquos actus vt arbiter, aliquos vt arbitrator, q.3.num.4.
Argumentum a ſufficienti partium enumeratione valet, q.2.num.55. & q.5.num.8.
Argumentum a paritate rationis valet, quæſtio.2. num. 204.
Argumentum a maioritate rationis valet, quæſt.2. num.205.
Argumentum a contractu ad quaſi contractu valet, quæſt.3. num.30.
Argumentum a contrario ſenſu valet, q.7.nu.3.
Argumentum a feudo ad emphyteuſim valet, quæſtio. 16. num.13.
Argumentum ab eo, quod frequentius contingere ſolet valet, q.16.num. 36.
Argumentum deſumptum a ſitu bonorum intra fines Caſtri non eſt tutum ad probandum bona eſſe feudalia, q.19. num.113.
Aſſociatio Iudicis circumſcripto tixæ periculo ex vrbanitate requiritur, & pro abundanti cautela, non neceſſario, q.10.num.114.
Aſſociationem à Iudice petens, ſi omnino manifeſtum ſit, competere ei facultatem ingrediendi propria auctoritate, non tenetur citare, quæſt.10. num. 111.
Aſſociationem petens, quando prætendit ſibi licere propria auctoritate poſſeſſionem capere, ſecundum aliquos non tenetur citare, q.10.num.117.
Auctoritate propria, qui capere poteſt, facilius capit auctoritate Iudicis, q.2.num.290.

B

BArtolus, & ſequaces in l.noſtra quomodo intelligendi.
Beneficium legis noſtræ competit, tum pro poſſeſſione obtinenda, tũ pro obtenta confirmanda, quæſtio.10. num.76.
Beneficium legis noſtræ non competit, niſi probatis probandis, q.2.num.144.
Beneficium legis noſtræ locum habet tantum reſpectu bonorum tempore mortis a defuncto poſſeſſorum, q.4.num.10.& q.6.num.19.
Beneficium legis noſtræ non competit contra eum, qui viuente teſtatore iniuſtam poſſeſſionem a tertio obtinuit, competunt tamen alia remedia poſſeſſoria, quæ defuncto competebant, q.6.nu.26.
Beneficium legis noſtræ non competit ei, qui ſemel poſſeſſionem obtinuit, deinde eam amiſit, q.10. num. 98.
Beneficium legis noſtræ, vt rectè intentetur teſtamentum eſt oſtendendum, & probanda defuncti poſſeſſio, tempore mortis, q.18.num.30.
Beneficium fit affectum per appoſitionem manuum Papæ, q.14.num.63.
Beneficium non dicitur vacare altero litigatorum decedente niſi poſtquam appareat defunctum bonum ius fouiſſe, q.15.num.84.
Quod intelligendum ſaltem quantum ad cognitionem noſtram, & num.119.
Beneficium nunquam videtur vacare per reſignationem ad fauorem, q.15. num.153.
Beroi auctoritas reprobatur, q.2.num.177.
Bona defuncti dicuntur ita vacare, ante aditam hereditatem, vt poſſeſſio nullius ſit, q.9.num.42.
Bona hæreditaria vacante hæreditate occupati poſſunt, ab habente titulum ab alio, quam a defuncto, q.9.num.86. & 88.
Bona, & iura ſua quilibet tueri poteſt, quæſtio.10. num.40.
Bona intelliguntur deducto ære alieno, q.3.nu.35.
Bona in dubio præſumuntur allodialia, niſi contrarium probetur, q.18.num.2.& num.27. & q.19. num.15.
Bona ſita in territorio Caſtrorum feudalium, an, & quando feudalia præſumantur remiſſiue, q. 19. num.94.
Bona eſſe feudalia non ſufficit allegare, niſi probetur ad excludendum agentem legis noſtræ beneficio, q.19.num.104.
Bona præſumuntur feudalia, quando conſtat apertè, vt talia fuiſſe ante poſſeſſa, & nunc venit aliquis qui contradicat, ſecus ſi nõ conſtat fuiſſe antea, vt feudalia poſſeſſa, & ſumus in principio negotij, quæſt.19.num.106.
Bona vndecumque Regi obuenta conuertuntur in corpus Regii Patrimonii, perindeque habentur, ac ſi eſſent numerata ab initio fiſcalibus in prædiis, q.20.num.60.
Bona omnino vacantia, non ſunt relinquenda, q.2. num.54.
Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas, venientibus ab inteſtato rompetere nequit, q.11.num.20.
Bonorum poſſeſſio, quam obtinuit inſtitutus ſub cõditione, purificata conditione reſoluitur in bonorum poſſeſsionem iuris ea deficiente reſoluitur in bonorum poſſeſſionem facti, q.11.num.29.
Bonorum feudalium, & allodialium diſcuſſio non eſt facienda in poſſeſſorio, ſed reſeruanda ad petitorium, quando ſunt ad inuicem commixta, q.20. num. 40.
Burgenſatica res a Vaſſallo empta, exiſtens in territorio feudali, burgenſatica remanet apud emptorem, q.20. num.45.

Burgen-

Burgenſaticam rem vaſſallus feudalem facere poteſt, q.20 num.47.
Burgenſaticam rem in reintegratione ſui feudi, ponens in inuentario bonorum feudalium, eam facit feudalem, q.20.num.48.

C

CAnonicus cui à capitulo fuit iniuſtè denegata poſſeſſio, fructus omnes, & diſtributiones conſequitur, quamuis vigore ſtatuti teneatur intra annum ad ſacros ordines ſe promouendum curare, & tamen ſe promouendum non curauit, quæſ.14. num. 71.
Capiens à poſſeſſore malæ fidei, qui ſine violentia poſſeſſionem obtinuit, non præſcribit, niſi per tricenalem præſcriptionem, quamuis bona fide poſſideat, q.9.num.63.
Capituli non intereſt Canonicum in canonicatus poſſeſſionem immitti, vel non, quæſtione 2. numero 54.
Capitis diminutiori teſtatoris teſtamentum fit irritum, q.2.num.25.
Capitis diminutio teſtatoris, non eſt opportuna exceptio aduerſus legis noſtræ beneficium, quæſt.2. num. 54.
Capituli partes ſunt executori parere, & non contradicere, q.14. num.46.
Capituli intereſſe eſt remotum, & non conſiderabile, quando ſe opponit ob ſeruitium eccleſiæ, ne detur vitioſus ingreſſus, q.14.num.50.
Capitulum aduerſus Canonicum petentem immiſſionem videtur opponere poſſe de gratia non iuſtificata, q.14.num.37.
Capitulum non poteſt dici legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem in poſſeſſionem Canonicatus pro qua inſtat prouiſus a Papa, vel ab Ordinario, q.14.num.38.
Capitulum non poſſidet Canonicatum vacantem, q. 14. num.44
Capitulum eſt legitimus contradictor, quando allegat impedimentum, reſpiciens obſeruationem ſuorum ſtatutorum, q.14.num.47.
Capitulum non fit legitimus contradictor, ob præiudicium ſingulorum, q.14. num.48.
Caput primum, §.antea filiam. & § defuncto milite, tit.ſi de feud.fuerit controu. inter dom.& agnat. inducitur, & declaratur, q.18.nu.7.& num.48. & q.19 num.31.& 86.
Carboniana bonorum poſſeſſio, vbi conceditur puero nato, vtero quoque conceditur. quæſtio.14. num,26.
Carboniana bonorum poſſeſſio conceditur puero nato, dummodo manifeſta calumnia non appareat, nec fuerit probatum puerum non eſſe filium eius, de cuius hereditate agitur, quæſtione 14. num. 27.
Cauſa ceſſante ceſſat effectus. q.10. num.27.
Cauſa limitata, limitatum parit effectum. quæſt.10. num.168. & 244.
Cauſam poſſeſſionis præſumitur mutare poſſeſſor, quando iuſta ſuperuenit. q.9. num.73.
Cauſa, vbi reducitur ad non cauſam, omnia ad priſtinum ſtatum reducuntur. q.2. nu.85.
Cautela ſeruanda ab eo qui viuente teſtatore poſſeſſionem obtinuit aduerſus petẽtem immiſſionem. q.4 num. 53.
Cautela ſeruanda à poſſeſſore aliquorum bonorum, quæ fuerunt teſtatoris, quando ſuſpicatur ne hæres immiſſionem in talia bona prætendat. quæſt.8. num.13.
Cautionis plus eſt in rem, quam in perſonam. q.20. num. 28.
Certi nihil ex incertis infertur. q.14 num.69.
Ceſſante cauſa ceſſat effectus. q.5.num.13.
Ceſſionario hæredis legis noſtræ beneficium competit.q.7.num.45.
Circuitus inutiles ſunt euitandi. q.5.nu.5.& nu.94. & q.7.nu.113.& q.8.nu.5 & q.10.1.u.135.& 223. & 17. num.30.
Citans aliquem, vt talem videtur vt talem approbare.q.3.num.21.
Citans aliquem, vt ciuem, quamuis fortè non eſſet ciuis, opponere nequit illum non eſſe ciuem. q 3. num. 22.
Citans aliquem vt Tutorem, vel curatorem, vt talem approbat. q 3.num.24.
Citans poſt tempus conceſſum ad retrahendum, non poteſt lapſum temporis opponere. quæſt.3. num.23.
Citans Clericum coram Iudice laico, in caſibus non præmiſſis, a ſuo iure cadit, quæſtione 3 numero 193.
Citatio approbat citatum in communi, vt in iudicio contendere poſſit, & particulariter in legis noſtræ iudicio. q.3.num.20.
Citatio non raro, in executiuis locum habet, licet in aliquibus non ſit neceſſaria, quæſtione 3. numero 10.
Citatio reſpicit perſonam, non vero cauſam. quæſtio.3. num.12.
Citatio iuncta cum poſſeſſione citati, non habet vim impediendi viam executiuam. q.3.num.58.
Citatio tantum operatur, quantum legitimatio perſonæ.q.3.num.61.
Citatio cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, tacente, & non comparente citato operatur, vt ad vlteriora procedi poſſit. quæſtione 3. numero 66.
Citatio cum prædicta clauſula facit citatum actorem. q. 3. num.69.
Citatio conditionalis, ſi ſua putauerit intereſſe, non habilitat citatum, nec ipſe audiendus eſt, niſi doceat, ſaltem apparenter de ſuo intereſſe. quæſt.3. num. 75.
Citatio ſi ſua putauerit intereſſe, facit reum voluntarium, & ſi non comparet, non poteſt dici contumax, nec contra eum poteſt procedi tanquam contra contumacem. q.3. num.77.
Citatio ſupradicta conditione, eſt potius quædam monitio, ſeu edictum ad exequendam voluntatem, & ideo non eſt attractoria, nec arguit ſuperioritatem. q.3. num.89.
Citatio cum prædicta conditione dicitur impropria citatio. q.3.num.91.
Citatio prædicta ſecundum aliquos facit reum neceſſarium.q.3.num 94.
Citatio prædicta ſi fuerit facta cum comminatione, ſi in termino ſibi aſſignato non comparuerit citatus, contra eum procedendum fore æquiparatur puræ, & facit eodem modo legitimum contradictum. q.3.num.96.

Cita-

Citatio particularis eſt neceſſaria in relaxatione mandati ad contradicendum ne illud relaxet, etiam inter eaſdem perſonas, de eadem re, & coram eodem iudice, q.3 nu.165.

Citatio noua in relaxatione mandati eſt neceſſaria, etiam ſuper eadem re, de qua fuerit iudicatum, & inter eaſdem perſonas, q.3.nu 152.

Declara, vt nu.179.

Citatio poſt decretum, ante relaxationem mandati eſt neceſſaria, dato poſſeſſore, ad cuius excluſionem concedatur mandatum, q.3 nu.179.

Citatio ſola ad iudicium dicitur trahere, quæſtio.3. num. 194.

Citatio in habente facultatem capiendi propria auctoritate, non ad contradicendum, ne ingrediatur, neque ad contradicendum ne aſſocietur a curia, ſed ad contradicendum, ne declararet Iudex ingreſſum licere eſt neceſſaria, q.10.nu.123.

Citatio facit contradictorem, q.11.nu.63.

Citationem nihil operari eſt abſurdum, quæſtio 3. num. 137.

Citatus veniens ante ſententiam, ſeu iuſſum de immittendo legitimus eſt contradictor, quando citatio fuit pura, q.3.nu.19.

Citatus ſi veniat ad contradicendum ſolummodo poſt ſententiam admittitur, vt contradictor, q.3. num. 31.

Citatus quamuis dicatur habilis, ſi tamen compareat, & non oſtendat, ſe iuſtam habere contradicendi cauſam ſuccumbit, q.3.nu.39.

Citatus ſi tempore primi iuſſus comparuit, & eius contradictio fuit repulſa, non amplius poteſt audiri, quando ſummarie de illius iure cognitum eſt, & Iudex decreuit allegata ab eo tanquam nullius ponderis eſſe reijcienda, ſecus ſi inauditus fuit repulſus, q.3.nu 49.

Citatus non poſſidens vi citationis, quamuis ſit contradictor ad effectum, vt retardetur via executiua, donec deliberet, an credere, an contendere velit, non ſit tamen contradictor ad efficiendum, vt cauſa ordinarie tractetur, q.3.nu.54.

Citatus eſt audiendus, & ſummarie ſunt perpendenda quæ ab illo allegantur, quæ ſi videantur leuia Iudici eſt repellendus appellatione remota, ſi vero videantur alicuius ponderis, declarabit Iudex non dandam immiſſionem, ſed ordinarie procedendum, q.3.nu.64.

Citatus ſub conditione ſi ſua putauerit intereſſe, admittitur ad probandum ſua intereſſe, quæſtio.3. num. 73.

Citatum cum clauſula ſi ſua putauerit intereſſe, poſſe venire ad iudicium, quomodo intelligendum, q.3.nu.80.

Citatus cum ſupradicta clauſula, ſi non probauerit ſua intereſſe opportuno tempore a iudicio repelletur, & nullo modo erit contradictor, ſi vero probabit admittetur, non vt ſimpliciter citatus, ſed per congruam ſuæ perſonæ legitimationem, quæſtio 3.nu.81.

Citatus ſi ſua putauerit intereſſe, docto de intereſſe, legitimus eſt contradictor, q.3.nu.85.

Citatus ſupradicta conditione, debet incontinenti, & prompte docere de ſuo intereſſe, & de cauſa contradicendi, q.3.nu.86.

Citatus ſupradicta conditione, eſt contradictor ſecundum quid, hoc eſt quantum ad omnes alias conditiones, & requiſita, in contradictore neceſſaria, eo quod intereſt excepto, q.3.nu.87.

Citatus cum dicta conditione cum veniat ſponte dicitur potius actor, quàm reus, q.3.nu.90.

Citatus citatione pura, ſi veniat poſt ſententiam, & ante immiſſionem legitimus eſt cõtradictor, quæſtio 3. nu.101.

Citatus domi non eſt verus, ſed fictus contumax, idẽ quandocunque nuntius non refert ſe perſonaliter citaſſe, q.3.nu.20.

Citatus conditionaliter, ſi ſua putauerit intereſſe quandocunque comparere poteſt, & per conſequens etiam poſt ſententiam abſque eo quod fiat contumax, q.3.nu.129.

Citatus conditionaliter, ſi ſua putauerit intereſſe veniens poſt ſententiam, licet ante actualem immiſſionem, non eſt legitimus contradictor, quæſt. 3. num. 130.

Citatus ſub conditione, ſi ſua putauerit, intereſſe, veniens poſt ſententiam, & ante immiſſionem legitimus fit contradictor, cum primum probauit ſua intereſſe, q.3.nu.132.

Citatus ſub dicta conditione, veniens poſt ſententiam, reficit impenſas, q.3.nu.134.

Citatus ſub dicta condictione, quando non comparendo fiat contumax, q.3.nu.140.

Citatus ſub tali conditione poteſt, vel comparere, vel non, ſi tamen velit debet opportuno tempore, q.3.nu.141.

Citatus veniens poſt ſententiam, & immiſſionem, ſiue citatio fuerit pura, ſiue conditionalis inſtans, vt immiſſio reuocetur, ſi non allegat aliquod ius excluſiuum iuris defuncti, debet ad iudicium petitorium, & ordinarium recurrere, q.3.nu.142.

Citatus veniens, poſt ſententiam, & immiſſionem inſtans, vt immiſſio reuocetur, eſt legitimus contradictor, ſecundum nonnullorum opinionem, q.3. nu.153.

Contrarium tamen eſt verius, q.3.nu.154.

Citatus ad contradicendum æquiparatur agenti ex remedio, l.diffamari, C.de ingen.manum. quæſt.3. num. 189.

Ciuilis poſſeſſio domini directi, poſſeſſionem naturalem finito feudo ad ſe trahit, q.17.nu.11.

Ciuilis poſſeſſio non ſufficit ad impediẽdam immiſſionem, aut impediendum interdictum retinendę, niſi poſt declarationem emphyteuſim finitam, aut ſuppoſita probatione incontinenti futura, q.16.nu.57.

Ciuilem poſſeſſionem dominus directus amittit, negante emphyteuta rem eſſe emphyteuticam, & naturaliter poſſidente, niſi naturalem pro defenſione ciuilis occupet, q 16.nu.9.

Ciuiliter poſſidens ſi turbatur ab inuaſore, aut detentore vi poſſeſſionis ciuilis naturalem recuperat, q.16. num.8.

Clauſula coniungens hæc tria pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & in perpetuum, fœminas abſque omni dubio ad feuda includit, q.19.nu.16.

Clauſula excluſis quibuſcunque detentoribus non tamen a nobis prouiſis apponitur ad excludendos prouiſos a legatis, & nuncijs, q.15 nu.64.

Clauſula omni meliori modo tribuit tacite fideicommiſſario licentiam capiendi propria auctoritate, q.10.nu.27.

Clauſula per ceſſum, vel deceſſum, non habet locum

in

in reſignatione ad fauorem, ſed ſolum in reſignatione, ſimplici. q.15.num.150.
clauſula pro ſe filijs, & nepotibus, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus, & ſucceſſionibus in perpetuum fœminas ad feuda includit. quæſt.19. num.13.
Clauſula ſine præiudicio non operatur in expreſſis, nec impedit quominus vera poſſeſſio acquiratur. q.12.num.9.
Clauſula ſi ſua putauerit intereſſe, facultatem comparendi in abſolutam citati voluntatem confert, facitque reum voluntarium, non neceſſarium, q.3.num.78.
clericus citatus ſub hac conditione ſi ſua putauerit intereſſe, poteſt coram Iudice ſeculari comparere. q.3.num.88.
Clericus coram Iudice eccleſiaſtico eſt citandus, q.3. num.179.
clericus coram Iudice ſeculari citatus non poſſidēs, eſt legitimus contradictor, coram eodem Iudice. q.3.num.185.
clericus poteſt venire coram Iudice ſeculari, quando ſuſtinet perſonam actoris. q.3. num.195.
clericus, quando non poteſt contradicere coram Iudice ſeculari, coram quo citatus, quid debeat agere. q.3.num.196.
clerici vt tales nullo modo cenſeri poſſunt excluſi a feudo eccleſiaſtico. q.19. num.120.
cognitio ſummaria per ſolam fidem occulatam eſt terminanda, & non ex auditu teſtium. quæſt.11. num.55.
cognitio rudis debet diſtinctam, & plenam præcedere. q.1.num.3.
cohęredibus duobus exiſtentibus vnuſquiſque ab altero ſuam dimidiam petitione hereditatis conſequi poteſt, q.7.nu.162.
collatio ſola tribuit ius ad rem, licet non in re. quæſtio.15. num.44.
collationem canonicatus eſſe communem epiſcopi, & capituli eſt de iure communi. quæſtio.14. numero 59.
committens cauſam iactationis, & iactationum nō dicitur actor, ſed reus. q.3.num.190.
commodanti, aut deponenti competit manutentio aduerſus commodatarium, vel depoſitarium, q.4. num.22.
commodatę, & depoſitę rei non transfertur poſſeſſio. q.4.num.37.
commodum ex vitio ſuo, non debet quis conſequi, ſed pęnam. q.4.num 64.
communionem contrahere nemo eſt cogendus, q.13. num.31.
Communione ob contumaciam priuatus, congrua ſatisfactione exhibita reſtituitur. quæſtio.3. numero 107.
comparens poſt contumaciam non videtur audiendus. q.3.num.99.
comparens poſt contumaciam facit eam ceſſare, & pęnam ob eam irrogandam. q.3.nu.106.
comparens poſt ſententiam expenſas reficit. quęſt.3. num.128.
conceſſum vno caſu altero denegatur. quæſtione 5. num.38.
condemnatus ad ſoluendum, quod antea ſoluerat repetet primo loco ſolutum. q.2.nu.87.
condemnatus de falſo ſi in contumaciam fuerit condemnatus, videtur potius ob contumaciam, condemnatus, quam eo quod falſum commiſerit, & ideo poteſt inſtrumenta conficere. quæſtio.3. num.110.
conditione deficiente diſpoſitio habetur pro non facta. q.2. num.70.
conditione purificata, diſpoſitio pro pura habetur purum enim, & purificatum æquiparantur. q.5. num.71.
conditio ſi ſua putauerit intereſſe purificatur per apparentem, & ſummariam probationem. quæſt.5. num.72.
conditio non purificata nihil ponit in eſſe. q.3.n.76. & q.15.num.24.
conditio iniqua non eſt vni per alium inferenda. q.5. num.35.
conditione deficiente, diſpoſitio conditionalis pro non facta habetur. q.11. num.28.
confeſſio admittitur aduerſus præſumptionem iuris, & de iure, licet nulla alia admittatur probatio q.5.num.85.
conſequenti conceſſo, conceduntur quoque neceſſaria antecedentia. q.3.nu.74.
conſenſui nihil magis contrarium quam error. q.4. num. 55.
conſtitutum transfert totam poſſeſſionem, quæ penes conſtituentem erat. q 4.num.29.
conſtitutum transfert poſſeſſionem ad quoſcunque effectus, & in ſpecie ad impediendum legis noſtræ beneficium. q.4.num.31.
conſtitutarius propria auctoritate poteſt bona ingredi. q.4.num.33.
conſtitutū veram poſſeſſionem transfert in conſtitutarium. q.6.num.11.
conſtitutum ad præiudicium eius qui conſtituit ſufficit, ſine alia probatione poſſeſſionis ipſius conſtituentis, q.7. num.40.
conſtituens non poteſt impugnare poſſeſſionem illius, cuius nomine antea conſtituit ſe poſſidere. q.7. num.41.
continuatio poſſeſſionis eſt facilior, quam noua eius acquiſitio. q.20.num.24.
contractus, vel quaſi pariunt obligationem non dominium. q.5.nu.45.
contradictio in iure non eſt admittenda. quæſtio.5. num. 55.
contradicendi cauſæ quot, & quæ ſint. q.1.nu.12.
contradicendi effectus, eſt aduerſarium impedire, quominus optatum finem conſequatur. quæſt.1. num. 6.
contradicendi modi quot ſint, & qui. quæſt.1. numero 10.
contradicendi modus obliquus, quomodo differat à directo. q.1. num.11.
contradicendi tempus quotuplex, & quæ ſingulæ eius ſpecies. q.1. num.14.
contradicens eo quod citatus ſi veniat poſt ſententiam dummodo veniat ante immiſſionem eſt legitimus contradictor. q.2.num.111.
contradictoris legitimi materia ampla eſt difficilis, frequens, & neceſſaria in præfatiuncula. nu.1.
Contradictor legitimus quam varijs modis accipiatur, & quot quæſtiones de eo examinari poſſint in præfatiuncula, num.4.
Contradictor in ſenſu communi eſt, qui contradicit, q.1.num.1.

contra-

Contradictor in ſenſu legali eſt qui legis præſcripto contradicit, q. 1. nu. 30.
Contradictor legitimus in materia legis noſtræ eſt, qui intentanti hoc beneficium lege permittente contradicit, q. 1. num. 4.
Contradictor legitimus in lege noſtra eſt, qui impedit aduerſarium quominus in poſſeſſionem petitam immittatur, q. 1. nu. 7.
Contradictoris legitimi conditiones, circa quot conſiderari poſſint, q. 1. nu. 9.
Contradictor legitimus eſt tantum, qui poſſidet tum ad impediendam ex ſummaria cognitione immiſſionem, tum ad illam, donec de iurium potioritate agatur retardandam, q. 2. nu. 3.
Declara vt num. 16.
Contradictor legitimus per modum actionis eſt quicunque legis noſtræ beneficium intentare poteſt, q. 2. nu. 208.
Contradictor legitimus ad impediendam immiſſionem eſt, quicunque dicere poteſt hodie conſtat, hodie agatur q. 2. nu. 237. & q. 5. nu. 82. & quæſt. 9. num. 91.
Contradictor legitimus eſt, cui æque hoc beneficiũ competit, q. 2. num. 254.
Contradictor legitimus eſt, qui allegat quid excluſiuum iuris hæredis, & illud incontinenti probat, q. 2. nu. 261.
Contradictor legitimus is dicitur, cui competit immiſſio, q. 2. nu. 255.
Contradictor legitimus eſt qui poſſeſſionem ab hærede obtinuit mortuo teſtatore, q. 4. nu. 42.
Declara vt num. 50.
Fallit quando poſſidens obtinuit poſſeſſionem conſenſu hæredis errantis, qui credebat ſe eſſe hæredẽ ab inteſtato cum ſit teſtamentarius, vt num. 54.
Contradictor, vt quis ſit tria ſunt neceſſaria, quæſtio 5. nu. 7.
Contradictor legitimus eſt quicunque titulum, & poſſeſſionem a viuo teſtatore obtinuit, quæſtio 6. num. 1.
Amplia etiam ſi poſſidens titulo inter viuos puta donationis, adeundo hæreditatem rem donatam in inuentario deſcripſerit, nu 7.
Amplia ſecundo ſi defunctus titulum concedens conſtituit ſe nomine eius poſſidere, cui titulum conceſſit nu. 10.
Amplia tertio ſi concedens titulum ſibi vſumfructum reſeruauit, nu. 11.
Contradictor legitimus eſt, qui poſſeſſionem, & titulum rei teſtatoris a tertio teſtatore viuente obtinuit, q. 6. nu. 18.
Contradictor legitimus eſt, qui titulum, & poſſeſſionem ab hærede mortuo teſtatore obtinuit, ſiue hæres poſſideret, ſiue non, dum tamen poſſeſſionem ad ſe ſpectantem ei ceſſerit, q. 7. nu. 39.
Contradictor legitimus eſt, qui mortuo teſtatore titulum a tertio poſſeſſionem ab hærede obtinuit, q. 7. nu. 46.
Contradictor legitimus eſt, qui titulum ab hærede poſſeſſionem a tertio obtinuit, q. 7. nu. 99.
Contradictor legitimus eſt, qui titulum ab hærede poſſeſſionem a ſe obtinuit, q. 7. nu. 109.
Declara, vt non directe vi ſuæ poſſeſſionis poſſit excludere hæredem, ſed inducte per exceptiones euictionis, circuitus inutilis, & doli mali, vt numero 15.
Contradictor legitimus eſt, qui cum titulo poſſidet, q. 7. nu. 130.
Contradictor legitimus eſt, qui poſſeſſionem viuo teſtatore obtinuit, & titulum ab hærede, eo mortuo, q. 8. nu. 3.
Contradictor legitimus eſt, qui allegat titulum viuẽte teſtatore acquiſitum, vel ab hærede, vel a defuncto, vel a tertio, & poſſeſſionem eo mortuo ab hærede, quod intellige per accidens, ita vt contradictio ſit fundata in non iure hæredis, quæſt. 9. num. 1.
Declara vt num. 4.
Contradictor legitimus eſt, qui titulum a defuncto viuente, & poſſeſſionem a ſe ipſo eo mortuo accepit, q. 9. nu. 15.
Declara vt infra num. 53.
Amplia vt nu. 54.
Contradictor legitimus eſt, qui titulum a teſtatore obtinuit, poſſeſſionem vero eo mortuo a tertio, q. 3. num. 66.
Contradictor legitimus eſt, qui incontinenti ius ſuum probat q. 9. nu. 95.
Contradictor legitimus eſt, qui titulum ab hærede viuente teſtatore obtinuit, & poſſeſſione eo mortuo a tertio, q. 9 num. 105.
Contradictor legitimus eſt, qui titulum ab hærede obtinuit viuente teſtatore, & poſſeſſione a ſe eo mortuo, q. 9. nu. 107.
Contradictor legitimus eſt, qui titulum a defuncto, & poſſeſſionem a ſe obtinuit, q. 11. nu. 10.
Declara vt num. 20.
Contradictor legitimus eſt, qui cum titulo, & iuſte poſſidet, q. 9. nu. 11.
Contradictor legitimus eſt non poſſidens, ſi habeat ſimilem gratiam, q. 14. nu. 45.
Contradictor, vt quis eſſe poſſit debet habere titulum, non ſolum ab eodem fonte, ſed eiuſdem ſpeciei, q. 15. num. 27.
Declara id intelligendum in non poſſidente, qui velit petendo immiſſionem per concurſum aduerſariorum excludere, vt nu. 31.
Contradictor legitimus vt ſit, non poſſidens neceſſe eſt, vt eodem modo immiſſionem prætendere poſſit, q. 15. nu. 35.
Contradictor legitimus non eſt, qui parem titulum non habet, q. 2. nu. 143.
Contradictor legitimus non eſt, qui non poſſidet, q. 2. nu. 162.
Declara vt nu. 174.
Contradictor legitimus non eſt, qui poſſidet, ſi non habeat ſimilem titulum, q. 2. nu. 164.
Contradictor legitimus non eſt, cuius non intereſt, q. 2. nu. 166. & q. 3. nu. 15.
Contradictor legitimus non eſt, qui titulum non habet, vel non parem, q. 2. nu. 183.
Contradictor legitimus non eſt, qui parem titulum non habet, niſi incontinenti de iure ſuo doceat, q. 3. num. 55.
Contradictor legitimus non fit ex eo ſolum quod non ſit contumax, niſi alia concurrant habilia, q. 3. nu. 131.
Contradictor, qui non poteſt eſſe quantum ad ius, poteſt tamen aliquando eſſe quantum ad factum, & ſic per excluſionem intentionis, non vero actionis, q. 4. nu. 49.
Contradictor legitimus non eſt, qui titulum ab hærede

rede obtinuit viuente teſtatore ſi poſſeſſione careat, q.5.num.6.
Fallit vt num 25.
Contradictor legitimus non eſt, qui ſolummodo titulum habet, q.5.nu.37.
Declara vt infra nu. 66.
Fallit vt num. 67.
Contradictor legitimus non eſt, qui viuente teſtatore ſolum titulum ab eodem obtinuit, quæſtio. 5. num. 74.
Fallit vt nu.80.
Contradictor legitimus non eſt, qui mortuo teſtatore titulum ab hærede obtinuit, q.5.nu.97.
Contradictor legitimus non eſt, qui titulum mortuo teſtatore obtinuit a tertio, q.5.nu.112.
Contradictor legitimus non eſt, qui poſt mortem teſtatoris, & titulum, & poſſeſſionem obtinuit a tertio, q.7.num.8.
Fallit quando non ſolum probat titulum, & poſſeſſionem verum etiam dominium, vel ſuum, vel ſui anteceſſoris, vt num.26.
Fallit ſecundo ſi titulum, & poſſeſſionem ab executore teſtamentario obtinuerit, vt num.30.
Amplia limitationem ſi executor irrequiſito hærede alienauerit, vt num.34.
Contradictor legitimus non eſt, qui non excludit ius hæredis agentis, q.7.nu 61.
Contradictor legitimus non eſt, qui titulum a tertio, & poſſeſſionem a ſe mortuo teſtatore obtinuit, q.7.nu.60.
Contradictor legitimus non eſt, qui titulum ab hærede obtinuit, & poſſeſſionem a ſe ipſo, ſi veniat contra fideicommiſſarium, quando ei hoc beneficium competit, q.7.nu.135.
Contradictorē non facit titulus ab hærede poſt mortem teſtatoris obtentus, q.7.nu.138.
Declara ſiue ſit inter viuos, ſiue ſucceſſio ab inteſtato.num.139.
Contradictor legitimus non eſt, qui titulum viuente teſtatore a tertio obtinuit, poſſeſſionem vero eo mortuo, vel a ſe ipſo, vel a tertio, q.9.nu.80.
Fallit ſi incontinenti dominium ſuis auctoris probet, vt infra nu.89.
Intellige hanc fallentiam quando vere, & ſine heſitatione de dominio ſui anteceſſoris, vel proprio probat, & probationes nullam patiuntur controuerſiam, vt infra nu 92.
Declara vt nu. 101.
Fallit ſecundo quando poſſeſſor allegat titulum, qui ſi verus eſſet excluderet ius hæredis, aut enim huiuſmodi titulum probat, & facit cauſam ordinarie tractari, aut dat fumum, & obtinet dilationem ad probandum, aut neutrum præſtat, & reſpuitur a iudicio, vt num.94.
Contradictor legitimus non eſt non poſſidens, q.12. nu.12.& q.14.nu.43.
Declara vt nō ſit contradictor, ſi ſaltem non habeat titulum eiuſdem ſpeciei, d.q.12.num.36.& quæſt. 15. num. 32.
Declara ſecundo, vt d.q.12.num.46.
Contradictor legitimus non eſt, in quo incertum, an, & quid debeatur, q.10 nu.154.
Contradictor legitimus non eſt, cuius non intereſt aduerſarium immitti, q.14.nu.39.
Contradictor non admittitur, vbi non infertur præiudicium irreparabile, q.15.nu.89.
Contradictio in iure non eſt admittenda, q.5.nu.55.
Contraria in eodē ſubiecto eſſe nequeunt, q.2.nu.59.
Contrariorum contrarij ſunt effectus, q 3.nu.79.
Contumacia ceſſante, ceſſat pęna pro tempore futuro, non vero præterito, q.3.num.111.
Contumax ius ſuum amittit, q.3.nu.102.
Contumax non niſi refectis expenſis eſt audiendus, q.3. num.115.

D

DAmnum qui ſua culpa ſentit ſibi imputare debet, q.5.num.20.
Declarationes factas a Congregatione Concilij Rota reuerenter ſuſcipit, & obſeruat, nec de illarum veritate cognoſcit, q 15.num.157.
Declaratio tacita facta in poſſeſſorio per proceſſum ad ulteriora, quamuis merita petitorij reſpiciat non parit mixturam, nec facit cauſam appellabilem, q.2.nu.202.
Intellige quando vnicum eſt iudicium, ſecus ſi duo ſint iudicia, quia ambo litigantes æque principaliter agant, ibidem num.202.
Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem ſtante notoria reſeruatione, & iuſtificata, quęſt.15. num. 160.
Defectus ſi ſit in cauſa efficienti eo etiam ceſſante non datur reconualeſcentia, q.2.nu.79.
Defectus eorum, quæ ex vrbanitate & ex abundanti cautela adhibentur non vitiat actum, q.10.nu.13.
Definitio debet cum ſuo definito conuerti, quęſt.10. num.161.
Defunctum non poſſediſſe quilibet allegare poteſt, q.4. num.8.
Delicta paria pari compenſatione mutuo tolluntur, q.10.nu.101.
Intellige, quando pœna erat parti applicanda, vt num.102.
Delictis, & fraudibus non eſt via aperienda, q.10. num. 104.
Dictio in perpetuum facit, vt feudum tranſmittatur ad fœminas in caſu in quo alioqui ſuccedere non poſſint, q.19.nu.15.
Diſpoſitio conditionalis non debet fieri inanis, q.11. num. 25.
Diſpoſitio conditionalis, conditione non purificata nullum operatur effectum, q.15.nu.139.
Doctori de conſuetudine atteſtanti, non eſt in iudicio abſolute credendum, cum deponat tamquam teſtis non iuratus, q.19.num.7.
Doli exceptio locum habet aduerſus legis noſtrę beneficium, & aduerſus omne poſſeſſorium adipiſcendæ, q.7.nu.2.
Doli mali exceptio opponitur aduerſus petentem illud quod ſtatim eſt reſtituturus, quæſtio 18. num.19.
Doli mali exceptio habet locum in iudicijs poſſeſſorijs adipiſcendæ, q.19.nu.18.
Doli mali exceptio admittitur aduerſus legis noſtræ beneficium, quando certum eſt intentantem illum bona ſtatim reſtituturum, quæſt. 19. num. 71.
Dolo, & deceptioni non eſt via aperienda, quæſt.3. num. 138.
Dolo facit, qui petit illud quod ſtatim eſt reſtituturus, q.5.num.1.

Declara vt num. 11.
Declara ſecundo, vt nu. 14.
Declara tertio, vt q. 5. nu. 109.
Dominium ſine traditione non transfertur, q. 5. nu. 9. & nu. 104.
Dominium eiuſdem rei poteſt ad vnum ſpectare, poſſeſſio ad alium, q. 7. num. 102.
Dominium rerum hæreditariarum acquiritur per ſolam aditionem hæreditatis, quæſtio 9. numero 56.
Domino competit rei vendicatio ad recuperandam rem a tertio, etiam bona fide detentam, quæſt. 6. num. 17.
Dominus rem ſuam ab alio detentam iuſte vindicat, q. 7. nu. 19.
Dominus a quaſi domino rem ſuam recte vindicat, q. 7. nu. 21.
Dominus, & quilibet titulum habens non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem rerum vacantium occupare, q. 9. nu. 74.
Dominus directus quamuis ſtet conuentio, vt ſi emphyteuta pacta non ſeruauerit cadat ipſo iure, & liceat domino abſque aliqua citatione poſſeſſionem occupare, non tamen ſine citatione hoc agere poteſt, q. 10. nu. 119.
Dominus directus, qui mortuo emphyteuta ante hæredis immiſſionem poſſeſſionem obtinuit iuſte videtur poſſidere, quod nonnullis probatur rationibus, q. 16. num. 1.
Dominus directus, quando feudum, vel emphyteuſis cecidit in commiſſum, propria auctoritate poteſt, non attenta contradictione tenentium poſſeſſionem occupare, q. 16. nu. 30.
Declara, quando in dubium non reuocatur dominium directum; vt nu. 24.
Dominus directus finita emphyteuſi ipſo iure dicitur ciuiliter, & naturaliter poſſidere, quæſtio 16. num. 12.
Dominus directus finita emphyteuſi, ſi nolit poſſidentem propria auctoritate expellere poteſt intentare interdictum vti poſſidentis, q. 16. num.
Declara vt nu. 34.
Dominus directus, quando propria auctoritate poſſeſſionem occupauit allegans rem in commiſſum cecidiſſe, non eſt legitimus contradictor, aduerſus hæredem negantem rem eſſe emphyteuticam, q. 16. nu. 17.
Dominus directus volens impedire quominus hæres conſequatur bona emphyteutica, quaſi emphyteuſi deuoluta, deuolutionem probare debet, q. 16. nu. 19.
Dominus directus non poteſt propria auctoritate bonorum emphyteuticorum poſſeſſionem occupare, quamuis prætendat emphyteuſim finitam, q. 16. nu. 21.
Dominus directus, qui propria auctoritate feudo etiam deuoluto poſſeſſionem obtinuit, abſque declaratoria ſententia, iniuſte poſſidet, quæſtio 16. num. 28.
Dominus directus rem emphyteuticam propria auctoritate occupare poteſt, quando cecidit in commiſſum, q. 16. nu. 40.
Dominus directus, qui propria auctoritate rei poſſeſſionem obtinuit, allegans eam in commiſſum cecidiſſe non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, qui fatetur rem emphyteuticam, negat tamen in commiſſum cecidiſſe, quæſtio 16. num. 42.
Dominus directus, neque ſub prætextu pacti non ſeruati, neque alienationis perperam factæ, nec deuolutionis propter generationem finitam, poteſt emphyteutam propria auctoritate poſſeſſione priuare, niſi præcedat citatio, & ſententia declaratoria; q. 16. nu. 47.
Dominus directus, qui rem emphyteuticam propria auctoritate occupauit, aſſerens eam in commiſſum cecidiſſe legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem, quando fatetur rem emphyteuticam, licet neget in commiſſum cecidiſſe, ſi tamen incontinenti rem in commiſſum cecidiſſe probet, q. 16. nu. 51.
Declara vt ſi non per modum exceptionis, ſaltem per modum interdicti retinendæ, vt numero 54.
Declara ſecundo vt ſi contradicat non in vim naturalis poſſeſſionis, ſed ciuilis, vt nu. 56.
Declara tertio, vt non probante domino emphyteuſim finitam intra tempus, intra quod datetur immiſſio, ſi nulla fuiſſet oppoſita exceptio, immiſſionem impedire nequeat, vt numero 61.
Declara poſtremo, vt non ſolum debeat probare incontinenti emphyteuſim finitam, ſed ita clare, vt probatio nullas patiatur exceptiones, numero 62.
Dominus directus ſemper videtur iuſte poſſidere, ſaltem in vim ciuilis poſſeſſionis, quam ſemper habet, q. 16. nu. 53.
Dominus directus vbi admittitur ad probandam caducitatem verſa vice admittendus eſt hæres ad probandum contrarium, niſi adeo manifeſte caducitas fuerit probata, vt nihil abſque calumnia opponi poſſit, q. 16. nu. 63.
Dominus directus, qui pacto conuenit, vt finita emphyteuſi poſſit propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, recte ingreditur, quando caducitas eſt clara, vt non poſſit in controuerſiam reuocari, q. 16. nu. 64.
Dominus directus, qui non occupata poſſeſſione aſſerit rem emphyteuticam in commiſſum cecidiſſe, hærede id negante legitimus eſt contradictor, quando incontinenti caducitatem ſe probaturum offert, q. 16. nu. 65.
Dominus directus ſemper dicitur rem emphyteuticam ciuiliter, & cum titulo poſſidere, quæſt. 16. num. 66.
Dominus directus non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem emphyteutæ, quando nec poſſeſſionem obtinuit, nec incontinenti ſe probaturum offert rem in commiſſum cecidiſſe, quæſt. 16. num. 67.
Dominus directus rem feudalem poſſidens, in illis locis in quibus in feudis ex teſtamento non ſucceditur eſt legitimus contradictor, aduerſus hæredem non negantem bona eſſe feudalia, quæſtio 17. nu. 1.
Dominus directus poſſidens rem feudalem in locis in quibus ex teſtamento non ſucceditur, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem intentantem legis noſtræ beneficium, quando hæres negat bona eſſe feudalia, quæſtio 17. numero 5.

Domi-

Dominus rem feudalem detinens in locis in quibus ex teſtamento ſucceditur, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, quando non allegat feudum finitum, aut deuolutum, quæſtio 17. num. 7.

Dominus directus via iuris omiſſa, indebitè inſiſtentem in bonis feudalibus turbare poteſt, neque is ex aduerſo iuuatur interdicto vti poſſidentis, quæſtio 17. nu. 15.

Dominus directus linea finita, propria auctoritate rem feudalem ingredi poteſt, q. 17. nu. 16.

Intellige, ſi primo cauſa eſt cognita, vt num. 20. & 23.

Dominus directus, quando retinet bona feudalia, & aſſerit ea in commiſſum cecidiſſe, hæres autem fatetur feudalia, ſed negat in commiſſum cecidiſſe, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem, quæſtio 17. num. 19.

Dominus directus, rem feudalem non poſſidens, nec allegans in commiſſum cecidiſſe, non eſt legitimus contradictor, q. 17. nu. 24.

Dominus directus non poſſidens allegans tamen rem in commiſſum cecidiſſe, neque incontinenti id probans, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem inſtitutum, quæſtio 17. numero 26.

Dominus directus, quando non poſſidet allegat tamen rem in commiſſum cecidiſſe, & incontinenti ſe id probaturum offert, eſt legitimus contradictor, q. 17. nu. 29.

Dominus directus non poſſidens, nec incontinenti ſe probaturum offerens bona eſſe feudalia, non eſt legitimus contradictor aduerſus filiam in teſtamento inſtitutam, q. 18. num. 1.

Dominus directus feudi, & agnati, terminis æqualibus datis, eodem modo ſunt contradictores aduerſus filiam fœminam in teſtamento inſtitutam, q. 18. num. 12.

Dominus directus ſi ſe offert probaturum incontinenti bona eſſe feudalia, & talia ad quæ fœmina admitti nequeat, eſt legitimus contradictor aduerſus fœminam inſtitutam, quæſtio 18. numero 15.

Dominus directus non poſſidens, non eſt legitimus contradictor aduerſus fœminam inſtitutam, reſpectu bonorum ſitorum in territorio feudi, in quod fœminam non eſſe immittendam conſtet, q. 18. num. 16.

Dominus directus, quando conſtat aliqua caſtra eſſe feudalia fœminamque non eſſe in ea immittendam, in eorum tamen territorio reperiuntur prædia quæ fuerunt a defuncto poſſeſſa, & fœmina velit in ea immitti tanquam allodialia, Dominus vero aſſerat ea quoque eſſe feudalia eſt legitimus contradictor aduerſus prædictam fœminam, in illis caſibus in quibus feudalia præſumuntur, ſecus in illis in quibus præſumuntur allodialia, q. 19. num. 93.

Donatarius cauſa mortis eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, quando immiſſionem prætendit iuſte in bona donata, & eodem tempore immiſſionem quoque petit hæres, quæſtio 2. num. 285.

Declara, vt eoſmodo excludat hæredem, quo ipſe includitur, vnde ſi in tertia includatur alterna excludit, & ambo pro indiuiſo admittuntur, num. 291.

Donatarius cauſa mortis propria auctoritate poſſeſſionem capere poteſt, q. 2. nu. 288.

Donatum alicui, & ſic ſub nomine dignitatis puta Regiæ dignitati, Regno acquiritur, quæſt. 20. num. 40.

Dubia allegatio non releuat, quæſt 4. nu. 4. & 66.

E

Eccleſia per fideicommiſſum ſubſtituta propria auctoritate capere poteſt, q. 2. nu. 242.

Eccleſiaſtici non ligantur ſtatutis, & regulis laicorum, q. 19. nu. 117.

Effectus talis eſt præſumendus qualem requirebat cauſa, q. 10. nu 129.

Effectus ſine cauſa dari non poteſt, quæſtio 4. numero 46.

Electione vnius remedij, vbi plura competunt alia tolluntur, q. 10. num. 34.

Electio competit habenti bona obligata, quæſt. 19. num. 4.

Eligens vnam viam non poteſt variare, & ea omiſſa ad aliam confugere, q. 10. num. 33.

Declara, vt num. 43.

Emphyteuta negans rem eſſe emphyteuticam dominum directum non admittit, quæſtio 16. numero 11.

Emphyteuta, quamuis finita emphyteuſi ipſo iure priuetur eſt tamen citandus, & ſententia eſt neceſſaria, nec de facto ſpoliari debet, quæſtio 16. num. 22.

Emphyteuſis quædam ſeruitus eſt, quæ non præſumitur, q. 16. nu. 39.

Emphyteuticam rem in commiſſum cecidiſſe, vt conſtet declaratoria eſt opus, q. 16. nu. 44.

Epiſcopus habet facultatem vniendi beneficia ſimplicia præbendarum ſingularum diſtributionibus non autem menſe capitulari, quæſtio 15. numero 163.

Æquipollentium idem eſt iudicium, quæſtio 2. numero 266.

Errare eſt melius non tribuendo vni quod debetur, quam auferendo alij; quod non eſt auferendum, q. 15. num. 108.

Æs alienum hæredi debitum eſt primo ab eo detrahendum, quam bona fideicommiſſario ſubiecta conſequatur fideicommiſſarius, quæſtio 10. numero 180.

Exemplum in creditore dotium maternarum, d. q. num. 181.

Declara hoc verum vniuerſaliter in omni credito etiam ſi hæres non confecerit inuentarium, n. 182.

Eſſe hoc non probat, quod ab hoc contingit abeſſe, q. 15. nu. 107.

Euentus malus non eſt expectandus, nec in conſideratione habendus, q. 14 num. 19.

Exceptio defectus proprietatis non eſt proportionata aduerſus legis noſtræ remedium niſi quatenus in continenti probetur, q. 2. nu. 6.

Exceptio perſonarum nulla in iure eſt habenda, q. 2. nu. 14. & 154.

Exceptio de equalitate tituli bifariam opponi poteſt, & quomodo excipienti proſit, q. 2. nu. 20.

Exceptio, quando aduerſus vnum datur eadem ad-

uerſus alium non eſt deneganda congrua replicatio, q.2.nu. 100.
Exceptio tua non intereſt dicitur litis finitæ, quæſt.2 nu.168.& q.5.nu.43.
Et non ſolum repellit agentem, ſed etiam excipientem, nu.169.
Exceptio falſi, non impedit immiſſionem ex legis noſtræ beneficio, q.2.num.229.
Exceptio proprietatis quæ incontinenti probari poſſit non excluditur; quin opponatur aduerſus hoc beneficium, q.4.nu.74.
Exceptio competit aduerſus eum agentem, contra quem poſſidentem competeret actio, q.5.nu.4. & nu.95.& q.7.nu.101.& 115.& q.10.nu.81.
Declara vt nu.12.& nu.106. & 107.
Exceptio tuo facto a poſſeſſione cecidiſti remedium adipiſcendæ impedit, q.6.nu.3.& q.9.nu.15.
Exceptio firmat regulam in non exceptis, quæſt.7. num. 25.
Exceptio dominij ſi probetur in continenti opponitur contra quodcumq; remedium adipiſcendæ, q.7.num. 27.
Exceptio tua non intereſt, excludit a contradicendo in hoc remedio, q.8.num.12.
Exceptio ei competit cui competeret actio, ſi non poſſideret, q.10.num.17.
Exceptio dolo facis quando in continenti probari poteſt admittitur aduerſus poſſeſſorium adipiſcendæ,& in ſpecie aduerſus legis noſtræ beneficium, q.10.nu.138. & nu.224.
Exceptio dolo facis facit ceſſare interdictum quorum legatorum, q.10.nu.139.
Exceptio defectus dominij ſi in continenti probetur admittitur in legis noſtræ beneficio, quæſtio 10. num. 125.
Exceptio duplex eſt alia actionis alia intentionis, q.10.nu.38.
Exceptio requirens altam indaginem non admittitur aduerſus legis noſtræ beneficium, quæſt. 10. num. 75.
Exceptio teſtamentum fuiſſe metu confectum requirit altam indaginem, & non admittitur ad impediendum legis noſtræ beneficium, q 11.nu.76.
Exceptio impotentiæ teſtatoris incapacitatis hæredis, & ſimiles non admittuntur aduerſus legis noſtræ beneficium, q.11.num.77.
Exceptio non deprompta de corpore prouiſionis altam requirit indaginem, q.15.nu.47.
Exceptio nullitatis, aut falſitatis teſtamenti non admittitur ad impediendam immiſſionem niſi defectus ex lectura teſtamenti appareat, quæſtio 15. num. 83.
Exceptio nullitatis ſubrogationis, quæ ex corpore eiuſdem non elicitur non impedit immiſſionem, q.15.num.94.
Exceptio nullitatis ſubrogationis fundata in non reſeruatione dicitur deſumpta ex corpore ſubrogationis, q.15.num.182.
Exceptio proprietatis. quæ in continenti probari poteſt admittitur in iudicijs etiam ſummarijs, quæſtio 16. nu.52.
Exceptio defectus proprietatis de qua in continenti appareat admittitur contra legis noſtræ remediũ, q.17.nu.17.
Exceptio feudum in commiſſum cecidiſſe eſt exceptio defectus proprietatis, q.17.nu.18.
Exceptio defectum proprietatis reſpiciens, ſeu incapacitatem hæredis non admittitur aduerſus legis noſtræ remedium, q.17.nu.27.
Exceptio non eſt modus poſſeſſionis acquirendæ, ſed tantum conſeruandæ, q.20.nu.16.
Exceptiones altam indaginem requirentes in iudicio poſſeſſorio non admittuntur, q. 2. num.95. & num.187. & q.18. nu 6.
Exceptiones falſitatis in hoc iudicio non admittuntur, q.2.nu.96.
Exceptiones teſtamentum fuiſſe metu confectum non admittuntur, q.2 nu.97.
Exceptiones impotentiæ teſtandi teſtatoris non admittuntur, q 2.num.98.
Quomodo id intelligendum, nu.99.
Exceptiones excluſiuæ iuris hæredis inſtituti quæ in continenti probantur, nec altam requirunt indaginem admittuntur ad impediendam immiſſionem ex legis noſtræ beneficio, q.2.nu.231.
Et ad impediendam diſpoſitionem ſtatuti continuantis poſſeſſionem in hæredem defuncti, numero 232.
Exceptiones quæ patiuntur aliquas replicationes, vel oppoſitiones dicuntur altam requirere indaginem, q.2.num. 240.
Exceptiones de iure tertij non admittuntur in poſſeſſorio adipiſcendæ, q.3 nu.155.
Etiam ſi ius tertij ſit excluſiuum iuris agentis, numero 156.
Exceptiones ſunt comparatæ reorum defendendorum cauſa cum quibus agitur, q.5. num.15.
Exceptiones ſunt introductæ, vt excipienti conſulant, q 5.nu.16.
Exceptione ſubmoueri poteſt agens ſi idem de euictione tenetur, q.9.nu.18.
Exceptiones conſiſtentes in quæſtione iuris ambigui in quo variæ ſint interpretum opiniones non admittuntur contra hoc beneficium, q.10.num.281.
Excipiens ſuam exceptionem probare debet, quæſtio 11.nu.74.
Exceptiones de proprietate, quæ vel notoriæ apparent, vel incontinenti probari poſſunt admittuntur in remedijs poſſeſſorijs adipiſcendæ, quæſt.19. num. 29.
Exceptiones de dominio, & iure excipientis, & non de iure aduerſarij quæ ſunt in continenti liquidabiles admittuntur in poſſeſſorijs adipiſcendæ, q.19.num.73.
Excipiens non eſt audiendus ceſſante intereſſe, quæſtio 14. num.41.
Excluſus in poſſeſſorio per immiſſionem alterius poteſt poſtea in iudicio petitorio cauſam inchoare, q.2. nu.102.
Executiua via qui poterat agere ſi ordinariam elegit eandem proſequi tenetur, q.3.nu.48.
Executio quæ competit pro obligatione camerali impeditur per exceptionem; quæ oritur ex ventre teſtamenti continentis obligationem cameralem, & facit, vt ordinariè ſit agendum, quæſtio 11.num.59.
Executionem paratam habentia puta obligationes camerales requirunt liquidationem eius quod liquidandum antequam capiatur poſſeſſio, quæſtio 16. num.50.
Executionis uis maior eſt quam rei iudicatæ, q. 3. num.144.& 178.

Exe-

Executor, qui poterat via executiua, & extraiudiciali procedere quamuis citauerit poteſt executiue agere nihilominus, ac ſi non citaſſet, quæſtio 3. num. 2.
Et quando in aliquibus proceſſit iudicialiter non per hoc facit ſe mixtum executorem, ſed omiſſa via Iudici poteſt ad aliam reuerti, quæſtio 3. num. 5.
Executor, citando, non dicitur eligere viam ordinariam, ſed ex abundanti id facere ad pleniorem cognitionem obtinendam, q. 3. nu. 6.
Executori non eſt prohibitum vti aliquibus actibus iudicialibus, q. 3. nu. 7.
Executor literarum Apoſtolicarum procedit ad inſtar remedij legis noſtræ verum non ſolum executiue, ſed omnino extraiudicialiter quando in literis non reperitur aliqua clauſula ſonans in iudicialem indaginem, neque datur aliquis poſſeſſor de cuius præiudicio agatur, q. 3. nu. 32.
Executor in beneficio legis noſtræ iudex eſt, quæſt. 3. num. 33.
Executor teſtamenti legatum propria auctoritate capere poteſt, q. 12. num. 47.
Executor teſtamenti in quo pauperes Chriſti fuere inſtituti eſt Epiſcopus nullo alio executore in teſtamento conſtituto, q. 14. nu. 2.
Executor teſtamenti habens rationem hæredis, vel tutoris ipſius hæredis cuiuſmodi Epiſcopus pauperibus Chriſti inſtitutis recte intentat legis noſtræ beneficium, & excludit quemcumque alium illud intentare volentem, q. 14. nu. 3.
Executor non habens rationem hæredis, qui nondum aliquem actum exercuit non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem, q. 14. nu. 4.
Executor, nec propria, nec Iudicis auctoritate obtinere poteſt bonorum poſſeſſionem in quibus exerceat executoris officium, q. 14. nu. 5.
Executor, qui vendidit rem a teſtatore poſſeſſam, vt eius voluntatem exequeretur eſt in cauſa quo minus hæres poſſit mitti in poſſeſſionem rei venditæ, q. 14. num. 7.
Executor literarum Apoſtolicarum eſt mixtus in procedendo, & merus in exequendo, quæſtio 15. nu. 192.
Exemplum ſi in literis adeſſet clauſula vocatis vocandis, q. 15. nu. 199.
Aliud exemplum ſi literæ eſſent in forma dignum, q. 15. nu. 200.
Executoris factum dicitur factum defuncti, quæſt. 3. nu. 31. & q. 14. num. 8.
Expenſæ iam factæ non dicuntur remiſſæ contumacia ceſſante, q. 5. nu. 112.

F

FActi quæſtio difficilis altam requirit indaginem, q. 2. num. 190.
Factum executoris dicitur factum defuncti, quæſtio 7. num. 31.
Factum proprium nemo impugnare poteſt, quæſt. 2. nu. 256. & q. 4. num. 43. & q. 8. num. 4. & quæſt. 10. num. 80.
Factum non egreditur perſonam facientis, quæſt. 7. num. 85.
Factum impugnare non debet, qui aduerſus alios illud defendere tenetur, q. 7. num. 115.
Facultas a teſtatore conceſſa fideicommiſſario capiendi propria auctoritate ſolummodo habet locum bonis vacantibus, q. 10. nu. 42.
Facultatem capiendi propria auctoritate tacite concedit fideicommiſſario teſtator quando ſubſtituit per verba directa in caſu in quo ſubſtitutio non poteſt eſſe directa, q. 10. nu. 25.
Facultatem capiendi propria auctoritate dicitur tacite teſtator fideicommiſſario conceſſiſſe quando ſubſtituit in omnibus bonis, & in tota hæreditate integraliter abſque detractione legitimæ, aut Trebellianicæ, q. 10. nu. 22.
Facultatem acquirendi propria auctoritate concedit teſtator fideicommiſſario quando in ſubſtitutum omne ius transfert, q. 10. num. 28.
Facultatē habens capiendi propria auctoritate quando præceſſit ſententia declaratoria non tenetur citare, ſiue Iudicem non adeat, ſiue adeat pro aſſociatione curiæ obtinenda, ſecus ſi non præceſſit ſententia declaratoria, q. 10. nu. 122.
Falcidia ſemper eſt incerta, q. 12. num. 41.
Falcidia eſt quarta pars eius, quod in hæreditate ſupereſt deducto ære alieno, q. 12. num. 42.
Falcidiæ prohibitio dat licentiam legatario capiendi propria auctoritate, q. 10. num 23.
Fauori ſuo quilibet renunciare poteſt, q. 13. nu. 42.
Fauor vltimæ voluntatis non eſt ita extendendus, vt cuiquam fiat iniuria, q. 19. num. 84.
Feuda etiam fœminea maſculis extantibus non ſolent ad fœminas pertinere, q. 19. nu. 26.
Feuda Eccleſiaſtica frequentius eſſe fœminea contingit quam non, q. 19. num. 121.
Feuda licet fœminea, vt plurimum eius ſunt conditionis, vt fœminæ non admittantur extantibus maſculis, q. 18. num. 36.
Feudi, quod in commiſſum ceciderit cauſa non eſt a domino cognoſcenda, ſed per partes curiæ, q. 17. num. 21.
Feudi dominus non ipſo iure, ſed ope exceptionis, vel meliorамentorum nomine ab agendo repellitur, q. 20. num. 15.
Feudi antiqui naturam ſortiuntur acquiſita de nouo ſi vniantur per eum qui poſſit facultate regali, vel per modum meliorationis feudum augere, quæſtio 20. nu. 58.
Feudi titulum allegans in locis in quibus in feudis ex teſtamento non ſucceditur dansque fumum eiuſdem obtenebrat titulum prætendentis immiſſionem ex teſtamento, q. 9. num. 102.
Feudo perperam alienato alienans ipſo iure priuatur, neque eſt neceſſaria ſententia priuans. Declaratoria tamen eſt opus, q. 16. nu. 27.
Feudo finito bona feudalia pleno iure reuertuntur ad dominum directum, q. 17. nu. 10.
Intellige ſi non neget hæres feudum finitum, vel iam id probatum ſit, ſecus re in controuerſiam vocata, num. 22.
Feudo non videtur accreſcere, quod à vaſſallo feudo additum eſt, ſi tale ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit, q. 20. num. 31.
Quamuis feudo, vt feudo quæſitum, num. 32.
Contrarium verius num. 63.
Feudo ſuperadditum abſque animo conſolidandi cum feudo non conſolidatur animo vero concurrente vtique, q 20. num. 61.

Feudo res acquiſita ſi voluntate acquirentis per ſe non ſubſiſtat, quia feudo vnita, vt per ſe non cenſeatur, ſiue natura ſua ſubſiſtat, ſiue non feudalis euadit, & commodum eius feudo finito ſpectat ad dominum directum, ſi vero voluntate acquirentis per ſe ſubſiſtat, ſiue natura ſua per ſe ſubſiſtat, ſiue non, non cedit omnino feudo, ſed vel ſeparanda, vel pretium reſtituendum, q.20.nu.66.

Feudum à fœmina emptum eſt fœmineum, atque in eo fœminæ ſuccedunt licet ſpeciali pacto cantum non fuerit, vt fœminæ ſuccedant, quæſt.19. num.2.

Feudum nullum perſonale ſeruitium requirens, quod per fœminas præſtari nequeat fœmineum eſt, q.19.num 3.

Feudum præſumitur maſculinum, & ideo fœmina excluditur donec contrarium probet, quæſtio 19. num. 19.

Feudalia præſumuntur bona ſita in territorio caſtri ſi reperiantur a vaſallo poſſeſſa, quæſtio 19. numero 99.

Feudalia quolibet modo effecta, ſiue mobilia, ſiue immobilia ex eiſdem cauſis amittuntur ex quibus feudum, ſiue per ſe ſubſiſtere poſſint, ſiue non, quæſt.20. nu.59.

Feudale præſumitur quicquid eſt intra fines caſtri, q.19.nu.100.

Contrarium num.114.

Feudalibus in bonis vbi melioramenta extant conceditur immiſſio hæredi etiam incapaci feudi, ne bona ab illo reuocentur, niſi melioramentis ſolutis, q.20.num.6.

Fictio in caſu ficto idem operatur, quod veritas in caſu vero, q.14.nu.15.

Fictio poſtliminij non habet locum vbi extremum ad quod non eſt habile, q. 2.nu.80.

Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor reſpectu bonorum non profectorum à teſtatore fideicommittente licet a grauato poſſiderentur, q.2.nu.160.

Fideicommiſſarius, qui poteſt propria auctoritate capere, vel cui competit legis noſtræ beneficium eſt contradictor aduerſus inſtitutum ab alio teſtatore in alio teſtamento, q. 2.nu.170.

Declara ſi probet neceſſaria in hoc beneficio intentando nimirum teſtamentum non abolitum, & poſſeſſionem defuncti tempore mortis, vt numero 178.

Fideicommiſſarius non poſſidens regulariter non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem petentem immiſſionem, q. 2.nu.248.

Fallit ſi per modum actionis non vero exceptionis agat, nu.268.

Fideicommiſſarius debet capere a manu hæredis etiam in illis caſibus in quibus iura tranſeunt ſine reſtitutione, q.2.nu.248.

Fallit ſi hæres nondum poſſideat, nam tunc fideicommiſſarius capit ex auctoritate Iudicis, vt numero 271.

Fideicommiſſarius cui non competit legis noſtræ beneficium non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem hoc beneficium intentantem, q. 2. num. 250.

Fideicommiſſarius cui facta eſt reſtitutio verbalis eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem, q.2.nu.251.

Fideicommiſſarius ſolus poſt reſtitutionem verbalem hæreditarias actiones intentare poteſt, q. 2. num. 258.

Fideicommiſſarius vtiles non vero directas actiones conſequitur mediante reſtitutione directæ vero penes hæredem manent, q.2.nu.259.

Fideicommiſſarius debet capere a manu hæredis, q.2. nu. 269.

Fideicommiſsarius veniens ex eodem teſtamento ad petendam immiſſionem, quomodo differat ab hærede eodem modo veniente, q. 2.nu.273.

Fideicommiſſarius ſingularis non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem inſtitutum, quæſt.2. num 276.

Fideicommiſsarius ſingularis non habet legis noſtræ beneficium, & illud intentans nullitcr agit, q.2. num. 277.

Fideicommiſſarius aduerſus alium fideicom. venientem ex eodem teſtamento eſt legitimus contradictor ad efficiendum, vt cauſa ordinarie agatur, q.2.nu.284.

Fideicommiſsarius propria auctoritate poſſeſſionem capere nequit, ſed debet capere a manu hæredis, q.10. num. 1.

Et ſi propria auctoritate capiat cadit a iure ſuo, num. 2.

Neque aliquas actiones ante dictam reſtitutionem intentare poteſt, num.3.

Intellige quantum ad petitorias actiones intentandas aduerſus debitores hæreditarios, vel poſſidentes bona hæreditaria non vero quantum ad hæredem attinet, nu.4.

Fideicommiſsarius hærede non adeunte hæreditatem implorat Iudicis officium, vt compellat hæredem fideicommiſsarij periculo hæreditatem adire, & reſtituere, q.10.nu.6.

Fideicommiſsarius non poſſidens, & qui non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem capere non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem petentem immiſſionem. q.10.nu. 10.

Ampliatur etiam ſi in continenti de iure ſuo docere ſit paratus, vt num.13.

Amplia ſecundo, vt num. 15.

Amplia tertio, vt num. 16.

Fideicommiſsarius quamuis notorie conſtet talem eſſe tamen ante reſtitutionem, vel re, vel verbo factam nullum ius habet, q. 10.nu.14.

Fideicommiſsarius habens a teſtatore licentiam capiendi propria auctoritate iuſte bonorum fideicommiſſo ſubiectorum poſſeſſionem occupat, q.10.nu 18.

Fideicommiſsarius non poſſidens ſi habet facultatem capiendi propria auctoritate legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem, q.10.nu.58.

Fideicommiſsarius quando poſſeſſionem obtinuit ab hærede mortuo teſtatore legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem, q.10.nu.48.

Fideicommiſsarius qui obtinuit poſſeſſionem ab hærede viuente teſtatore legitimus eſt contradictor, q.10.num.52.

Fideicommiſsarius iuſte poſſidens quando in continenti de fideicommiſſo docere eſt paratus legitimus eſt contradictor aduerſus hæredē, q.10.n.56.

Fideicommiſsarius qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit facta ſibi ab hærede reſtitutione verbali legitimus eſt contradictor, q.10.num.55.

Fideicommiſſarius cui facta eſt verbalis reſtitutio poteſt propria auctoritate poſſeſſionem capere. q. 10. num. 57.

Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor, quamuis poſſideat ſi hæres neget eum eſſe fideicommiſſarium, & coloratam adducat rationem. q. 10. num. 60.

Fideicommiſſarius indiget Iudicis auctoritate in poſſeſſione obtinenda, quando eſt facta reſtitutio verbalis ab hærede, & ille non poſſidet. quæſt. 10. num. 68.

Fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem prætendentem immiſſionem ob detractiones faciendas, quando hæres verbaliter reſtituendo renunciauit detractionibus faciendis. q. 10. num. 82.

Fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem prætendentem immiſſionem ob detractiones faciendas, quando declarat ſe non poſſidere eo animo, vt occupet partem hæredi debitam; hæres tamen non acquieſcit, ſed totum prætendit, q. 10. num. 83.

Fideicommiſſarius, qui propria auctoritate poſſeſſionem cepit legitimus eſt contradictor. quæſtio. 10. num. 89.

Declara, vt num. 93.

Fideicommiſſarius habens a teſtatore licentiam capiendi propria auctoritate iuſte eam capit. q. 10. num. 90. & 92.

Fideicommiſſarius, qui hærede poſſidente in vim conceſſionis ſibi a teſtatore factæ bona occupauit nulla via, aut fraude adhibita legitimus eſt contradictor. q. 10. num. 94.

Fideicommiſſarius qui reſiſtente hærede per vim poſſeſſionem occupauit iure conceſſionis ſibi a teſtatore factæ a iure ſuo non cadit. q. 10. nu. 99.

Fideicommiſſarius quamuis iuſte poſſideat, & continuo de iure ſuo doceat non eſt legitimus contradictor, vbi ſunt faciendæ aliquæ detractiones, q. 10. num. 125.

Declara, vt non ſit contradictor reſpectu ipſarum detractionum, in reliquis nihil impedit, quando detractiones in quota conſiſtunt, & non pariunt incertitudinem, nu. 141.

Fideicommiſſarius iniuſte poſſidet. qui poterat quidem capere propria auctoritate cepit tamen totam hæreditatem, vbi erant detractiones faciendæ, q. 10. num. 127.

Fideicommiſſarius non poteſt capere totam hæreditatem vbi dantur detractiones faciendæ, ſed illud tantum quod ſupereſt factis detractionibus, q. 10. nu. 128.

Fideicommiſſarius propria auctoritate poſſeſſionem occupans ſi excedat partem quam poterat occupare, in totum nulliter poſſidet, q. 10. nu. 133.

Fideicommiſſarius, qui poterat propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, & totam hæreditatem occupauit, vbi erat Trebellianica detrahenda oblata poſſeſſione pro indiuiſo ratione Trebellianicæ in reliqua parte eſt contradictor legitimus aduerſus hæredem, q. 10. nu. 134.

Declara, vt nu. 148.

Amplia, vt num. 31.

Fideicommiſſarius, qui habebat licentiam capiendi propria auctoritate & cepit; ſi hæres ob detractiones legitimæ immiſſionem prætendat ſecundum aliquos non eſt legitimus contradictor, quæſt. 10. num. 155.

Fideicommiſſarius, qui habet licentiam ingrediendi propria auctoritate ſi poſſeſſionem occupauit non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, qui vti creditor hæreditarius prætendit immiſſionem eo conſilio, vt detrahat primo, quod ſibi debetur reliquum deinde reſtituat, q. 10. num. 172.

Fideicommiſſarius illud tantum prætendere poteſt quod in hæreditate continetur, & dicitur hæreditarium, q. 10. nu. 173.

Fideicommiſſarius, qui habens facultatem capiendi propria auctoritate cepit eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem, vt creditoribus hæreditarijs primo ſatisfaciat, deinde fideicommiſſario reliquum reſtituat, q. 10. num. 186.

Fideicommiſſarius facta ſibi reſtitutione tenetur creditoribus ſatisfacere pro parte ſibi reſtituta, quæſtio 10. num. 187.

Idem vbi non eſt opus reſtitutione, quia fideicommiſſarius iuſte poſſeſſionem propria auctoritate obtinuerit, q. 10 nu. 188.

Fideicommiſſarius qui cum poſſet propria auctoritate poſſeſſionem capere, & cepit, an ſit legitimus contradictor aduerſus hæredem petentem immiſſionem ex pluribus cauſis ſimul coniunctis, q. 10. nu. 189.

Fideicommiſſarius debet capere poſſeſſionem a manu hæredis, etiam in illis caſibus in quibus de iure reſtitutio habetur pro facta, Vnde capiens propria auctoritate iniuſte capit, & iniuſte poſſidet, q. 10. num. 195.

Amplia etiam ſi fideicommiſſarius ſit Eccleſia, vel pia cauſa, nu. 196.

Fideicommiſſarius, qui propria auctoritate poſſeſſionem cepit, quamuis reſtitutio ipſo iure pro facta habeatur ſecundum multos non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem, q. 10. num. 197.

Intellige vt non ſit legitimus contradictor ſi veniat per modum exceptionis ſe fundans in ſua poſſeſſione, ſecus ſi per modum actionis petens ſuam poſſeſſionem a Iudice confirmari, vt nu. 201.

Fideicommiſſarius qui facta ſibi reſtitutione poſſeſſionem propria auctoritate obtinuit, legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem, q. 10. nu. 199.

Fideicommiſſarius, vt ſit legitimus contradictor debet hæc tria habere nempe vt poſſideat, vt legitime, vt in continenti de iure ſuo doceat, quæſt. 10. num. 206.

Fideicommiſſarius, qui obtinuit poſſeſſionem non vacantem propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, q. 10. nu. 210.

Fideicommiſſarius ſi in continenti ius ſuum non probet non eſt legitimus contradictor, quæſt. 10. nu. 215.

Fideicommiſſarius quando poſſeſſionem vacantem propria auctoritate occupauit, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente eſt tamen paratus in continenti de iure ſuo docere, ſecundum multos eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, q. 10 nu. 226.

Contrarium tenent complures relati. nu. 232.

Conciliatur horũ opi. diſtinctione adhibita, n. 233.

Fideicommiſſarius ius ſibi ipſi dicere non debet. q.10.num.229.

Fideicommiſſarius, qui a manu hæredis poſſeſſionẽ non obtinuit manutenendus eſt, quando penes hæredem grauatum petentem immiſſionem nihil eſt remanſurum, quod maximè verum de æquitate canonica. q.10. nu.235.

Fideicommiſſarius, vt excludat hæredem ab immiſſione ſi poſſideat debet probare negatiuam nempè nihil eſſe remanſurum penes hæredem, non vero hæres affirmatiuam, nempè detractionibus locum eſſe. q.10.num.236.

Fideicommiſſarius impunè bona auctoritate propria occupare poteſt, quando hæres ſe declarauit nolle trebellianicam detrahere. q.10.num.239.

Idem dicendum, quando detractiones ipſo iure ceſſant. num.248.

Fideicommiſſarius non eſt manutenendus aduerſus hæredem impugnantem ius fideicommiſſi, & afferentem coloratas rationes, quæ reddant turbidum fideicommiſſum. q.10.num.241.

Fideicommiſſarius qui propria auctoritate poſſeſſionem vacantem occupauit, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente, vbi detractiones aliquæ ad hæredem ſpectant eſt legitimus contradictor pro ea parte, quæ factis detractionibus ſupereſt. q.10.num.249.

Declara, quando hæredi debitas detractiones offert. 250.

Declara ſecundo, quando detractiones conſiſtunt in quota, & non pariunt incertitudinem. numero 251.

Fideicommiſſarius, qui obtinuit poſſeſſionem ante aditam hæreditatem propria auctoritate nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo non eſt legitimus contradictor. q.10.num.252.

Fideicommiſſarius qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit nullo iure concedente, poſt aditam hæreditatem non eſt legitimus contradictor, etiã ſi paratus incontinenti docere de iure ſuo. q.10. num. 257.

Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor, quando poſſidet, & detractio, quæ fieri debet eſt certa. q.10.nũ.263.

Fideicommiſſarius, quando obtinuit poſſeſſionem à tertio priuato, & non eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo non eſt legitimus contradictor aduerſus hęredem petentem immiſſionem.q.10, num. 264.

Declara id verum eſſe, quãdo ſciebat tertium non eſſe hæredem, ſi vero credebat eum eſſe hæredẽ, & deinde verus hæres detectus, tunc ſi hæres petat immiſſionem pro rata ſuarum detractionum poteſt impedire, quominus pro indiuiſo pro rata ſua immittatur, vt num.268.

Si vero nullæ detractiones, fideicommiſſarius eſt abſolutè legitimus contradictor, vt nu.269.

Fideicommiſſarius qui obtinuit poſſeſſionem à tertio, & non eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo non eſt legitimus contradictor. quæſt.10, num. 270.

Fideicommiſſarium ab hærede accipere æquius eſt, quam vt hæres accipiat ſuam legitimam, aut trebellianicam à fideicommiſſario q.10.nu.274.

Fideicommiſſarius, an & quãdo vi vnius fideicommiſſi ſit legitimus contradictor aduerſus venientem ex alio fideicommiſſo, vbi facti ſpecies proponitur. q.10 num.277.

Fideicommiſſarius ex primo prætendens fideicommiſſo, eſt legitimus contradictor aduerſus prętendentem ex ſecũdo, quando de vtroque fideicommiſſo incontinenti apparet. q.10.num.278.

Fideicommiſſarius qui propria auctoritate poſſeſſionem occupauit ſine licentia teſtatoris, aut alia eſt legitimus contradictor. q.12.num.18.

Fideicommiſſarius regulariter capere debet a manu hæredis. q.13. num.6.

Fideicommiſſarius iuſtè prætendit immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum pro indiuiſo cum hærede grauato, quamuis detractiones ab hærede iuſtè prætendantur. q.13.nu.70.

Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem, etiã ſi incontinenti de iure ſuo docere ſit paratus, quando aliquæ detractiones hæredi competunt. q.20. num.22.

Fideicommiſſarij occupatio bonorum hæreditatis iacentis, quaſi vitioſa eſt reuocanda. quæſtio.9. num. 11.

Declara, vt num.33.

Fideicommiſſarij poſſeſsio ſi forte vitioſa, eo quod bona vacantia propria auctoritate occupauerit poteſt confirmari ex legis noſtræ beneficio. quæſtio.10. num.73.

Fideicommiſſario qui poteſt propria auctoritate capere competit vule legis noſtræ remedium. q. 2. num. 172.

Fideicommiſſario dicitur quæſitum ius ſaltem ſpe tempore mortis primi defuncti, quod eſt confiderabile, etiam ſi pendeat a futura conditione. q.2. num. 173.

Fideicommiſſario legis noſtræ beneficium competit ſi ſit cauſa piæ, item competit cuicumq; fideicommiſſario in quem translatæ ſunt vtiles actiones. q.7. num.137.

Fideicommiſſario cui facta eſt reſtitutio verbalis legis noſtræ beneficium competit.q.2.nu.255.

Fideicommiſſario poſt aditam hereditatem competit actio ex teſtamento ad cogendum hæredem, vt hæreditatem reſtituat. q.10.num.7.

Fideicommiſsario competit interdictum Saluianũ quo mittitur in poſseſsionem bonorum teſtatoris fideicommittentis, donec ſibi fiat reſtitutio a grauato. q.10.nu.9.

Fideicommiſsario dat teſtator facultatem capiendi propria auctoritate, quando iubet ne heres illum moleſtet in poſſeſsione rei relictæ. q.10.nu.31.

Fideicommiſsarium executorem conſtituens teſtator dat etiam tacite facultatem capiendi propria auctoritate. q.10, num.30.

Fideicommiſsarium ab hærede accipere æquius eſt, quam vt hæres accipiat ſuam legitimam, aut trebellianicam a fideicommiſsario. q.10. nu.274.

Fideicommiſsarium ſui auctoris hæres infirmare nequit. q.7. num.143.

Fideicommiſsum, hærede inſtituto non adeunte hęreditatem, deficit.q.10.num.5.

Fideicommiſsi titulus, quando fideicommiſsarius habet facultatem capiendi propria auctoritate eſt ſimilis inſtitutioni. q.2.num. 175.

Fideicommiſso ſolummodo eſt locus adita hæreditate,

tate, ita vt hærede non adeunte fideicommiſſum omnino deficiat. q.11.nu.9.
Finis qui in contradictore conſiderari poteſt quotuplex, & quæ ſingulæ eius ſpecies. quæſtio.1.numero 16.
Filia eſt immittenda ex hoc beneficio in poſſeſſionem bonorum, etiam feudalium patris, agnati vero in alio iudicio feudalia bona petere debent. q.2.nu.223.
Fallit ſi incontinenti incapacitas filiæ ab agnatis probetur. q.2.nu.134.
Filij naſcituri ſpes fauorabilis dicitur. q.11.nu.19.
Filio naſcituro inſtituto inſtitutio cēſetur conditionalis, nempè ſub ea conditione ſi naſcetur. q.11. num.17.
Filius eſt vna, & eadem perſona cum patre. qu.11. num.21.
Filius viuente adhuc patre dicitur quaſi dominus totius patrimonij. q.13.num.7.
Filius qui aliquam bonorum partem legitimæ nomine eligendo occupauit, non poteſt impedire, quominus hęres in talia bona immittatur. q.13. num.9.
Filius propria auctoritate non poteſt certa aliqua bona pro ſua legitima eligere, ſed partes iudicis ſūt pro ſuo arbitrio aliqua ei aſſignare nec meliora, nec deteriora. q.13 nu.10.
Filius, quando legitimę nomine Iudicis auctoritate aliquam partem bonorū fuit adeptus legitimus eſt contradictor aduerſus hęredem petentem immiſſionem in talia bona, donec declaratum fuerit in quibus legitima ei debeatur. quæſtio.13. num.19.
Amplia etiam ſi aliquam rem hæreditariam ratione alimenti à Iudice obtinuerit, dum aliam ex voluntate, & diſpoſitione teſtatoris iam poſſideret. num. 26.
Filius in re certa legitimę nomine à patre inſtitutus, ſiue poſſeſſionem propria auctoritate fuerit nactus, ſiue non legitimus eſt cōtradictor aduerſus hęredem in talem rem immiſſionem petentem. q.13.nu.27.
Filius an re certa legitimę nomine inſtitutus à patre propria auctoritate capere poteſt. q.13.nu.28.
Filius non poteſt propria auctoritate apprehendere legitimam, ſed debet ab hęrede petere, & iudice mediante ei eſt aſſignanda. q.13.nu.30.
Ratio ſecundum Bart. eſt propter incertitudinem æris alieni. nu.34.
Declara ſi velit pro diuiſo eam capere in re certa, ſecus ſi pro indiuiſo in omnibus bonis. nu.39.
Filius à legitima excluditur ſi ęs alienum totum exhauriat patrimonium. q.13.nu.35.
Filius qui pro indiuiſo poſſeſſionem occupauit nomine legitimę ratione ſuæ ratę eſt legitimus contradictor, ne hęres inſolidum in poſſeſſionem immittatur. q.13. nu.36.
Filius quamuis non acceptet rem à patre legitimę nomine ſibi relictam, non tamen aduerſus hæredem legitimus ſit contradictor, tenetur enim talem rem acceptare, poteſt tamen petere ſupplementum. q.13. nu.67.
Fœmina quę in bonis fœudalibus alioquin admitteretur eo conſilio, vt iudicio petitorio poſtea diſcuterentur iura agnatorum, vel domini directi, ſecundum multos non eſt immittenda, quādo bona feudalia ſunt caſtra munita arces, fortalitia difficilis recuperationis q.18.nu.40.
Contrarium videtur verius, ſecundum auctorem. num. 45.
Prima, tamen ſententia, quando vera eſt limitatur ſi facile eſt, vt per dominum directum cogantur poſſeſſores Caſtra reſtituere. nu.53.
Fœmina, in feudo ſuccedit, ſi in inueſtitura pacto fuerit expreſſum, vt ſuccedat. q.19.nu.11.
Fœmina in feudo admittitur ſi alienandi poteſtas fuerit data in inueſtitura, & poteſtas faciendi quicquid collibuerit. q.19.nu.12.
Fœmina non ſolum immittitur, quando aſſerit allodium, ſed etiam, quando aſſerit libellarium. q.19. num. 47.
Fœmina regulariter non admittitur in libellariis. q.19. nu.48.
Fęminæ regulariter à ſucceſsione rerum feudalium arcentur. q.18.nu.20.
Fœminę ex qualitate feudi ad feudum admittūtur huiuſmodi eſt feudum fœmineum. q.19.nu.1.
Fœminæ non extantibus maſculis ex conſuetudine in Regno vtriuſque Siciliæ ad feuda admittuntur. q.19. nu.4.
Item, in feudis Galliæ. nu.4.
Fœminæ ex forma inueſtituræ non raro ad feuda admittuntur, vel tacitè, vel expreſsè. quæſt.19. num.10.
Fœminæ veniunt appellatione filiorum, & nepotum. q.19.nu.14.
Fœminæ ex priuilegio aliquando ad feuda admittuntur. q.19.nu. 17.
Fœminæ in Regno Siciliæ non ſimpliciter in feudis ſuccedunt, ſed non extantibus maſculis. quęſt.19. num.27.
Fœminę in Regnis, Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus, & Baroniis, non ſuccedunt, niſi maſculo eiuſdem gradus deficiente. q.19. nu.28.
Fœminę non ſunt à beneficio legis noſtrę excludendę, quando aliquid allegant, quod poſsit reddere dubium Iudicem, an bona feudalia in quæ immiſſionem petunt ſint fœminea. quęſtio.19.numero 59.
Fœminę in poſſeſſoriis ad bona etiam feudalia admittuntur, quando poteſt dari caſus in quo poſſit reperiri fœmina capax. q.19.nu.49.
Fœminę, & Clerici, vt admittantur ad feuda pari paſſu ambulant. q.19.nu.119.
Fundus non fit feudalis, aut hortus iuxta fundum, aut domum feudalem emptus. q.20.num.35.
Declara, vt num.67.

G

GEmmam in littore maris inuentam ſuam facit quis occupando. q 5.nu.54.
Generi per ſpeciem derogatur. q.2. nu.212.
Genitiuus rebus poſsidibilibus adiectus dominium importat. q.8.num.1.
Declara, vt num.9.
Gratia in forma dignum, non eſt conditionalis, ſed potius monitoria, & inſtructiua Iudicis, & ideo non eſt conditionalis quo ad ſubſtantiam, ſed reſpectu executionis. q.15. nu.13.
Gratię iuſtificatio, vbi non eſt neceſſaria ex parte prętendentis immiſsionem nullus ex aduerſo videtur

debet dari legitimus contradictor. quęſt. 15. numero 85.

Gratioſe ſubrogationis vi poſſidens eſt legitimus cõtradictor aduerſus alium ſubrogatum gratioſè, & facit cauſam ordinarie tractari. quæſtio. 15. numero 25.

Amplia, etiam ſi dicatur de nullitate primæ ſubrogationis; de ea enim in proceſſu cauſæ iudicio ordinario eſt agendum. nu. 9.

Amplia ſecundo ſi poſſidens habeat litteras in forma dignum, alter vero in forma gratioſa, dum tamen præuio examine præcedente fuerit ab executore immiſſus, vt num. 11.

Amplia tertio, etiam ſi titulus non ſit ex eadem vacatione, ſatis enim eſt, vt prouiſio veniat ab eadem fonte. nu. 15.

Amplia quarto, ſi vna ſubrogatio erit prior altera, nam poſſidens, ſiue in vim prioris, ſiue poſterioris ſemper eſt legitimus contradictor, nu. 20.

Fallit ſi poſſidens inuitatur conditionatæ ſubrogationi, nondum purificata conditione, & petens immiſſionem immittatur pure. nu. 23.

Fallit ſecundo, ſi contradictor poſt ſententiam ſuũ titulum ediderit, ad effectum enim executionis impediendę non releuat productio tituli poſt ſententiam. num. 26.

H

HAereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis. quæſt. 19. num. 87.

Hæreditas ex teſtamento falſo adiri non poteſt. q. 2. num. 228.

Hęreditas ſemel adepta fit patrimonium hæredis, nec manet amplius hæreditas, nec competunt ea remedia, quæ pro hæreditate prodita ſunt. qu. 4. num. 47.

Hæreditas quandocumque adeatur fingitur adita tempore mortis. q. 7. nu. 69.

Hęreditas iacens fingitur poſſidere in quantum ſpectat ad vſucapionem cœptam perficiendam; non vero ſimpliciter. q. 7. nu. 118.

Hæreditas vacans loco poſſeſſoris eſt, etiam defunctum repreſentat. q. 9. nu. 6.

Declara, vt nu. 22.

Hęreditas iacens facit fructus ſuos. quæſtio. 9. numero 8.

Hęreditas in illis caſibus in quibus facto, & voluntate non eſt opus defunctum repreſentat, ſecus vbi facto & voluntate eſt opus, excepta tamen vſucapione in qua licet voluntas, & factum requirantur hęreditas tamen defunctum repreſentat. q. 7. nu. 25.

Hęreditas vacans non poteſt citari, ſed aut expectãdus hęres aut dandus curator. q. 7. nu. 30.

Hæreditas non niſi portioni hæreditatię accreſcit. q. 10. nu. 162. & q. 13. nu. 50.

Hæreditas pro parte vacans legitimę accreſcit. q. 10. nu. 163. & q. 13. nu. 49.

Hęreditas deferatur ſecundum voluntatem defuncti. q. 13. nu. 4.

Hæreditas non dicitur delata, quando quis fuit inſtitutus ſub conditione, & conditio pendet.

Hæreditatem adire nemo poteſt, niſi ſciat, an ex teſtamento, an ab inteſtato ſuccedat, q. 4. nu. 56.

in hęreditate repertum non videtur, quod per diſpoſitionem teſtatoris debet eſſe extra illam. q. 7. nu. 33. & q. 14. num. 9.

Hæreditatis eiuſdem plures, certas portiones prætendentes omnes pro indiuiſo ratione ſuæ portionis poſſidere debent. q. 10. nu. 140.

Hæreditatem in ſuſpenſo manere quomodo ſit abſurdum, q. 15. nu. 23.

Hæreditariam rem, vt talem alicui tradens dicitur ſe gerere pro hærede, & eodem momento hæreditatem adire. q. 4. nu. 36.

Hęreditariam rem occupans dicitur hæreditatem expilare. q. 7. nu. 108.

Contrarium infra nu. 118.

Hæres non poteſt venire contra diſpoſitionem defuncti. q. 2. nu. 182.

Hæres etiam extraneus, qui non dum hæreditatem adiuit, neque de iure illam adire poteſt ob iuris impedimentum, non poteſt impediri quominus ex legis noſtræ beneficio immittatur. quæſtio. 2. num. 225.

Fallit ſi de illius incapacitate ſtatim doceatur, numero 235.

Hæres ſcriptus prius ex legis noſtrę beneficio poteſt fieri poſſeſſor, quamuis nunquam poſſit fieri hæres. q. 2. nu. 227.

Fallit ſi incontinenti probetur non poſſe fieri heredem. nu. 236.

Declara ſi non ſolum incontinenti, ſed ſine aliqua hæſitatione probetur hęredis incapacitas probationesq; nullas patiantur exceptiones. nu. 239.

Hæres poſseſsionem bonorum vacantium propria auctoritate capere poteſt. q. 3. nu. 59.

Hæres licet vere nõ poſsideat, habet tamẽ ius quoddam, cuius vi poſſeſsio non poteſt denegari, itaut pro poſſeſſore videatur habendus. q. 3. nu. 188.

Hæres nullo poſsidente poteſt propria auctoritate poſſeſsionem ingredi. q. 4. nu. 67.

Hæres per ſolam aditionẽ hæreditatis fit dominus rerum hæreditariarum, & eas a quocumque poſſeſsore recuperare poteſt. q. 5. nu. 50.

Hæres non probans ea, quæ iudicio legis noſtrę ad obtinendum ſunt neceſsaria ex officio iudicis repellitur. q. 5. nu. 68.

Hęres nullum maius ius conſequitur, quam defunctus haberet, q. 5. nu. 86.

Hęres vendendo bona hęreditaria mortuo iam defuncto, videtur iura ſibi vt hęredi competentia cedere. q. 5. num. 92.

Declara, vt num. 103.

Hęres facere non poteſt, quod non poterat defunctus. q. 6. nu. 2.

Hęres non poteſt venire contra futurum defuncti. q. 6. nu. 4. & q. 9. nu. 19.

Hęres conſequitur omnia iura, quæ defuncto competebant, q. 6. nu. 24.

Hęres in alienatione eſt ab exequutore requirendus q. 7. nu. 35.

Hęres ſciens hęreditatem ſibi delatam, quamuis nõdum poſſeſsionem fuerit nactus poteſt, vel totã, vel partem, vel quamcumque rem hæreditariam opportuno titulo alteri cedere, & quoad dominium, & quoad ius debitæ poſseſsionis acquirendæ. q. 7. nu. 43.

Hęres quando, vt hęres agit ſuſtinet defuncti perſonam. q. 7. num. 78.

Hæres non dicitur poſſidere, niſi actu poſſeſſionem acquirat, quamuis filius ſit, & ſuus hæres. qu.7. num. 86.

Hęres non poteſt contra factum defuncti venire. q.7. nu.141.

Hæres fideicommiſſum ſui Authoris infirmare non poteſt. q.7.nu.143.

Hęres hæredis grauati poteſt impedire fideicõmiſſarij executionem ſub prętextu Falcidiæ, aut trebellianicę detrahendæ. q.7.nu.148.

Fallit tamen in fideicommiſſo ad pias cauſas, q.7. num.149.

Hæres poſſeſſionem vacantem propria auctoritate capere poteſt. q. 9. nu.47.

Hęres adeundo hęreditatem, quaſi contrahit cum creditoribus hæreditariis, legatariis, & fideicommiſſariis. q.10.nu.8.

Hæres quo ſciente, & patiente fideicommiſſarius vniuerſalem obtinuit poſſeſſionem, poſt aditam hæreditatem ex multorum ſententia trebellianicæ renunciat. q.10. nu 63.

Hæres ante reſtitutam hæreditatem interim omnia ſuſtinet onera hęreditaria. q.10. nu.170.

Hęres, quando de ſuo legata ſoluit, & hoc modo factus eſt creditor non videtur ſibi ſoluiſſe, nec hæreditas minor eſt effecta, ſed manet creditor. q.10. num.176.

Hæres ex aditione hęreditatis ex Giouanioni ſententia non videtur ſibi ſoluere. q.13.nu.177.

Hanc tamen ſententiam non approbauit Rota, numero 178.

Hæres ſuas detractiones non debet à fideicommiſſario petere. q.10.nu 245.

Declata, vt nu.248.

Hęres, quando legatarii bona legata occupauerunt integra legata repetit interdicto, quorum legatorum, non vero ſolam falcidiam. quæſtio.10. numero 246.

Secus tamen in aliis detractionibus, vt num.249. & 250.

Hæres, quando permiſit fideicommiſſario poſſidere totam hæreditatem quartam trebellianicam renunciare videtur. q.10.nu. 255.

Hęres, quamuis adiuit hęreditatem, non tamen neceſſario pręſumitur conſenſiſſe fideicommiſſario, qui hęreditatem occupauit. q 10.nu.259.

Hęres, quandocumque adeat hęreditatem dicitur continuo poſt mortem teſtatoris admiſiſſe. q. 11. num. 24.

Hęres, quando non iuuatur huius legis beneficio, poteſt ad alia remedia confugere. quæſtio. 11. numero 65.

Hęres eſt immittendus in poſſeſſionem rerum legatarum, quando diſputatur an legatum excedat dodrantem. q.11.nu.16.

Hæres hęreditate fideicommiſſario reſtituta tenetur pro rata reſpiciente trebellianicam creditoribus hæreditariis, fideicommiſſarius vero pro reliqua, q.15.nu.46.

Hęres ob detractionem melioramentorum impedit fideicommiſſarii immiſſionem, donec æſtimatio melioramentorum exhibeatur, ſi melioramenta ſint liquida. q.13.nu.76.

Amplia, etiam ſi exceptio melioramentorum non fuerit allata, niſi poſt ſententiam, ſeu decretum de immittendo. q.13.nu.77.

Hęres non debet capere bonorum poſſeſſionem ab executore. q.14.nu.6.

Hęres ſi damnum prętendat ob aliquem exceſſum executoris, debet agere contra executorem, non vero alienatam rem recuperare poteſt. quæſt.14. num. 10.

Hæres, vt impediatur quominus hæreditatem adire poſſit, ſufficit quod fœmina dicat ſe pręgnantem. q.14. nu.30.

Hęres teſtamentarius in omnem defuncti obligationem ſuccedit. q.19.nu.53.

Hæredi competit immiſſio aduerſus eum qui poſſidet, quando potuiſſet defunctus viuens quandocumque poſſeſſionem auocare. q.4.nu.18.

Hæredi immiſſionem petenti, quando ius non deficit omnis contradictio vana. q.9.nu.81.

Hæredi ſub conditione inſtituto, competit bonorũ poſſeſſio, ſecundum tabulas ante conditionis euẽtum, vt interim pendente conditione tanquam curator boni ſtatus dicta bona adminiſtret. q.11. num. 12.

Et vt creditoribus hæreditarijs, ac legatariis ſatiſfaciat. num.13.

Hęredi, quantum debetur, tanto minus dicitur in hæreditate repertum. q.10.nu.174.

Hærede ſub conditione inſtituto, quid agendum pẽdente conditione breui diſtinctione explicatur. q.11. num.30.

Hæredis partes ſunt bona feudalia, quæ a defuncto poſſidebantur domino directo, vel agnato præſtare. q.19. nu.54.

Declara, vt num.67.

Homines voluntatem ſuam ſæpe mutant. quæſt.2. num.39.

Hypotheca, eſt mater Saluiani interdicti, & vbicunque interuenit hypoteca datur Saluianum ſaltem vtile. q.5. num.24.

Hypoteca, vt à iure inducatur expreſſo iure cautum eſſe debet. q.13. num.16.

I

IGnorans non dicitur conſentire. q.10.nu.160.

Illatio non fit ex diuerſis. q.3. nu.177.

Impedimentum non præſtat, quod de iure non ſortitur effectum. quæſt.2.nu.136.& nu.92.& quæſtio.4.nu.39.

Impedimentum ceſſat ceſſante cauſa impedimenti. q.2. num.84.

Impenſa funeris ab hærede fideicommiſſo grauato ante reſtitutionem eſt detrahenda. quæſtio. 10. num.183.

Amplia idem dicendum de impenſa facta in confectione inuentarii, & publicatione teſtamenti. numero 184.

Et idem amplia dicendum de impenſa in vltima ægritudine facta. q.10.nu.185.

Impenſas faciens in re aliena in ipſa re ius acquirit q.13. num.78.

Et ratione huius iuris etiam contra dominum competit furti actio. num.79.

Declara, vt num.93.

Impenſarum æſtimatio in rebus feudalibus facta finito feudo, an, & quatenus hęredibus vaſſalli debeatur. q.20. nu.86.

Immiſſus à Iudice vi teſtamenti eſt in poſſeſſione manu-

manutenendus aduerſus alium poſterius in poſſeſſionem immiſſum, qui aliud teſtamentum oſtenderet. q.2.nu.133.

Immiſſio ante commiſſionem conceſſa non eſt reuocanda ante commiſſionem conſummatam, quando appellatio ab immiſſione fuit commiſſa cum clauſula partito breui arbitrio Rotæ.q.2.nu.142.

Immiſſio non competit hæredi, quando teſtatori non competebat manutentio. q.4.nu.15 & 32.

Immiſſio competit hæredi, quando teſtatori competebat manutentio. q.4.nu.19.

Immiſſio competit hæredi aduerſus detinentem rē a teſtatore iure cómodati, aut depoſiti. q.4.n.20.

Immiſſio, vt concedatur pro indiuiſo ſufficit quantitatem, in qua eſt facienda eſſe certam reſpectu vniuerſitatis. q.13.nu.72.

Immiſſio, quando fit in quotas hæreditarias quilibet ſuſtinet onera pro rata ſua.q.13.nu.73.

Immiſſionem qui poteſt prętendere non poſſidens, multo facilius manutentionem prætendit, ſi poſſidet. q.15.nu.4.

Declara, vt nu.6.

Immiſſio vi gratioſæ ſubrogationis non infert præiudicium irreparabile.q.15.nu.88.

Immiſſio non datur aduerſus poſſidentem cum titulo. q.15.nu.99.

Fallit ſi poſſidentis titulus non ſit par, neque excluſiuus iuris prætendentis immiſſionem, vt n.184.

Etiam ſi titulus ab alio fonte proficiſcatur, vt numero 100.

Immiſſionem prætendens ſi non habet fundatam ſuam intentionem nihil agit, ſed præfertur poſſidens. q.15.nu.106.

Immiſſio ſummaria ceſſat, quando per eam poteſt fieri præiudicium ordinario. q.15. nu.133.

Immiſſio ex lege noſtra habet locum etiam in bonis emphyteuticis. q.16.nu.45.

Immiſſio non eſt concedenda in ea bona, in quibus certum eſt petentem immiſſionem ſuccedere nó poſſe. q.18.num.17.

Immiſſio in bona etiam feudalia non eſt impedienda, aut retardanda, quando ſunt allodialibus permixta.q.20.nu.3.

Incontinenti qui de iuribus ſuis non probat non admittitur in hoc iudicio. q.2. nu.188.

Incontinenti probari, quando quid dicatur, & quomodo Iudex debet arbitrari.q.16.nu.60.

Incontinenti id probari dicitur, quod probatur intra tempus illud intra quod daretur executio. q. 10. nu.272.

Incontinenti probari dicitur quod probatur intra tēpus, quo expediretur executio ſi nulla exceptio fuiſſet oppoſita. q.16.nu.59.

Incluſio vnius eſt excluſio alterius. quęſ.5.num.32. q.10. nu.47.

Incerta certis præiudicare non poſſunt, neque certū incerto confundendum. q.14.nu.12.q.18.n.46.

Inducta in fauorem contrarium non debent operari effectum. q.2.nu.101. q.3.nu 191.

Inducta ad vnum finem non debent contrariū operari. q.3.nu.136.

Inſcriptio de legitimo contradictore, vel non legitimo idem importat, quod inſcriptio contra quos competat, vel non huius legis remedium. q.1.n.8.

Inſtitutus ſi contentionem habeat cum ſubſtituto eſt præferendus, & immittendus. q 2.nu.12.

Inſtitutus in validiori teſtamento eſt immittendus excluſo qui in minus valido inſtitutus fuit. q.2. num. 13.

Inſtitutus in immiſſione excludit ſubſtitutum. q.2. num. 32.

Inſtitutio, & ſubſtitutio non ſunt pares tituli. q.2. num. 65.

Inſtituto adeunte ceſſat ſubſtitutio, etiam quantum ad potentiam. q.2. nu.69.

Inſtituto in quota competit legis noſtræ beneficiū, & eſt legitimus contradictor aduerſus vniuerſalem hæredem. q.2.nu.210.

Intellige ratione ſuę quotæ, & vt non faciat cauſam ordinariè tractari, ſed atque in ſua parte executiuè immittatur.nu.211.

Inſtitutus vniuerſaliter, inſtituto in quota nō adeunte per ius accreſcendi in totum fit hęres. quæſt.2. num.215.

Inſtitutus in quota, vel in re ſingulari hærede vniuerſaliter inſtituto non adeunte in totum fit hæres. q.2.nu 216.

Inſtitutus in re certa cum facultate capiendi propria auctoritate eſt legitimus contradictor. q. 2. num. 218.

Inſtitutus in re certa ſine facultate capiendi propria auctoritate non eſt legitimus contradictor aduerſus vniuerſaliter inſtitutum. q.2. nu.220.

Inſtitutus directè ex ſola oſtenſione teſtamenti non cancellati facit notorium ſe hęredem, & abſque alia probatione immittendus. q.2.nu.245.

Inſtituti factum, aut conſenſus non eſt neceſſarius, vt inſtitutio valeat. q.9.nu.28.

Inſtituti voluntate eſt opus, vt ei acquiratur hæreditas. q.9.nu.29.

Inſtituto hærede in rerum natura non exiſtente, qui tamen ſperatur, ſi nullus datus fuerit ſubſtitutus ille qui ſperatur Pater naſcituri hæredis dandus eſt curator potius quàm veniens ab inteſtato, ſi probabilis eſt ſpes filii naſcituri, q.11.nu.17.

Inſtitutionis conditione deficiente defunctus ab initio dicitur inteſtatus deceſſiſſe. q.11. nu.27.

Inſtitutus in re certa, quando propria auctoritate poſſeſſionem occupauit legitimus eſt contradictor. q.12. num.44.

Inſtrumentum facit notorium. q.2.nu.35.

Inſtrumentū teſtamenti dicitur probatio probata, quando omni prorſus exceptione, & oppoſitione caret. q.2.nu.94.

Inſtrumenta clara, & aperta faciunt probationem euidentem, & manifeſtam. q.5.nu.87.

Fallit ſi inſtrumenta aliquas oppoſitiones, vel exceptiones patiantur. q.5.nu.88.

Inſtrumento habenti executionem paratam ex forma Statuti exceptio opponi poteſt ſi probetur incontinenti. q 7. nu.29.

Inſtrumentū ſi habeat à ſtatuto executionem paratam debet vitio carere, nec poteſt teſtibus adiuuari. q.11. nu.51.

Intentionis ſuæ fundamentum quilibet probare tenetur. q.13. nu.64.

Intentionem ſuam habens fundatam ex beneficio legis noſtræ eſt immittendus. q.18. nu.8.

Ioannis Andreæ dictum declaratur. quæſt.18. numero 13.

Intentantes æqualiter legis noſtræ beneficium per concurſum ſe inuicem impediunt, quando æque

ad

ad omiſſionem obtinendam peruenire poſſint, q.2. nu.246.
Interpretatio eſt faciẽda, ne fiat alteri præiudicium, q.15. num 68.
Interpretatio ea eſt facienda, quæ eſt magis conſona iuſtitiæ, & conformis iuri communi, q.15.nu.71.
Inteſtatus pro parte temporis inter paganos nemo decedere poteſt, q.11.nu.26.
Intruſus non poteſt eſſe legitimus contradictor, q.15 nu.79. & d.q. nu.28.
Intruſus videtur a Pontifice prouiſus ſtante ſubrogatione gratioſa alterius, q.15. nu.29.
Inuentarium cum clauſula præſeruationis iuris hæredis, nempè ſaluo iure addendi, & c. non præiudicat titulo inter viuos, q.6.nu.9.
Inueſtitura oſtenſa vaſſallus oſtendens eſt immittẽdus non minus hac immittitur hæres ex legis noſtræ beneficio, q.19.nu. 34.
Inueſtitura facta de Caſtrorum pertinentijs omnia comprehendit ſita in territorio Caſtri, q.19 n.97.
Contrarium verius, nu.109.
Declara, vt prima opinio procedat, vbi inueſtitura exprimit in particulari bona cum ſuis finibus, ſecus ſi in genere, num.106.
Quæ declaratio maximè vera eſt, quando intra prędictos fines adſunt alia bona ad particulares ſpectantia, vt nu.107.
Item eſt indubitata, ſi verba inueſtiturę ſint prægnantia addita tamen clauſula, ad ipſas partes ſpectantia, vt num.108.
Inueſtitura ſtante cũ clauſula prægnanti, nẽpè cũ terris, pratis, nemoribus, herbis, poſſeſſionibus, & omnibus iuribus, & pertinentiis, agnati, vel dominus directus non ſunt legitimi contradictores aduerſus filiã petentem immiſſionẽ in Bona ſita in territorio Caſtri feudalis, tãquam allodialia quamuis fateatur Caſtrũ ad ſe nõ pertinere, q.19.n.102.
Iudex minus ritè procedendo non priuat poſſidentem ſua poſſeſſione, q.2.nu.135.
Iudex in remedio legis noſtræ procedit re ſuperficialiter attenta, & mouetur prout prima facies teſtamenti oſtendit, q 2.num.191.
Iudex vbi ſuum officium requiritur debet ſequi apparentiam facti, q.2.nu.192.
Iudex in iudicio executiuo debet procedere re ſuperficialiter attenta, q.2.nu.203.
Iudex electa via ordinaria non poteſt redire ad executiuam, q.13.nu.50.
Iudicis intereſt, ne iudiciũ reddatᷓ eluſoriũ, q.3.n.28
Iudex quamuis citauerit viam mutare poteſt. & nõ expectato, vel non audito reo citato alterius proſequi, pars vero non poteſt inducere Iudicem, & citatum non audiat, nec expectet, & ad viam executiuam reuertatur, q.3.num.34.
Iudex duas habet publicas auctoritates, & neutri renunciare poteſt. q.3. num.35.
Iudex immittens hæredem alio poſſidente, qui a teſtatore poſſeſſionem obtinuit dicitur nulliter procedere, nec poſſidentem ſua poſſeſſione priuat, niſi ille ſe pro ſpoliato habeat, q.6.nu.6.
Iudex requiſitus tenetur auxilium præſtare acquirẽti poſſeſſionem, quando timet violentiam aduerſarij, q.10.num.109.
Iudex ex officio debet dare operam quominus delicta ſequantur, q.10.num.136.
Iudex non debet credere parti aſſerẽti, ſibi cõpetere ius adeundi propria auctoritate, quia poſſunt aduerſarij opportunas exceptiones afferre, q.10.n.121.
Iudex cenſetur iudicare prout ius diſponit, & prout tenebatur, q.10.num.145.
Iudex perperam agit tribuendo fideicõmiſſario poſſeſſionem, quia is debuit capere ab hærede, potiſſimum, quando a teſtatore non fuit data facultas capiendi propria auctoritate, nec fuit datus curator hæreditati, q.10. num.273.
Iudicis Decretum tollit omnem fraudis ſuſpicionẽ. & tribuit iuſtam poſſeſſionem quando ritè, & rectè interpoſitum, q.10.nu.275.
Iudex ſi minus ritè procedat nõ tribuit ius, nec poſſidenti præiudicat, q.10.nu.246.
Iudex in legis noſtræ beneficio debet ſequi apparentiam, & moueri prout prima facies teſtamẽti demonſtrat, q.11.num.51.
Iudex nulliter, & de facto procedens non tribuit iuſtam poſſeſſionem, nec poſſidentem ſua priuat poſſeſſione, q.13.num.73.
Iudicem qui addit cum aliquid facere poſſet auctoritate propria ſibi præiudicat, q.10.nu.35.
Iudici reſiſtere licet, quando ſequitur irreparabile damnum, q.18.nu.44.
Declara, vt num.52.
Iudicis Decretum præſumitur iuſtum, donec contrarium probetur, q.13.num.64.
Iudicium ordinarium tres perſonas requirit Iudicem, Actorem, & Reum, q.2.nu.28.
Iudicia quibus perſonales intentantur actiones Reũ requirunt quidem obligatum, non verò poſſidentem, q.2.num.58.
Iudicium competens eſt iudicium ordinarium, q.2. num.126.
Iudicio poſſeſſorio agendum videtur, quando nullus poſſidet, q.2.num.195.
In Iudicijs quaſi contrahitur, q.3.nu.29.
Iudicium legis noſtræ eſt ſummariſſimũ, q.9.n.93.
Iudicium factum cum Clerico uigore citationis ſi ſua putauerit intereſſe coram Iudice ſeculari a nonnullis reputatur nullum, q.3.nu.93.
Iudicium in remedio legis noſtrę non fit ordinarium licet hæres iudicialiter probare debeat mortuum eſſe teſtatorem, illumque tempore mortis poſſediſſe, q.15. nu.190.
Ius proprium, cuius vi quis contradicit quotuplex, & quæ ſingulæ illius partes, q.1.nu.13.
Iuſtè petita non ſunt deneganda, q.2.nu.15.
Iura vigilantibus ſouent non inertibus, q.2 nu.109.
Iura plenè cognoſcenda quando poſſeſſor plenum ius habet, q.2.nu.127.
Iuris quæſtio altam non dicitur requirere indaginẽ, quia ius ſemper certum, q.2.nu.189.
Ius non habens in eo, quod petit eſt reijciendus, q.2. nu.214.
Ius ſuum a nemine ſine facto illius eſt auferendum, q.3. num 65.
Iniuſtum quod eſt aliquid eſt, q.3.nu.167.
Ius tertij, quilibet allegare poteſt quando eſt excluſiuum iuris aduerſarij, atque ſua intereſt eum excludi, q.3.nu.175.
Ius nullum habens nullum transfert, q.5.nu.27.
Iure dantis reſoluto reſoluitur ius accipientis, iure vendentis reſoluto reſoluitur ius emẽtis, q.5.n.26.

Iuſtè fit, & legitimè, quod ſine aliena fit iniuria, aut damno, q.5.nu.41.

Iniuriam nemini facit qui ſuo iure vtitur, quæſt.5. num.52.

Ius ſuum nemini eſt tollendum, quod intellige quantum ad ius quæſitum, & actu competens, non vero quantum ad quærendum, & potentia, q.5. num.35.

Ius metimur ex parte agentis, q.7.nu.62.

Ius ſibi in ſua cauſa dicere non licet, quæſtio.7. numero 106.

Iura hęreditaria purificata conditione fideicommiſſi lege transferente in pia loca tranſeunt, quęſt.7. num.136.

Ius omne in fideicommiſſarium dicitur translatum quando teſtator ſubſtituit in omnibus bonis, abſque aliqua detractione, q.10.nu.29.

Ius ſuum ille tantum amittit, qui poſſeſſionem non vacantem, ſed ab alio detentam propria auctoritate occupauit, non vero qui vacantem, q.10.n.74.

Ius ſuum debet quis tueri cum moderatione inculpatæ tutelæ, & cauere ab offenſione, & ne tumultus ſequatur, q.10.num.109.

Iuſtè poſſidet qui ex auctoritate Iudicis poſſidet, q.10. num.271.

Ius poſſidentis non curamus, vbi non conſtat de iure petentis, q.15.nu.117.

Ius Statuti continuantis poſſeſſionem defuncti in hæredem non habet locum poſſeſſione ab alio occupata, niſi interueniente conſenſu, vel facto eius penes quem poſſeſſio eſt, q.15.nu.174.

Ius ſuum non eſt vni auferendum, ne alter incommodum ſuſtineat, q.18.nu.48.

Iuriſdictio acquiſita non venit in Caſtro ad fauorē ſucceſſorum in eo, niſi acquirens id expreſſè dixerit, q.20.num.53.

Iuſtificatio gratię ēt in gratioſa ſubrogatione eſt neceſſaria, quādo reſeruatio nō eſt clara, q.15.n.134

Iuſtificatio litterarum non eſt facienda per tres conformes, q.15.nu.193.

Iuſtificatio gratiarum cū triplici eſt diſcrimine, aut ordinaria, & eſt, quæ in quacumque gratia eſt neceſſaria, iuxta vulgarem ſententiam in gratiis narrata eſſe iuſtificanda, aut priuilegiata, quæ minor requiritur, quam in cæteris gratiis, vt in ſubrogationibus gratioſis, aut fieri debet dato contradictore, q.15.num.186.

Iuſtificatio gratiæ totalis in non litigioſis, etiam ſubrogato gratioſè eſt facienda, q.15.nu.129.

Quod intellige, quando nec beneficium eſt litigioſum, nec conſtat de reſeruatione, num.131.

L

Legatarius non eſt legitimus contradictor aduerſus hęredem inſtitutum, q.2.num.276.

Amplia idem dicendum de fideicommiſſario ſingulari, & donatario cauſa mortis. ibidem.

Legatarius non habet legis noſtræ beneficium, & illud intentans nulliter agit, quod amplia in fideicommiſſario ſingulari, & in donatario cauſa mortis, q.2.num.277.

Fallit ex mente Beroi ſi contradicant per modum exceptionis remiſſiuè, num.278.

Fallit ſecundo in illis caſibus, in quibus competit immiſſio. 279.

Fallit tertio, quando legata habēt executionem paratam, num.280.

Fallit quarto, quando legatarius intentat Saluianum interdictum, nu.281.

Legatarius in caſibus, in quibus non detrahitur falcidia rem legatam hæreditate iacente propria auctoritate capere poteſt, q.7.nu.54.

Legatarius, & fideicommiſſarius ſi propria auctoritate res legatas, aut per fideicommiſſum relictas occupet reſtituere tenetur, q.9.num.5.

Fallit ſi nullus ſit locus detractioni, aut falcidię, aut trebellianicæ, nu.20.

Legatarius non priuatur legato, quando poſſeſſionē occupauit vacantem, q.10.num.75.

Legatarius ſine vitio poſſidet, quando non cecidit à legato per apprehenſionē poſſeſſionis, q.10.n.221

Legatarius, abſque aliqua reſtitutione, aut licentia capiendæ rei legatæ fit dominus ſequuta morte teſtatoris, q.12.nu.2.

Legatarius ante aditam hęreditatem rei legatæ eſt fictè dominus poſt aditam hæreditatem verè, ſed reuocabiliter, poſt traditionem vere, & irreuocabiliter, q.12. num 5.

Legatarius qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit ex licentia hæredis eſt legitimus contradictor aduerſus hęredem petentem immiſſionem in rem legatam, q.12.nu.6.

Legatarius propria auctoritate poſſeſſionem rei legatæ non adita hæreditate ingredi pōt, q.12.n.12.

Contrarium habetur n.13. vbi ponitur pęna, qua punitur legatarius, qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit, nu.13.

Declaratur prædicta regula ſecundum aliquos, vt legatarius non adita hęreditate poſſit propria auctoritate capere quantum ad euitandam pœnam legis non dubium, C. de legat. non verò quantum ad aliam pęnam, vt cogatur reſtituere. nec poſſit impedire hæredis immiſſionem, num.14.

Declara vt num.21.

Hęc tamen declarantur infra nu.22. & verior aſſerit opinio.

Legatarius, vbi poteſt allegari detractio falcidiæ cogitur reſtituere bona quorum poſſeſſionem propria auctoritate fuit nactus, ſecus vbi detractioni non eſt locus, q.12.nu.15.

Limita, quando extat ſtatutum, quod extat Bononię, ne quis ante aditam hæreditatem ab hærede, & poſſeſſionem ab eodem obtentam quidquam occupare poſſit, tunc.n. etiam detractionibus ceſſantib. cogitur legatarius reſtituere, vt inf.nu.27.

Amplia limitationem, vt num.29.

Legatarius non eſt legitimus contradictor ſi propria auctoritate poſſeſsionem obtinuit, quando legatum excedit dodrantem, ſi verò non excedat vtique, q.12.nu.16.

Declaratur, vt nu.24.25. & 26.

Legatario, qui rem legatam occupauit, vt hæredi immiſſionē prætendenti contradicat incumbit onus probandi, rem legatam non excedere dodrantem non vero hęredi eam excedere, q.12.nu.35.

Legatarium, qui rem legatam occupauit teneri ad reſtituendum hæredi, etiam vbi non eſt locus falcidiæ aliqui tenent, q.12.nu.36.

Legatarius non ſuſtinet onera hæreditaria. q.12.n.4;

Legatarius qui poteſt propria auctoritate poſſeſsionem capere, & capit, non eſt legitimus contradictor

ctor aduerſus hæredem volentem immitti, vt falcidiam detrahat, q.12.nu.48.
Legatum non eſt capiendum neceſſario de manu hæredis, quando conſtat de contraria mente teſtatoris, q.12.nu.45.
Et ſi tacitè tantum per coniecturas appareat de voluntate teſtatoris, qui velit legatarium propria auctoritate capere, q.12.nu.46.
Legans rebus ante aditam hæreditatem a legatario occupatis locus eſt interdicto legis primæ digeſtorum quorum bonorum, q.7.nu.129.
Leges mutationem vltimæ voluntatis permittunt, q.2. nu.40.
Leges nihil fruſtra faciunt, q.2.nu.200.
Leges non ſunt verbis ſcriptæ, ſed rebus, q.11.n.44.
Leges nihil fruſtra faciunt, q.13.nu.48.& q.18.n.18
Legis noſtræ beneficium habet locum in ſola ſucceſſione teſtamentaria, q.19. nu.23.
Competit tamen etiam pro illis rebus, de quibus non poterat defunctus teſtari, vt nu.58.
Legitima poteſt, & in quantitate, & in tempore à ſtatuto minui, q.7.nu.157.
Legitima eſt quota hæreditatis non vero bonorum, q.10. nu.152.
Vide de hac re infra nu.157.
Et debet eſſe immunis ab omni ære alieno, n.153.
Legitima, an ſit quota bonorum, an hæreditatis ingens eſt controuerſia, q.10.nu.157.
Legitima definitur, quod ſit portio, ſeu quota eius, quod quis erat habiturus ab inteſtato, quæſt.10. num.158.
Legitima à cauſa inteſtati initium ſummit, & ab ea regulatur, q.10.nu.159.
Legitima videtur quota hæreditatis, quia eſt pars eius, quod haberetur ab inteſtato, hæc autem eſt quota hæreditatis non bonorum, q.10.nu.160.
Legitima peti poteſt petitione hæreditatis, quæſt.10. num.164.
Legitima eſt quota bonorum ad hunc effectum, vt creditores filio præferantur, quod plenius explicatur, q.10.nu.165.
Legitima quamuis eſſet quota bonorum, non tamẽ parit incertitudinem, vt de iure fideicommiſſarii congruè non appareat, q.10.nu.167.
Legitima in quacumque re minima debetur, & ita ratione rerum, & corporum hæreditariorum in ſerta eſt, q.13. nu.11.
Legitimæ eſt quota bonorum ſecundum multos, q.13 num.32.
Declara, vt nu.40. & 41.
Legitima continuò poſt parentis mortem debetur vna cum fructibus, q.13.nu.43.
Legitima mediante hæreditatis petitione peti poteſt q.13.num.51.
Legitima ante deductionem de quacumque re minima debetur, tempore verò deductionis debet in re certa aſſignari Iudicis arbitrio, q.13.nu.75.
Legitimam perſonam in hoc iudicio non dicitur habere cuius non intereſt hæredem admitti. quæſt.3. nu.157. & q.1.nu.40.
Legitimam, vel trebellianicam non debet hæres à fideicommiſſario petere, q.16.num.227.
Legitimam filio aſſignare partes Iudicis ſunt, quæſtio 13. num.21.
Legitimam ſi quis conſequatur poſt aliquod tempus fructus, quoque præteriti temporis iuſtè pretendit, quæſt.13.num.44.
Legitimatio perſonæ in hoc iudicio eſt neceſſaria, q.2. num.167.
Legitimatio perſonæ non facit cauſam ordinariè tractari, q.3.nu.62.
Legitimatio perſonæ in cauſis vtcumque ſummariis eſt neceſſaria, q.10. nu.218.
Legitimatio perſonarum in quocumque iudicio eſt neceſſaria, q.11.nu.42.
Legitimæ nomine Patris bona dicuntur filio obligata, & filius legitimæ nomine rem aliquam hæreditariam eligere poteſt ſecundum aliquos auctores q.13. num.3.
Legitimæ nomine aliquod corpus occupans hæreditarium non dicitur ſimpliciter occupare id, ad quod titulum non habet, ſed ad quod partim titulum habet, partim non, & in re occupata dicitur plus accipere, quam ſibi debeatur, q.13.nu.13.
Legitimæ nomine quid filio aſſignandum Iudicis arbitrio relinquitur, q.13.num.15.
Legitimæ nomine pro indiuiſo poſſidens cum fiſco donec ei ſatisfiat, vel præſenti pecunia, vel conſignatione pro diuiſo non eſt ſua poſſeſſione priuandus, q.13.nu.38.
Legitimæ non renunciatur, niſi per expreſſam renũciationem, non vero tacitam, q.13.nu.58.
Amplia, quod quamuis teſtator filio aliquid legas dixerit, ſe velle, vt ſit tacitus, & contentus, ipſe vero hæres ſimpliciter legatum acceperit, & de recepto quietauerit non dicitur ſibi in ſupplemento præiudicaſſe, num.59.
Legitimæ pro ſupplemento competit tantum conditio ex lege, & ſic actio perſonalis, q.13.nu.66.
Legitimæ, & trebellianicæ detractio debet fieri deducto primum ære alieno, q.16.nu.68.
Et in vno, vel pluribus corporibus hæreditariis, nõ vero in ſingulis bonis, nu.69.
Hoc tamen intelligendum in detractione pro diuiſo facienda, non vero in poſſeſſione pro indiuiſo acquirenda, nu.74.
Legitimæ factum non debet reuocari, q.16.nu.48.
Legitimæ nullum corpus hæreditariorum ſubiectũ cõſiderari poteſt quemadmodum, neque aliquod omninò liberum, q.13. nu.12.
Legitimæ ratione non debere hæredem onus ſuſtinere quomodo intelligendum, q.10.nu.169.
Legitimum dicitur, quod ex legis præſcripto fit, q. 1. num.2.
Lex non debet eſſe iniquitatis vinculum, quæſtio.19. num.72.
Lex, quod non dicit, nec nos dicere debemus, q.20. num.14.
Declara ſi nullo modo dicat, nec virtualiter, nec realiter, ſecus ſi ſaltem virtualiter, vt infra, numero 24.
Lex debet eſſe de dubitabili, q.20.nu.44.
L. cum quærebatur, C. vnde vi declaratur, quæſt.9. num.37.
L. cum quærebatur, C. vnde vi non videtur habere locum, quando poſſeſſionem occupans habuit licentiam à domino poſſidente, q.9.nu.38.
Declara, vt num.39.
L. cum quærebatur, C. vnde vi habet locum in poſſeſſione vacante, quæ tamen alicuius eſt, non verò in ea, quæ omnino nullius, quæſtione 9, numero 46.

Declaratur eadem pluribus infra, nu.57.
L.non dubium,C.de leg.declaratur, q.9.n.36.
L.ſi quis in tanta,C.vnde vi declaratur, q.9.nu.34.
L.ſi ex ſtipulatione, ff.de acquir.hęred. declaratur, q.9.num.35.
L.Papinianus,§.quanta autem, ff.de inoff.teſt.declaratur,q.10.nu.166.& q.13.nu.52.
Libellus edi ſolet, vt deliberet Reus, an cedere, an contendere velit,q.3.nu 75.& q.2.nu.163.
Libellum con̄gens non auditur ſi velit agere, niſi refectis expenſis, & eis ſolutis, vſque ad minimũ quadrantem ſi expenſæ liquidæ ſint,ſi non liquidæ admittitur ſatisdatio,q.13.nu.87
Libertas non competit ei,qui obtinuit a Prætore pronunciatum libertatem ei deberi, quando huiuſmodi pronunciatum obtinuit,q.3.nu.146.
Licentia capiendi propria auctoritate a teſtatore cõceſſa legatario maiorem habet virtutem, quàm conceſſa fideicommiſſario, q.12.nu.1.
Licentia de ingrediendo propria auctoritate poſt adeptam poſſeſſionem reuocari nequit,q.10.n.71.
Licentia data ab hærede legatario habet vim reſtitutionis, q.12.nu.7.
Et ſi fuiſſet conceſſa ſine præiudicio iurium concedentis,q.12.nu.8.
Licentiæ de ingrediendo renunciare videtur, qui non ingreditur,ſed aliam aligit viam,q.10.n.32.
Licentiam capiendi propria auctoritate poteſt concedere teſtator fideicommiſſario non ſolum expreſſe,verum etiam tacite, q.10.nu.19.
Licentiam ingrediendi petens a Iudice, aut immiſſionem partem citare debet, q.10.nu.110.
Limitata cauſa limitatum parit effectum,q.4.nu.52 q.8.nu.n.q.3. nu.108.
Limitationem allegantis partes ſunt eam probare, quando aduerſarius ſuam habet intentionem fundatam in regula,q.12.num.37.
Liquida quæ non ſunt altam dicuntur requirere indaginem,q.13.nu.89.
Declara,vt nu.97.
Liquidatio quantitatis debitæ pro trebellianica nõ eſt neceſſaria, q.10.nu.137.
Lis beneficij non dicitur finita per mortem, ſed per rem iudicatam, q.15.nu.73.
Lis non poteſt dici calumnioſa,quando fuit cõmiſſa ex aliquo genere commiſſionis, quod ſolet requirere aliquam cognitionem, q.15. nu.127.
Litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam, ad inſtar beneficij legis noſtræ,q.3.nu.1.
Litibus viam aperiri leges abhorrent, q.2.nu.38.
Litigatores in iudicio quaſi contrahunt,neque a tali quaſi contractu recedere poſſunt, q.3.nu.36.
Litigatores quamuis non citati ſi tamen mala conſcientia abfuerint non ſunt audiendi, niſi refectis expenſis, q.3.nu.139.
Litigatore moriente non ceſſat titulus beneficii licet ceſſet ius litigatoris morientis, q.15.nu.82.
Locupletari nemo debet cum alterius iactura, q.20. nu.44.& ibidem 82.

M

MAioratui res adiectã ſi per ſe ſubſiſtat non ſequitur maioratum,q.20 nu.49.
Etiam ſi ſit acceſſoria,ita ut res addita,& res maioratus vnica fiat,q.20. nu.50.
Fallit ſi expreſsè,& ſcienter à poſſeſſore maioratus eo animo addita ſit,vt perpetuo ipſius maioratus efficiatur,num.51.
Maioratui ſeruitus empta maioratui accreſcit ſoluta eius æſtimatione, q.20. nu.56.
Et ſi empta fuit eo animo, vt maioratui perpetuò acquiratur accreſcit, abſque pretij ſolutione,n.57
Maioratus titulo præſcripta ad maioratum ſpectant q.20. nu.54.
Malitiis non eſt via aperienda,q.13.nu.90.
Mandatum de immittendo pro tota hæreditate obtentum ab eo, qui ius tantum in parte habebat in totum eſt nullum,& reuocandum, q.2.nu.217.
Manutentio locum habere poteſt, quando vno poſſidente fuit poſſeſſio obtenta, qui potuit ſe pro non ſpoliato habere,& eiuſdem retinere, q.4 nu.27.
Manutentio non poteſt competere, vbi nullo poſſidente fuit poſſeſſio obtenta, q.4.nu 26.
Manutentio ſine poſſeſſione non datur.q.15.nu.159.
Marchionibus donata nõ tamen fiunt de Marchionia, q.20.nu.19.
Marchiæ pars non efficitur arx noua Marchioni cõceſſa,ſed inter Marchionis hæredes diuidenda, ni ſi nominatim Marchiæ adiuncta, q.20. nu.62
Maritus ratione lucri dotalis ex diſpoſitione ſtatuti conſuetudinis,vel alterius cuiuſdam diſpoſitionis debiti legitimus eſt contradictor aduerſus hæredes ab vxore inſtitutos donec hoc nomine ei ſatisfiat, q.13.nu.99.
Declara,vt num.107.
Media via rationibus æqualibus hinciude vigentibus eſt eligenda,q.9.nu.100.
Meliorationes a vaſſallis, & poſſeſſoribus factæ,finito feudo, abſque culpa vaſſalli ſpectant ad hæredem vltimi defuncti, q.20.nu.30.
Meliorationes a viro in mala fide conſtituto donandi animo factę videntur, q.20.nu.26.
Melioramentorum ratione ſæpè poſſidendi ius competit,& ſic exceptio non poſſidenti vero non competit actio,q. 20.nu.81.
Melioramentorum nomine, quando liquida non ſunt, an, & quando melioraus ſit legitimus contradictor cautione ab aduerſario præſtita breuis diſtinctio contrarias opin. concilians q.13.n.92.
Mens Principis colligitur ex longiſſimo curſu, & quotidiano vſu,q.15.nu.152.
Minus accipit qui ſerius accipit.q.13 nu.45.
Morte poſſidentis poſſeſſio ſoluitur,q. 5.nu. 34.
Mors omnia ſoluit, q.7.nu. 82.
Multa facta tenent,quæ facienda non tenerent, q.3. num. 98.

N

NAturalem poſſeſſionem quis per vim ingredi poteſt, quando ſi non ingrederetur ciuilẽ amitteret,q.16.num.6.
Declara hoc,quando de Dominio ſuo directo conſtat,nec aliquo modo in dubium reuocatur,n.29.
Natus reputatur qui in vtero exiſtit, quæſtio.14.numero 14.
Negatiuam probare debet is,cuius intentio eſt in ea fundata, q.10.nu.237.
Nemo cum duobus teſtamentis decedere poteſt, q.2. nu.150.
Nemo dat,quod non habet, q.5 num.28.

Nemo in alium plus Iuris traosferre poteſt, quam ipſe habeat, q.9.nu.58.

Nihil iam naturale eſt, quàm vt quid eo modo tollatur, qno introductum eſt, q.2.nu.121.

Declara, vt num.129.

Nocere alteri nemo debet, q.10.nu.11.

Nominis proprij expreſſio non facit diſpoſitionem perſonalem, q.15.nu.67.

Non entis nullæ ſunt qualitates, q.4.nu.13.

Non poſſidens eſt legitimus contradictor ſi per viã actionis contradicat, ſecus ſi per viam exceptionis. q.2.nu.16.

Notorium dicitur, quod ex actis apparet, q.3.n.125.

Notorium habet vim ſententiæ. q.13.nu 126.

Nulla quæ ſunt nullum operantur effectum, q. 7. num. 146.

Nullum quod eſt nihil eſt, q.3. nu.166.

O

Obedientia reſtituit, quod abſtulit contumacia, q.3. num.108.

Oblatio de probando incontinenti tãtum operatur quantum operaretur ſi ab initio de re probanda constaret, q.18.nu.12.

Oblatio futuræ probationis incontinenti idem operatur, quod veritas ab initio patens, q.18.n.39.

Obligatio reddendi rationem conſiſtit principaliter in dando licet videatur conſiſtere in faciendo, q. 13.nu.85.

Obligatione alium liberare, qui tenetur ſi debitum eſt liquidum debet ſoluere, ſi non liquidum debet cauere, q.13.nu.88.

Obſcuritas facit teſtamentum nullum, q.2.nu.185.

Occaſio vendendi ad arma non eſt concedenda, q.10. num. 105.

Occupans rem hæreditariam hereditate iacente nõ incurrit pœnam, l.ſi quis in tanta, C. vnde vi, q.7. num.53.

Occupano rerum hereditariarum pro violenta habetur etiam facta ante aditã hæreditatẽ, q.7.n.70.

Occupans rem hæreditariam, hęreditate iacente, pœnam non incurrit, q.3.nu.161.

Occupans poſſeſſionem vacantem per mortem plus delinquit, quàm occupans vacantem per neglegentiam, q.9.num.9.

Occupans poſſeſſionem rerum vacantium ſine vi, tribuens accipienti bona fide facit, vt præſcribere poſſit ſecundum ius feudorum, & inſtitutionum ſecus de iure Codicis, & authenticorum, q.9.n.61.

Occupans poſſeſſionem rerum vacantium pro prædone habetur, non minus ac accipiens per vim à poſſeſſore, q.9.nu.62.

Officium Iudicis vbi requiritur, is debet ſequi apparentiam, q.11.nu.52.

Officium Iudicis competit in legis noſtræ remedio, q.11.nu.53.

Onus nullum poteſt legitimè imponi, q.2.nu.161.

Oppoſitio qualibet colorata, vel probabilis aduerſus fideicommiſſarium eſt ſufficiens ad efficiendum quominus fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor, q.10.nu.53.

Ordinariè eſt agendum, quando tractatur de reſpicientibus petitorium, q.5.nu.110.

Ordinariè non eſt agendum licet in litteris Apoſtolicis aliqua ſiot iuſtificanda, q.15.num.191.

Ordinarij ceſſantibus reſeruationibus habent ius conferendi, q.15.nu.102.

Ordinarius in non vacantibus nullum ius habet, q.15. nu.120.

Ordo iuris eſt, vt primò de poſſeſſorio agatur, deinde de petitorio, q.5.nu.21.

Ordo ſeruandus in materia legitimi contradictoris proponitur, num.2.in præfatiuncula.

P

Pacto conueniri poteſt, vt quis propria auctoritate poſſeſſionem capiat, q 10.nu.17.

Pacto ſtante, vt poſſit quis propria auctoritate poſſeſſionem ingredi non eſt neceſſaria Iudicis licentia, q.10.nu.70.

Papa non præſumitur velle præiudicare iuri quęſito in re, neque ad rem, q.15.nu.45. & nu.69.

Papa prouidens alicui de beneficio videtur per manus impoſitionem ita beneficium afficere, vt non amplius ordinario, aut aliis ius competere poſſit. q.15.num.92.

Papa non præſumitur velle ordinario præiudicare, q.15. nu.95.

Papa per ſubrogationes gratioſas, aut alias prouiſiones non intendit inferre præiudicium ordinarijs, aut habentibus ius ab illis, q.15.nu.101.

Papa prouiſos ab Ordinario agnoſcit pro legitimis contradictoribus, q.15.nu.103.

Papa in non reſeruatis non vult ordinario, aut ab eo prouiſo præiudicare, q.15. nu.115.

Papa, quamuis poſſit, non ſolet velle in menſibus ordinarii prouidere, quod ſi fecerit non præſumitur voluiſſe præuenire, q.15.nu.169.

Papa non præſumitur voluiſſe collationes ordinarias impedire, q.15.nu.170.

§. è contrario de inueſtitura de alien. fact. in vſibus feudorum declaratur, q.2. nu.64.

Paratus incontinenti probare de iure ſuo ſemper eſt legitimus contradictor, q.7 nu.28.

Paria ſunt, non dari, vel non apparere, q.4.nu.62.

Paria ſunt, quid non eſſe, vel legitimè non apparere. q.10. nu.220. q.14.nu 20.

Participium abſolutum conditionem importat, q.15 num. 149.

Pater in caſu non exiſtentiæ liberorum poteſt filiæ ſubſtituere in omni eo, quod excedit dotem dicti natam etiam ſi dos minor reperiatur, quam legitima ipſa ſit, q.7.nu.150.

Patronus, cui ius præſentandi cum alio competit, ſi ſolus præſentet, nec omninò appareat eo animo præſentare, vt alium ſua poſſeſſione ſpoliet videtur eo animo præſentare, vt aliorum quaſi poſſeſſionem conſeruet, quam verè præſentando cõſeruat, q.10.nu.146.

Petẽs id, quod ſtatim eſt reſtituturus excluditur per exceptionem, dolo facis, q.9.nu.17.

Petitio hæreditatis ſupponit aduerſarium poſſidentem, q.11.nu.67.

Petitio vnius non impedit executionem in alterius petitionis fauorem, quando alter petens iam ſententiam obtinuit, q.2.nu.108.

Declara, vt num 116.

Petitorium aliquem poſſeſſorem tamquam reum requirit, q.2. nu.27.

Declara, vt num.58.

Petitorium iudicium de intrinſeca vi teſtamenti cognoſcit, q.2.nu.53.
Petitorium cum poſſeſſorio cumulatum non eget mero,& formali Reo. q.2.nu.62.
Plures non dantur eiuſdem rei inſolidum poſſeſſores, q.2.num.209.
Pluribus venientibus cum pluribus teſtam ẽtis a diuerſis teſtatoribus confectis,& aſſerentibus teſtamentum non cancellatum,& probantibus ſui anteceſſoris poſſeſſionem cauſa ordinanæ tractanda, q.2. nu.157.
Pluribus ex eod. teſtamento venientibus,quia quilibet eorum prætendit, ſe eum eſſe,qui vocatus, & res non omninò dubia quis verè vocatus, ſed aliqua diligentia adhibita apparere poteſt quis vocatus non ſummariè agendum, ſed ordinariè, q. 2. nu.196.
Pœna refectionis impenſarum eſt impoſita à lege, q.3. num 121.
Pœnæ legali numquam eſt locus,niſi prius per Iudicem declaratum fuerit,id eueniſſe per quod pœna impoſita, q.3. nu.122.
Pęna l. ſi quis in tanta haber locum in occupante, vel ſine titulo,vel cum titulo nullo, q.7.nu.73.
Pęna l.ſi quis in tanta,& l.non eſt dubium habet locum in plena poſſeſſione,non vacua,q.7 nu.121.
Pęna l.finalis . C. vnde vi punit occupantem poſſeſſionem vacantem,q.7.nu.123.
Pœna l. ſi quis in tanta habet locum in occupante poſſeſſionem vacantem , agitur enim conditione ex lege fin. C.vnde vi ad pœnam eius, q.7. n.125.
Non tamen habet locum in occupante rem aliquã hæreditatis iacentis, nu.126.
Pęna l.non eſt dubium, C.de legat.non habet locũ, quando res legatæ fuerant occupatæ hæreditate non adita, q.7. nu.128.
Pęna omnis occupantis poſſeſſionem propria auctoritate ceſſat ſtante licentia teſtatoris, q.8.nu.95.
Poſſeſſio per immiſſionem reuocatur , quando Iudex reuocando ſeruat neceſſaria , perinde ac immittendo ſeruauit, q.2.num.130.
Poſſeſſio ſola non facit contradictorem,quando dubium eſt,an titulus detur, q.3.nu.44.
Poſſeſſio iuſta non eſt reuocanda,q.3.nu.143.
Poſſeſſio eſt nulla, quando quis ex falſo credito eſt immiſſus, q.3.nu.145.
Declara, vt num.160.
Poſſeſſio iniuſtè,& nulliter cepta eſt vitioſa, & non manutenibilis, q.3.nu.148.
Etiam ſi Iudicis auctoritate fuit acquiſita, quando Iudex iniuſtè,& nulliter proceſſit, nu.149.
Etiam nullo poſſidente Iudex immiſerit, nu.150.
Declara, vt num.172.
Poſſeſſio nulla,& iniuſta eſt reuocanda ſi vtrumq; ſimul concurrat,ſecus ſi iniuſta tantũ,q.3.nu.165
Poſſeſſio ante mortem defuncti acquiſita eneruat intentionem actoris intentantis legis noſtræ beneficium, q.4.num.9.
Poſſeſſio adepta poſt mortem teſtatoris non viciat poſſeſſ. aduerſus legis noſtrę remediũ, q. 4. n.61.
Poſſeſſio etiam titulo munita,quando vtrumque habitum fuit poſt mortem teſtatoris non facit contradictorem, q.4.num.63.
Poſſeſſio an, & quando vni deneganda , vel non,ne ea conceſſa alteri fiat eius acquiſitio difficilior, q.5. num. 56.
Poſſeſſio plena quamuis plures eam prætẽdant prio ri eam vendicanti concedi poteſt, q.5.nu.57.
Poſſeſſio vacans quæ ob facti ambiguitatem dubia eſt; ad quem ex pluribus ſpectet, cuius cognitio pendet a futura indagine , non eſt vni concedenda,ne alterius conditio fiat deterior, q. 5. nu. 58.
Poſſeſſio ob rei naturam vacans , quę eadem potentia ad plures ſpectare poteſt, primo occupanti cõceditur. q.5.nu.59.
Poſſeſſio vacans,quæ ad vnum ſpectat potentia proxima ad alium remota , ei eſt concedenda, ad quem ſpectat potentia proxima, q. 5. nu.60.
Poſſeſſio iniuſta non facit cõtradictorem, q.6.n.23.
Poſſeſſio ea iuſta eſt, quando præceſſit titulus habilis ad transferendum dominium , & res peruenit ad eum, qui titulo obtinuit, q.7.nu.52.
Poſſeſſio vitioſa non facit contradictorem, q.7.n.66.
Poſſeſſio etiam ante aditam hęreditatem occupata perinde habetur , ac ſi poſt additionem occupata fuiſſet , dummodo hęres hæreditatem aliquando adiuerit, q.7.nu.68.
Poſſeſſio non ſequitur aditionem , ſed de per ſe capienda, q.7. nu.71.
Poſſeſſio , quæ fuerat defuncti non tranſit in hęredem, q.7.nu.83.
Poſſeſſio eſt quid facti, q.7.nu.84.
Poſſeſſio tranſit cum ſuo vitio, q.7.nu.88.& 90.
Poſſeſſio iuſta non ſemper facit legitimum contradictorem,ſed neceſſarius eſt titulus excluſiuus iuris hęredis, q.7. nu.90.
Poſſeſſio in hæreditate iacente dicitur vacua, qu.7. num.119.
Poſſeſſio etiam ex auctoritate Iudicis adepta ex cauſa nulla eſt inanis,q. 7.nu.147.
poſſeſſio ſola per traditionem quæſita,abſque titulo non facit dominum, q.8. nu.2.
poſſeſſio defuncti tempore mortis, in remedio huius legis intentando eſt neceſſaria,q.8.nu.6 & 10.
poſſeſſio teſtatoris eſt neceſſaria tempore mortis, vt ſit locus legis noſtræ beneficio,q.8.nu.10.
poſſeſſio vitioſa non facit contradictorem,q.9. n.15.
poſſeſſio eſt facti,& animi, q.9.nu.16.
poſſeſſio vacans duplex conſiderari poteſt,vel ita vt nullius ſit poſſeſſio , vel vt ſit alicuius, qui tamen actu eam non exerceat, nec per ſe,nec per alium, q.9. num.41.
poſſeſſio per mortem poſſeſſoris dicitur vacare,q.9 num. 49.
Etiam ſi vniuerſitas poſſideret ſi omnes de vniuerſitate moriantur , num. 50.
poſſeſſio non poteſt capi auctoritate iniuſti poſſeſſoris, q 9.nu.85.
poſſeſſio alio poſſidente,tacente,& non repugnante occupata iuſta eſt, q.10.nu.65. & 96.
poſſeſſio rerum hęreditariarum adepta ab habente titulum ignorante , aut repudiante hærede , non tamen poſſidente eſt iuſta, q.10.nu.67.
poſſeſſio pro indiuiſo capi poteſt. q. 10.nu.84.
poſſeſſio etiam auctoritate Iudicis conceſſa excedẽs partem,in qua erat concedenda in totum eſt nulla.q. 10.nu.132.
Declara hãc propoſitionem veram eſſe ratione dubij , dum ambigitur in quantum ſe extendat potio pro qua poſſeſſio eſt iniuſta , ſecus vbi certum eſt in quantum ſe extendat. queſt.10.nu. 147. vbi exemplo res declaratur.

Poſſeſ-

Poſſeſſio bonorum non vacantium a fideicommiſſario propria auctorit. capta eſt vitioſa. q.10.n.209.
Poſſeſſio etiam vacans propria auctoritate occupata eſt vitioſa ſi non ad effectum, vt cadat a iure ſuo ſaltem ad eum, vt hęredi cogatur reſtituere, quęſtio.10. nu.219.
Poſſeſſio improba non ſuffragatur.q.10.nu.230.
Poſſeſſio hęrede permittente in bona hæreditatis occupata non dicitur vitioſa, nec reuocatur interdicto quorum legatorum.q.10.nu.253.
Poſſeſſio occupata a fideicommiſſario hærede permittente non eſt vitioſa. q 10.nu.262.
Poſseſsio cum pari titulo ad contradicendum eſt neceſſaria.q.11.nu. 2.
Poſseſſio bonorum pro eorum cuſtodia ei eſt concedenda, cuius intereſt ea cuſtodiri. q.11.nu.16.
Poſseſſio iniuſta non prodeſt ad faciendum cõtradictorem, q.11. nu.33.
Poſseſſio vna cum titulo pari eſt neceſſaria, vt quis ſit legitimus contradictor, q.11.nu.24.
Fallit, quando ſupponimus hæredem ſuam fundaſſe intentionem, ſecus ſi non fundauit intentionem, quia ſufficit, vt oſtendat agenti ius non competere, & ſine actione agere, nu.39.
Poſseſſio certæ quotæ pro indiuiſo capi poteſt. q.13. num.71.
Poſseſſio, & dominium rerum dotalium per eorum aſſignationem in virum transfertur.q.13.nu.101.
Reſoluitur tamen inſtanti mortis ipſius vxoris, q. 13. num.102.
Poſseſſio quam viuente vxore vir habet eſt imperfecta, & ſecundum aliquos naturalis, non vero Ciuilis, q.13.nu.104.
Poſseſſio ciuilis trahit ad ſe naturalem, ſi ex parte habentis naturalem ceſſet, & è conuerſo naturalis trahit ciuilem. q.13.nu.106.
Poſseſſio acquiſita vigore ſubrogationis non dicitur noua, ſed continuatio eius, quam defunctus habebat. q.15.nu.75.
Poſseſſio intruſi omni caret effectu, q.15.nu.80.
Poſseſſio Ciuilis emphyteuſi deuoluta continuò ad ſe naturalem trahit, q.16.nu.13.
Neceſſè tamen eſt, vt hoc appareat abſque controuerſia, ſi hoc modo poſſidẽs velit eſſe cõtradictor.
Poſseſſio iniuſta habetur pro non poſſeſſione, neque prodeſſe poteſt, q.16.nu.15.
Poſseſſio capta auctoritate Iudicis non ritè procedẽtis primum poſſeſſorem ſua poſſeſſione non priuat, q.16.nu.31.
Poſseſſio in quacumque materia executiua non poteſt capi, niſi conſtet eueniſſe capiendi caſum, q. 16.nu.49.
Poſseſſio vaſſalli, vel emphyteutæ extinguitur per extinctionem feudi, vel emphyteuſis, q.17.n.12.
Et quatenus non finitur dicta poſſeſſio dicitur vaſſallus, vel emphyteuta poſſidere a domino directo vi, clam, vel pręcario, & ſic turbare in ciuili, num.13.
Poſseſſio, quæ petitur vigore inueſtiturę eſt magis priuilegiata, quàm ea, quæ petitur ex legis noſtræ beneficio, q.19.nu.33.
Poſseſſio defuncti non tranſit in hæredẽ. q.19 n.38.
Ad eum tamen ſpectat, & fingitur in eum continuata, q.19.nu.39.
Nec debet ea priuari anteq̃ uã declaratum ſit, rem ad eum non pertinere, num.48.
Poſseſſio, quæ ad defunctum pertinebat, hęredi eſt tribuenda, neque ea priuandus donec plane, & omninò de illius incapacitate conſtet, q.19.nu 78.
Declara id intelligendum de poſseſſione vacante, non verò de ea, quæ fuit legitimè occupata, n.89.
Poſseſſio in iudicio legis noſtræ acquiritur ei, qui legitimis modis potiora iura oſtendit, q 19.nu.85.
Poſseſſio defuncti in hęredem tranſire debet, donec ius aliquod in re habet, q.20.nu.27.
Poſseſſio ex parte vaſſalli poſſidentis rem, vt feudalem, non eſt magis priuilegiata, quàm poſseſſio ex parte fœminæ poſsidentis ratione melioramẽtorum tantum, q.20.nu.85.
Poſseſsionem qui primus obtinuit eſt ei præferendus qui poſterior obtinuit, quando habent diuerſa teſtamenta, neque de eorum potioritate conſtat, q.2.nu 137.
Poſseſſionem qui poteſt capere propria auctoritate ſi Iudicem adiuit huiuſmodi facultatem perdit, & tenetur via ordinaria procedere, q.3.nu.47.
Poſseſſionem qui obtinuit viuente teſtatore legitimus eſt contradictor, q.4.nu.6.
Poſseſſionem qui obtinuit mortuo teſtatore, vel a tertio, vel a ſe ipſo non eſt legitimus contradictor aduerſus hęredem immiſſionem petentem, q.4. num.60.
Limita, vt num.71.
Limita, vt num.73.
Limita, vt num.75.
Poſseſſione conceſſa ex teſtamento cancellato quãuis intrinſecè nulla non tamen per hoc aduerſarius via executiua poſſidente excluſo immittẽdus ſed primo de nullitate agendum, q. 3.nu.164.
Poſseſſione ceſſante ceſſat contradictionis fundamentum, q.4.nu.51.
Poſseſſione ſua non eſt quis temerè priuandus, q.9. num.99.
Poſseſſione ſua eum priuat, qui ad debitam poſſeſſionem non admittit, q.16 nu.10.
Declara, quando prohibitus acquieſcit, & ſe pro ſpoliato habet, ſecus ſi ſe pro ſpoliato non habeat, num.30.
Poſseſſionem qui primus obtinuit eſt ei præferendus qui poſterior obtinuit, quando habent diuerſa teſtamenta, neque de eorum potioritate conſtat, q.2.nu.137.
Poſseſſionem qui obtinuit viuente teſtatore legitimus eſt contradictor, q.4 nu.6.
Poſseſſionem qui obtinuit viuente teſtatore, vel a tertio, vel à ſeipſo non eſt legitimus contradictor aduerſus hęredem immiſſionem petentem, qu.4. num.60.
Limita, vt num.71.
Limita, vt num.73.
Limita 3. vt num.75.
Poſseſſionem vitioſam non tuetur Prętor, q.4. numero 65. & 10.nu.231.
Poſseſſionem eãdem plures inſolidum retinere non poſſunt, q. 5.nu.23.& nu.31.
Poſseſſionem qui à poſſidente poteſt auferre multo magis eũ impedit ab eius conſecutione, q.5.n.70.
Declara, vt nu 76.& 78.
Poſseſſionem qui alteri ceſſit non poteſt eam impugnare, q.7.nu.42.
Poſseſſionem ne quidem vacantem propria auctoritate capere licet, q.7.num.67.

Poſſeſſionem occupatam ab occupatore iuſtè accepit qui vacantem propria auctoritate accipere poteſt. q.7.nu.103.

Poſſeſſionem ab alio detentam, etiam cum titulo occupans prædo eſt. q.7. nu.107.

Poſſeſſionem plenam ingrediens a iure ſuo cadit. q.7.nu.117.

Poſſeſſionem rerum hæreditariarum ingrediens nõ incurrit pęnam. l.ſi quis in tanta, C.vnde vi, & l. non eſt dubium, C.de legatis. q.7.nu.120.

Poſſeſſionem vacantem propria auctoritate ingreditur qui titulum habet. q.7 nu.132.

Poſſeſſionem qui propria auctoritate capere poteſt, quemcumque alium ab ea obtinenda rectè excludit q.7.nu.134.

Poſſeſſionem rei vacantis propria auctoritate occupare nequit, etiam qui titulum habet. q.9. n.84.

Poſſeſſionem in alium transferre non poteſt qui primo ipſe non poſſidet.q.10.nu.50.

Poſſeſſionem vbi ſemel hæres obtinuit non amplius legis noſtræ beneficium intentat. q.10 nu.51.

Poſſeſſionem occupans ex conceſſione Iudicis data in executionem alicuius ſententiæ, ſi per vim contra poſſeſſorem reſiſtentem accepit, punitur.q.10. num.108.

Poſſeſſionem vitioſam non eſſe. quando bona vacantia fuere occupata hęreditate nondum adita, vel adita, & poſſeſſione nondum obtenta multi tenent. q.10.nu.222.

Contrarium infra nu.228.

Conciliantur horum opiniones.n.234.242.& 243

Poſſeſſionẽ pręt endens vi Statuo continuantis poſſeſsionem defuncti debet probare ſe verum hæredem. q.11.nu.69.

Poſſeſsionem non vacantẽ de facto ingrediens parte non citata, etiam ex auctoritate Iudicis non acquirit iuſtam poſſeſſionem. q.15.nu.72.

Poſſeſſionem occupans beneficio non vacante dicitur intruſus, & iniuſtus poſſeſſor.q.15.nu.77.

Poſſeſſionem ſuam etiã vi adhibita poteſt quis tueri contra violentos. q.16.nu.5.

Poſſeſſionem naturalem detinens iniuſtè dicitur domino directo moleſtiam inferre in poſſeſsione ciuili. q.16. nu.15.

Poſſeſſionis cauſa præſumitur mutata, quando ſuperuenit habilis titulus. q.8.nu.7.

Amplia, ſiue prima poſſeſſio eſſet iuſta, ſiue iniuſta. q.8. nu.8.

Poſſeſſionis pars nulla facit aliam partem nullam, quando vnica, & indiuidua eſt, ſecus ſi multiplex & diuidua. q.10.nu.150.

Poſſeſſionis commodum transfert ius probandi in aduerſarium in petitorio optimo ius fouere. quæſtio. 20. num.2.

Poſſeſſor qui non habuit ſe pro ſpoliato non amittit ciuilem, ſed in ea per obiationem naturalis dicitur turbari.q.2.nu.136.

Poſſeſſor non cogitur alicui ſuam poſſeſſionem cedere, niſi probanti ſuam intentionem. q.4.nu.11.

Poſſeſſor etiam iniuſtus eſt citandus, neque ſine citatione poſſeſſione ſua priuari poteſt.q 4.nu.59.

Poſſeſſor quilibet eſt in ſua poſſeſsione manutenendus. q.5.nu.61.

Poſſeſſor iuſtus legitimus eſt cõtradictor. q.7.n.100.

Poſſeſſor iniuſtus non ſpoliandus, & ſpoliatus ante omnia reſtituendus, q 9.nu.67.

Poſſeſſor nouus, in quo datur alia cauſa poſſidendi iuſta cum in primo daretur iniuſta præſumitur ex ſecunda poſsidere.q.9.nu.74.

Poſſeſſor iniuſtus non poteſt in alium iuſtam poſſeſſionem transferre. q.9.nu.87.

Poſſeſſor iniuſtus non poteſt eſſe legitimus contradictor.q.17.nu 9.

Poſſeſſore legitimo dato ceſſat legis noſtræ beneficium. q.2. nu.124.

Poſſeſſore cum pari titulo exiſtente, Iudex non poteſt alterum immittere eo excluſo, quamuis poſſet ſi inæqualem tit. poſſeſſor haberet. q.2.n.132.

Poſſeſſores duo eiuſdemmet rei inſolidum dari nequeunt.q. 2.nu.51.nu.18. & 147. & 155.& n.264.

Poſſeſſores plures diuerſorum bonorum partium omnes in bonis poſſeſſis ſunt præferendi, quando non conſtat de potioritate tituli.q.2.nu.140.

Poſſeſſoria iudicia non determinant ea, quæ altam requirunt indaginem.q.2 .nu. 56.

Poſſeſſoria iudicia ſolent carere R10. q.2.nu.63.

Poſſeſſorio de iure non curatus, quando non conſtat de iure petitionis. q.2.nu.33.

Poſſeſſorio iudicio non eſt admittendus is. quem certum eſt in petitorio nullũ ius fouere q.20.n 2.

Poſſeſſorium ceſſat pluribus æqualiter concurrentibus, & via ordinaria agendum. q.2 nu.19.

Poſſeſsorium prius terminandum, quàm petitorium etiam de iure canonico.q.2.nu.29 & q.5.nu.79.

Poſſeſsorium iudicium ſummariam, petitorium ordinariam cognitionem requirit. q.2. nu.43.

Poſseſsorium cum petitorio cumulatur, vbi poſseſsorii cauſa ſit turbida, & à petitorii determinatione dependens, quod etiã procedit in ſpolio.q. 2.n.47.

Poſseſsorium iudicium teſtamenti apparentiam, & primam illius faciem reſpicit. q.2.nu.52.

Poſseſsorium in primis terminandum. niſi ſit valdè ambiguum, & à meritis petitorij dependens. q.2. num.64.

Poſseſsorium non eſt examinandum, vbi conſtat de petitorio.q.5.nu.81: & q.9.nu.90.

Poſseſsorium minimum affert præiudicium, vel ſaltem reparabile. q.5.nu.108.

Poſseſsorium ſtatuti continuantis poſseſsionem defuncti in hęredem eſt mixtum reſpiciens cauſam proprietatis.q.11.nu.70.

Requirit plenam probationem, nec ſufficit prima facies teſtamenti.nu.17.

Poſsidendi plures cauſas habens, cenſetur ea poſſidere, quæ licitè poſsidet q.9.num.70.

Poſſidens cum titulo plenum ius habet. quæſt.2.numero 128.

Poſſidens cum titulo eſt legitimus contradictor. q.4.nu.1.q.10.nu 214.

Fallit ſi contradictio non fundetur in tali poſſeſſione, ſed in non iure petentis. nu.12.

Poſſidens cum pari titulo in hoc iudicio tentando eſt citandus alioqui diceretur ſpoliatus.q.3.n.56.

Poſſidens ſine pari titulo non eſt legitimus contradictor. q.4. nu.6.

Poſſidens ante mortem teſtatoris, quamuis vitio ſe poſſideat, eſt tamen legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem q.4.n.34.

Poſſidens etiam iniuſtè nihil probare tenetur, & negando ſolummodo intentionem actoris Victor euadit Actore intentionem ſuam non probante. q.4 num.58.

Poſsi-

Poſſidens vi conſtituti pro ſe a teſtatore facti eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem, q.4.nu.28.

Poſſidens cum titulo legitimus eſt contradictor ad impediendam viam executiuam, q 7.nu.11.

Poſſidens cum titulo licet non probet dominium, & titulum non habuerit a defuncto, ſi tamen probet titulum excluſiuum iuris hæredis eſt legitimus contradictor, q.9.num.97.

Poſſidens iuſtè facit ceſſare legis noſtræ beneficium, q.10.nu.49.

Poſſidens iniuſtè, & cum vitio non eſt legitimus cõtradictor, q.10.nu.78.& 126.

Poſſidens hæreditatem ſi non appareat habere animum poſſidendi in ſolidum, & pars aliqua ad aliũ ſpectet videtur alteri pro ea parte poſſeſſionem reſeruare, q.10.nu.147.

Poſſidens cum pari titulo legitimus eſt contradictor ſi in continenti de iure ſuo probet, q.14.nu.1.

Poſſidens auctoritate Iudicis iuſtè poſſidet, præcipuè ſi Iudex iuſtè proceſſerit, q.13.nu.20.

Poſſidens beneficium alteri de facto, & iniuſtè ablatum dicitur intruſus, q.15.nu.70.

Poſſidens cum titulo impari non eſt legitimus contradictor aduerſus petentẽ immiſſionẽ, q.15 n.96.

Poſſidens etiam iniuſtè ſua poſſeſſione non eſt priuãdus niſi ſaltem fuerit citatus, q.16.nu.46.

Poſſidens iuſtè quantum ad naturalem poſſeſſionem ſi iuſtè poſſideat quantum ad ciuilem intentando interdictum retinendæ legitimus eſt contradictor, q.16.nu.55.

Poſſidens ciuiliter licet non poſſideat naturaliter aliquando eſt legitimus contradictor, q.7.nu.31.

Quod intellige etiam quoad excludendam naturalem poſſeſſionem aduerſarij, quando de feudo finito, vel ab initio apparet, vel in continenti probari poteſt, q.17.nu.32.

Poſſidentem Iudex ejcere nequit niſi conſtet, rem ad eum non ſpectare, & alterum melius ius fouere, q.2.nu.131.

Poſſidenti competit legis noſtræ beneficium non ad obtinendam nouam poſſeſſionem, ſed ad cõfirmationem poſſeſſionis acquiſitæ, q.10.nu.205.

Poſſidentibus aſſerentibus bona eſſe feudalia, ea præſumuntur talia niſi è contra aſſerens allodialia id probet, q.18.nu.22.

Declara in damnum poſſidentium, non verò in damnum aliorum, vt nu.31.

Poſſidentis melior eſt conditio, q 4.num.14.

Poſſidentis conditio in pari cauſa eſt melior, q.7.nu.59.q.9.nu.79. & 89. & q.15.nu.3.

Poſſidentis conditio in dubio melior eſſe debet, quæſtio 15.num.116.

Poſſidere non præſumitur ex titulo præambulo, qui titulum ab vno, & poſſeſſionem ab alio obtinuit, quod verum ſi recognoſcat poſſeſſionem principaliter ab eo, a quo titulum non habuit ſecus ſi inſtrumentaliter, q.9 nu.75.

Poſſidere quis præſumitur ex titulo præambulo, de quo apparet, q.19 nu.95.

Poſſidere præſumitur titulo inueſtituræ quis, quando de inueſtitura, & eius poſſeſſione conſtat, nec de alio apparet titulo, q.19.nu.96.

Poſſidet legitime qui a Iudice ſeruatis ſeruandis fuit immiſſus, q.2.nu.125.

Prędo per citationẽ nõ efficitur cõtradictor, q.3.n.57

Prædo non eſt a ſua poſſeſſione amouẽdus, q 9.n 68.

Præiudicium nulli inferendum, q.14.nu.36.

Præparatorio electo, principale quoque electum videtur, q.10.nu.45.

Præſcriptio cõtractus, & pacti vim habet, q.20.n.55.

Præſumptio inducit onus probandi in contrarium, q 19.num.20.

Præſumptionem qui pro ſe habet dicitur intentionẽ habere fundatam, q.19.nu.21.

Præſumptum eo ipſo dicitur probatum quod non probatur contrarium, q.19.nu.22.

Probanti ſibi incumbentia non eſt iuris auxilium denegandum, q.18.nu.29.

Probatio quæ fit ex teſtamento minus ſuſpecta eſt quam quæ fit per teſtes, q.11.num.57.

Probatio probationem nõ excludit, ideo ſi quis probet teſtibus teſtes ad infirmandam probationem ſunt admittendi. q.11.nu.60.q.15.nu.112.

Probatio poteſt per contrariam probationem excludi, q.15.nu.111.

Fallit quando eſt probatio inconuincibilis. ita vt nihil ſine calumnia aduerſus eam opponi poſſit, vt infra nu.185.

Probatione parti vni conceſſa eadem alteri non eſt deneganda, q.11.num.61.

Probationes in continenti fidem facturæ, & de facili liquidabiles admittuntur in quocumque poſſeſſorio ſummario, q.11.nu.43.

Declara, vt nu.64.

Probationes non poſſunt adiuuari teſtibus, quando iudicium eſt ſummarium, vt occulta fide per ſolã apparentem probationem iudicãdũ ſit, q.11.n.49.

Probationes excluſiue iuris petentis immiſſionẽ, quæ incontinenti fiant admittuntur ad efficiendũ contradictorem quẽcumq; titulũ habẽtẽ, q.15.n.208.

Prouiſo ſimplici prouiſione vt immittatur iuſtificatio gratiæ eſt neceſſaria in forma ordinaria, quæſtio.15.nu.51.

Prouiſo ab Ordinario concedenda eſt opportuna dilatio ad plenè probandum ius excluſiuum reſeruationis, & prouiſionis Apoſtolicę quando probata hac reſeruatione non tamen inuiſibiliter ille allegaret ius quidem excluſiuum reſeruationis, illud tamen in continenti non probaret, ſed eius fumum tantummodo daret, q.15.nu.209.

Prouiſiones Apoſtolicæ poſſunt inter ſe differre prout vna eſt altera pinguior, vel magis immediatè a Pontifice proficiſcitur, q.15.nu.22.

Prouiſi Apoſtolici duo ſi concurrant, primus eſt immittendus, q.15.nu.49.

Declara vt num.56.

Contrarium nu.57.

Prouiſus vigore Statuti a Sede Apoſtolica confirmati non eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum, q.15.nu.21.

Prouiſus à Summo Pontifice non poſſidens non eſt legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum, q.15.nu.33.

Prouiſus prouiſione ordinaria non poteſt eodem modo prætendere immiſſionem quo ſubrogatus Apoſtolicus, q.15.nu.42.

Prouiſus Apoſtolicus non continuat poſſeſſionẽ defuncti, ſed nouam acquirit, q.15.nu.38.

Prouiſus prouiſione ordinaria ſi poſſeſſionem lite pẽdente propria auctoritate ingrediatur dicitur attentare, q.15.nu.42.

Prouiſus a Papa quamuis anterior ſi non poſſideat non eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum poſſeſſorem, q.15.nu.50.
Prouiſus a Nuntio dicitur prouiſus Apoſtolicus, & habet parem titulum cum prouiſo Apoſtolico, quæſt.15.num 59.
Prouiſus ab Ordinario eſt legitimus contradictor aduerſus Apoſtolicum ſi habet titulum coloratũ, & poteſt appellare a ſententia lata ſuper expoſitionem litterarum Apoſtolicarum in fauorem prouiſi Apoſtolici, q.15.nu.104.
Dummodo titulum ſuum coram executore ante ſententiam produxerit, q.15.nu.105.
Prouiſus ab Ordinario in non reſeruatis præfertur prouiſo Apoſtolico, q.15.nu.114.
Prouiſus ab Ordinario in beneficio litigioſo quamuis poſſideat non eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum, quæſtio.15.numero 118.
Declara ſi ſubrogatus Apoſtolicus probauerit litem ſui ipſius Clericatum, & poſſeſſionem illius, in cuius locum fuit ſubrogatus, num.122.
Amplia etiam ſi de ſubreptione opponatur aduerſus ſubrogatum, nu.123.
Amplia ſecundo etiam ſi impetrans expediuerit litteras ratione ſubrogationis ad partes, nu.124.
Fallit ſi lis eſſet calumnioſa, num.125.
Quod intelligendum quando calumnia eſt notoria, num.126.
Prouiſus ab Ordinario de beneficio litigioſo, & poſſidens dicitur intruſus, q.5.nu.121.
Prouiſus ab Ordinario etiam ceſſante lite quando ſumus in notoriè reſeruatis licet poſſideat non eſt legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum Apoſtolicum ne quidem ad effectum, vt iuſtificetur gratia, q.15.nu.128.
Prouiſus ab Ordinario, & poſſidens legitimus eſt contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum vbi reſeruatio materialiter accepta non eſt notoria, q.15.num.132.
Prouiſus ab Ordinario, & poſſidens legitimus eſt contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum, quando reſeruatio formaliter accepta non eſt notoria ad effectum, vt tota gratia iuſtificetur, quæſtio 15.nu.138.
Prouiſus ab Ordinario, & poſſidens eſt legitimus cõtradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum, quãdo eſt notorium nullam dari reſeruationem, quæſtio 15.nu.164.
Prouiſus ab Ordinario reſeruatione ceſſante habet parem titulum cũ prouiſo Apoſtolico, q.15.n.165.
Prouiſus Apoſtolicus eſt admittendus etiam in non reſeruatis ſtante prouiſione Ordinarij, quando conſtat Summum Pontificem voluiſſe præuenire, q.15.nu.166.
Prouiſus a Summo Pontifice menſibus Ordinarij ſi vult obtinere probare debet, Pontificem ex cauſa voluiſſe præuenire, q.15.num.171.
Prouiſus ab Ordinario, & poſſidens, an, & quãdo ſit legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum, plena diſtinctione totam materiam cõplectente declaratur, q.15.num.172.
Prouiſus ab Ordinario in illis caſibus, in quibus non eſt contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicũ, eodem modo non eſt legitimus contradictor aduerſus quemcumq; prouiſum Apoſtolicum quocumque prouiſionis genere, q.15.nu.197.
Limita quando litteræ Apoſtolicæ aliquid continuarent, quod faceret executorem eſſe mixtum, tunc enim datur appellatio, nu.198.
Exemplum ſi in litteris adeſſet clauſula vocatis vocandis,
Aliud exemplum ſi litteræ eſſent in forma dignũ, q.15.num.200.
Publiciana non competit ei, qui titulum obtinuit a non domino, & poſſeſſionem a ſe, q.7.nu.74.
Publiciana competit hæredi hæreditate adita, & poſſeſſione nondum apprehenſa, q.7.num.75.
Publiciana poſſeſſione per traditionem acquiſita, competit hæredi, quando eam intentat ex perſona defuncti, qui non poſſidebat, ſecus ſi ex propria perſona, q.7.num.76.
Amplia idem aſſerendum in fideicommiſſario quãdo in eũ dominiũ trãſit abſq; traditione, q.7.n.77.
Puri, & purificati idem iudicium eſt, q.15.nu.12.

Q

QVæ ab initio non valent, nec tractu temporis conualeſcunt, q.2.nu.82.
Quæſtio de duabus prouiſionibus Apoſtolicis circa idem beneficium, & quæſtio de duobus teſtamentis circa eamdem hæreditatem pari paſſu ambulant, q.2.nu.1.
Quæſtio de duobus venientibus cum duobus teſtamentis ab eodem teſtatore conditis in quibus terminis procedat, q.2.nu.72.
Quæſtio iuris tanquam certa, quæ libris apertis terminari poteſt, nõ impedit viã executiuã, q.2.n.194.
Declara, vt num.207.
Quaſi dominus rem a tertio detentam mediante Publiciana recuperat, non verò ſi ad verum dominũ peruenerit, vel ad quaſi dominum anteriorem, q.7.nu.20.
Quaſi dominus anterior a quaſi domino poſteriori per Publicianam vindicat, q.7.nu.23.
Quaſi domino non poſſidenti competit Publiciana ad rem recuperandam, q.7.nu.6.
Quaſi dominus domino æquiparatur, quando ſimul non concurrunt vetus dominus, & ille, q.7.nu.18.
Qui poteſt poſſeſſionem propria auctoritate ingredi, poteſt quemcumque alium ab ea obtinenda impedire, q.5.nu.30.

R

RAtio eſt anima legis, q.13.nu.47.
Ratio vbi eſt eadem, eadem eſt iuris diſpoſitio, q.2.nu.152. & q.13.nu.100.
Rationem reddere debere, & teneri ad ſoluendum debitum non liquidum æquiparantur, q.13.nu.83
Declara vt num.95.
Rationem reddere qui tenetur poteſt deponere vnũ numum, & dare cautionem de reſtituendo ſi apparuerit in plus teneri, q.13.nu.86.
Rationem reddere qui tenetur, tenetur ad conſignationem eius quod reliquum eſt, q.13.nu.84.
Regulam pro ſe habens dicitur rem certam habere, q.12.num.38.
Relatum in referente continetur, q.10.nu.87.
Rem ſuam non eſſe ſciens, ſcire debet ad alium ſpectare, q.4.nu.3.

Reme.

Remedia adipiſcendæ non competunt pro recuperanda, q.7.nu.48.
Remedia poſſeſſoria complectuntur omnia quæ nuda detentione ad deſunctũ ſpectabant, q.19.n.42.
Fallit ſi ab initio ſit manifeſtum ad quem talia bona pertineant, & ille immiſſioni cõtradicat, nu 65
Remedia poſſeſſoria dantur contra poſſidentem titulo pro hærede, q.6 num.8.
Remedio legis noſtræ non eſt locus quando ſemel obtenta eſt poſſeſſio, q.4.nu.45.
Remediũ acquirendæ non datur ei qui ſemel poſſeſſionem obtinuit licet poſtea amiſerit, q.4. nu.41.
Remedium adipiſcendæ non competit pro recuperanda, q.4.nu.48.
Remedium l.fin. C. vnde vi eliditur per exceptionẽ doli mali, euictionis, & circuitus inutilis, q.7.n.122
Remedium legis noſtrę ceſſat poſtquam ſemel hęres poſſeſſionem obtinuit, q.4.nu. 40.
Remedium legis noſtrę competit ex teſtamento non abolito, q.2.nu.7.
Remedium legis noſtræ competit pro rebus penes defunctum depoſitis, vel commodatis, q.5.nu.90.
Declara vt nu. 91.
Remedium legis noſtrę competit pro quibuſcunque rebus mortis tempore a teſtatore detentis, quamuis eas verè non poſſideret, q.6 nu.14.
Remedium legis noſtrę competit ſolummodo oſtendenti teſtamentum non cancellatum neque abolitum neque ex aliqua ſuæ formæ parte vitiatum, q.11.nu.36.
Remedium legis noſtræ competit ratione bonorum etiam feudalium in locis in quibus in feudis ex teſtamento ſucceditur, q.17.nu.8.
Remedium legis noſtræ eſt adipiſcendæ, q.7.nu.47. & q.18.nu.30.
Remediũ legis noſtræ eſt modici ṗiudicij, q.11.n.54
Remedium legis noſtræ etiam in feudalibus locum habet, q.17.num.25.
Remedium legis noſtrę habet locum in omnibus bonis, quæ detinebantur a teſtatore tempore mortis, quamuis neq; de his teſtari poſſet, & eſſent perſonalia ita vt quantum ad proprietatem nullo modo ád hæredem tranſire poſſent, q.19.nu.68.
Declara vt nu.75. & 76.
Remedium legis noſtræ habet locum vbi ſubrogatio, q.4.nu.24.
Remediũ legis noſtræ non cõpetit hæredi qui ſemel poſt mortẽ teſtatoris poſſeſſionẽ obtinuit, q.9.n.2.
Remedium legis noſtræ non competit niſi notoriè appareat intentantem illud verum eſſe ſucceſſorem, q.17.nu 4.
Remedium legis noſtræ non habet locum vbi ceſſat teſtamentum, q 17.nu.2.
Quod intellige ſi notorium ſit rem talẽ eſſe in qua teſtamentum non ſuſtineatur, vt nu.4.
Item quando teſtator alio modo diſpoſuit quàm iure cautum eod.nu 4.
Remedium legis noſtræ non poteſt quis intentare niſi vel primo adiuerit hæreditatem, vel intentando adeat, q.14.nu.28.
Remediũ legis noſtræ non cõpetit pro rebus a teſtatore tempore mortis non poſſeſſis, q.6.nu.21.
Renunciatio generalis ad ſuam cauſam reſtringitur q.10. nu.150.
Renunciatio nõ inducitur ex coniecturis, q 10 n.261
Renunciatio non præſumitur cum ſit quædam donatio, quæſtio 10. numero 108.
Reo ſufficit offuſcare probationes actoris, q.12.n 34.
Replicantis partes ſunt probare fundamentum ſuæ intentionis, quando reus ſuam exceptionem fundatam habet, q.3.nu.5.
Replicatio, tua non intereſt exceptionem repellit, q.11.nu.41.
Replicatio, tua non intereſt omnem excludit exceptionem. q.3.nu.17.
Replicationem non tenetur actor probare, quando ſuam intentionem fundauit donec reus ſuam exceptionem probauerit, q.19.nu.103.
Repugnantia mutuo ſe deſtruunt, q.10.nu.45.
Requiſita neceſſaria non probans ex officio eſt a Iudice repellendus, q.4 nu 47.
Res furtiua, & per vim poſſeſſa non ſolum non poteſt vſucapi aut a fure, aut a violento poſſeſſore, ſed nec ab eo qui bona fide a fure accepit, q.9.nu.60.
Res iniuſtè occupata fit vitioſa, & cum vitio tranſit, q.9.num.59.
Declara quando alter ſuam poſſeſſionem primario ab iniuſto poſſeſſore recognoſcit, ſecus ſi primario a iure ſuo, & inſtrumentaliter ab hoc poſſeſſore eam recognoſcat. vt infra num.69.
Res inter alios acta alijs nocere non debet, q.7.n.80. q.10.nu.264 & q.2.nu.114.
Res in dubio talis naturæ præſumitur, qualem poſſeſſor aſſerit, q.18.num.21.
Res iudicata facit de albo nigrum, & æquat quadrata rotundis, q.3.nu.170.
Res quælibet a principio erat libera. q.18 nu.28.
Res quælibet in dubio præſumitur libera, q.16.num. 38. q.18.nu.4.
Res ſeu ſubiecta materia circa quam verſatur legitimus contradictor quotuplex, & quæ ſingulæ eius ſpecies, q.1.nu.15.
Res pro derelicto habitæ dicuntur vacantes, ita vt poſſeſſio ad nullum ſpectet, q.9.nu.42.
Reſeruatio facillime videtur probari, & notoria fieri, q.11.nu.142.
Quod intellige quantum ad reſeruationem materialiter acceptam non vero formaliter ſecus in reſeruatione materialiter accepta quando datur aliqua probabilis exceptio, nu.143.
Reſeruatio vſusfructus transfert in eum poſſeſſionẽ cui reſeruans titulum conceſſit, q.6.nu.15.
Reſeruatio inficit titulum, & poſſeſſionem prouiſi ab ordinario, q.15 nu.91.
Reſeruatio vbi non eſt adeo notoria, & talis quæ excludat omne ius poſſeſſionis ſufficit poſſeſſorẽ docere de titulo apparenti, q.15.num.144.
Reſeruatione ſtante nec ordinarius, nec alius ſe intromittere poteſt. q.15.nu.90.
Reſeruationem quamuis non notoriam eundem parere effectum, quem qualitas litigioſi aliquando tenuit Rota, contrarium tamen verius, & frequentius receptum, q.15.nu.141.
Reſiſtentia non eſt licita quando habet admixtum aliquod delictum, & vbi materia eſt præparata ad malum, q.15.num.106.
Reſtitutio in integrum minori datur ob denegatam immiſſionẽ, quando ſequuta eſt læſio, q.20.nu.83.
Declara, vt nu.87.
Reſtitutio in pluribus caſibus cenſetur facta ipſo iure fideicommiſſario, q.10.nu.193.
Reſtitutio legalis transfert iura, & actiones non ta-

men

men facit quin poſſeſſio ſit capienda de manu hæredis, q.10.nu.54.
Declara in legali ſecus in verbali vt infra nu. 61.
Item declara vt num.64.
Reſtitutio tacita ex legis diſpoſitione tantum operatur quantũ reſtitutio verbalis heredis, q.10.n.200.
Reſtitutio vbi habetur pro facta idem dicitur ac ſi verè facta fuiſſet, q.10.nu.198.
Intellige vt reſtitutio quæ habetur pro facta alteri æquiparetur in quantum ad effectum vt poſſit fideicommiſſarius exercere fideicõmiſſarias actiones, & intentare remedium vtile legis noſtræ, non vero vt poſſit propria auctoritate capere poſſeſſionem, vt nu.202. & 205.
Reſtitutio verbalis iura omnia, & actiones in fideicommiſſarium transfert, q.2.nu.257.
Reſtitutio verbalis tãtum facit in fideicommiſſario, quantum in hærede hæreditatis aditio, q.10.n.59.
Retentio facilius permittitur, quàm actio, q.13.n.80.
Retentio quotieſcumq; a vitioſo principio non procedit vt fauorabilior, quam immiſſio, q.12.nu.17.
Retentionem pro melioramentis non liquidis non dari oblata cautione multi tenent, q.13.nu.91.
Declara vt num.98.
Reus, & actor formaliter & abſolutè non ſunt qui cũ eod. teſtamento, vel alio iure æquali ventẽtes immiſſionem prætendunt, ſed virtualiter tãtũ, q.2.nu.60.
Reus in ſua exceptione partes actoris ſuſtinet, q.12. num. 39.
Reus in ſuis exceptionibus dicitur actor, q.3.nu.40
Reus ſuam debet exceptionem probare, quando ſuã intentionem actor probauit, q.3.nu.41.
Reus ſuam exceptionem probare debet, q.4.nu.70.
Rota in Toletana parrochialis 24. Iunij 1614. coram Reuerendiſs. D. Sacrato declarata, q.2.nu.105.

S

SAluianum competit quando quis obtinuit titulũ coniuncta hypotheca, q.9.nu.40.
Saluianũ interdictum cõpetit pro legatis, q.2, n.202.
Saluianum interdictum locum habet vbicunq; competit hypotheca, q.2.nu.283.
Saluianum interdictum competit pro rebus hypothecatis, q.5.nu.22.
Seminarium allegans vnionem ex forma Cõc. Trid. dansq. formam eiuſdem obtenebrat titulum prætendentis immiſſionem ex teſtamẽto, q.9.nu.103.
Seminarium cui ex decreto Conc. Trid. eſt facta vnio per Epiſcopum vi huius vnionis poſſidens dicitur legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum ad impediendam eius immiſſionem quamuis non doceat de validitate vnionis, q.15.nu.145.
Sententia contra abſentem, & contumacem lata cenſetur potius lata ob contumaciam, quam propter aliam cauſam, q.3.nu.109.
Sententia declaratoria non verò deciſiua eſt opus quando ipſo iure bona emphyteutica ad dominũ reuertuntur, q.16.num.25.
Sententia iniuſta tranſire poteſt in rem iudicatam, q.3.nu.169.
Sententia lata contra tacentem, & non comparentẽ, citatum cum conditione ſi ſua putauerit intereſſe non minus noceat, ac noceat illi contra quem contradicentem eſt lata, q.3.nu.67.
Sententia nulla nihil operatur & numquam tranſit in rem iudicatam, quæſtio 3.num. 168.
Seruari rem cuius intereſt, eſt in ea conditione ponendus vt rem ſaluam reddere poſſit, & ſuo periculo conſulere, q.19.nu.50.
Seruatio rerum Reipublicæ intereſt, q.20.nu.79.
Seruitus feudo acquiſita pars feudi euadit, ſi feudo vt feudo acquiſita, q.20.nu.33.
Seruitus minor in dubio eſt præſumenda, q.19.nu.46
Declara vt num.66.
Seruitus non præſumitur, q.18.nu.3.
Seruitutem probandi onus ſpectat, ad aſſerentem rei ſeruitutem, q.18.nu.5.
Seruus domino etiam inuito & ignoranti acquirere poteſt, q.9 nu.45.
Seruus hæreditarius rectè inſtitui poteſt, q.9.nu.24.
Seruus hæreditarius ſtipulando hæreditati acquirit, q.9.nu.23.
Simpliciter citatus non tenetur docere de aliquo intereſſe, q.3.nu.82.
Singula quæ non proſunt, nec cumulata iuuant, quæſtio 10.nu.190. q.19.nu.77.
Contrarium habetur nu.191. & q.19.nu.81.
Et quomodo hæc duæ regulæ concilientur, q. 10. nu.192. & q.19.nu.88.
Soluere nemo eſt cogendus quod ſtatim eſt repetiturus, q.20.nu.23.
Solutio coacta non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi, q.3.nu.53.
Solutio facta a non habente titulum non conſtituit aliquam quaſi poſſeſſionem contra tertium, q.10. num. 267.
Solutum vigore ſententiæ retractatæ repetitur condictione ſine cauſa, q.2.nu 86.
Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, q.2.num.49. & q.7.nu.116.
Spoliatus non tenetur ante reſtitutionem in petitorio reſpondere, q.2.nu.50.
Spoliatus ante omnia reſtituendus, q.18.num.41.
Fallit ex communi ſententia quando ex reſtitutione irreparabile damnum ſequatur nu. 42.
Declara hanc limitationem vt nu. 50.
Exemplum ponitur in caſtro munito, nu.43.
Spolians quamuis præſumatur bonum ius fouere in petitorio cogitur tamen ad reſtituendum in pœnã delicti, & ita talis reſtitutio eſt fundata in odio ſpoliantis, q.18.nu.51.
Spolio agere non poteſt qui facto ſuo vel conſenſu a poſſeſſione cecidit, q.10.num.254.
Spolium eſt quocunque alio poſſeſſorio magis priuilegiatum, q.2.nu.48.
Status antiquus non poteſt dici mutatus niſi probetur ſequens ſtatus legitimè mutatus, q.14.nu.55.
Status vltimus eſt attendendus, q.14.nu.56.
Statutum & interpretandum vt aliquid iuri communi addat, q.12.nu.28.
Statutum eſt conſuetudo Eccleſiaſtica recipiunt interpretationem paſſiuam a iure cõi, q.14.nu.72.
Statutum mandans patrem obligari pro filio mercatore reſtringitur ad æs alienum contractum occaſione mercaturæ, q.10.nu.131.
Subrogati poſſeſſio non eſt noua, ſed continuatiuè in eum tranſlata miniſterio Principis, q.15 num.41.
Subrogatio gratioſæ regulatur eiſdem regulis, quib. ſtatutum de continuanda poſſeſſione, q.15.nu.76.
Subrogatio gratioſa intelligitur ſub cõditione dummodo non ſit alteri ius quæſitum, q.15.num.142.

Subro-

Subrogatio gratioſa quoad poſſeſſionis continuationem quomodo differat a ſtatuto continuante poſſeſſionem. q.15.num.178.

Subrogatio habet locum vbi eſt locus ſtatuto de cōtinuanda poſſeſſione, q.4.nu.23.

Subrogatio locum habet in litigioſis, q.15.nu.81.

Subrogatio transfert & continuat poſſeſſionem defuncti in ſubrogatum ſeq. habet ad inſtar ſtatuti continuantis poſſeſſionem, q.15.nu.74.

Declara vt infra nu. 173.

Declara ſecundo, vt num.179.

Subrogatio proprium locum habet in litigioſis in nō litigioſis vero dicitur mera prouiſio, q. 15.nu.130.

Subrogationi, & ſtatuto de continuanda poſſeſſione non eſt locus, quando naturalis poſſeſſio iam fuerat appræhenſa non tamen nulliter ita vt ciuilis quoque venire potuerit, q.4.nu.25.

Subrogationibus duabus conditionatis ſtantibus, & nulla purificata conditione, nulli ſubrogatorum datur immiſſio, q 15.nu.25.

Subrogato competit immiſſio quando defuncto ciuiliter poſſidebat, ita vt ei competeret manutentio, q.4.nu.21.

Subrogato non probante reſeruationem, poſſeſſionē eius cuius loco ſubrogatus, & ſe eſſe clericum, ſufficit aduerſario contradictori ad victoriam non ius ipſius ſubrogati, q.4.nu.72.

Subrogato non competit immiſſio niſi probata reſeruatione, q.15.nu.110.

Subrogato gratioſè danda eſt immiſſio abſq; aliqua iuſtificatione gratiæ dummodo appareat de eius clericatu, de reſeruatione & de poſſeſſione defuncti tempore mortis in cuius locum facta eſt ſubrogatio, q.15.nu.86.

Declara dummodo dicta reſeruatio ſit notoria neq; aliquo modo turbida. vt num.180

Subrogato ante adeptam poſſeſſionem non competit interdictum retinendæ, ſed ſolum adipiſcendæ; q.15.nu.176.

Subrogatus Apoſtolicus poteſt propria auctoritate etiam lite pendente poſſeſſionem ingredi abſque vitio attentatorum, q.15.nu.42.

Subrogatus poſtquam alius fuerat prouiſus fundat ſuam intentionem in reuocatione prioris prouiſionis, q.15.nu.48.

Subrogatus non intentat interdictū retinendæ eius tamen immiſſio habet quandam vim retentionis, q.15.nu.39.

Subrogatus prætendit immiſſionem ad continuandam poſſeſſionem defuncti, q.15.nu.37.

Subrogatus vbi admittitur ad probandam reſeruationem aduerſarius eſt admittendus ad probandum contrarium, q.15.nu.135.

Subrogatus via executiua eſt immittendus, q.15.n.5.

Subſtantia potius, quàm accidens attendenda, q.16. nu.37.

Subſtituo verbum quando ſtet directè, q.10.nu.26.

Subſtitutio vulgaris altera eſt inſtitutio, q.2.nu.71.

Subſtitutio vulgaris eſt conditionalis inſtitutio, ſi nempe prima deficiat, q.2.nu.66.

Subſtitutus directè non eſt legitimus contradictor aduerſus inſtitutum, quando nihil obijcit, quod ſit eius iuris excluſiuum, q.2 nu.221.

Subſtitutus directè probans incōtinenti aliquid excluſiuum iuris hæredis inſtituti eſt aduerſus illum legitimus contradictor, q.2.nu.230.

Subſtitutus obijciens aliquid inſtituto quod ſit eius iuris excluſiuum ſi incontinenti non probet non eſt legitimus contradictor, q.2.nu.223.

Subſtitutus vulgariter inſtitutione non deficiente non admittitur, q.2 nu.222.

Subſtitutus inſtituto in rerum natura non exiſtente, qui tamē ſperatur, ſi alius ab eodem teſtatore ſubſtitutus non naſcatur, poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem, & tamquam curator bona adminiſtrare, q.11.nu.15.

Succeſſio ab inteſtato exiſtentibus teſtamentarijs hæredibus ibi nulla datur, q.11.nu.32.

Succeſſioni ab inteſtato non eſt locus, vbi eſt ſpes teſtamentarij hæredis, q.4.nu.77.

Summario, & poſſeſſorio iudicio agendum, quando duo veniunt cum duobus teſtamentis qui ſentiant, q 2.nu.41.

Suus hæres quamuis fiat dominus non tamen ſit poſſeſſor, q.9.nu.27.

T

TErtius eam exceptionem opponere poteſt, quam non poteſt conuentus, q.2.nu.115.

Teſtamenta plura eiuſdē teſtatoris corruunt quando non apparet quodnā prius, vel poſterius, q.2.n.151

Teſtamentarij hæredis ſpes ſola facit ceſſare legitimum, q.11.num.5.& 7.

Teſtamentis duobus conditis ſi non apparet quodnā prius fuerit ſcriptum, vtrumq; corruit, q.2.nu.33.

Teſtamentis duobus factis primum valere poſſe, ſecundum vero non per plures caſus monſtratur, q.2.nu.73.

Teſtamentum ante religionis ingreſſum factum ſi poſtea teſtator in aliqua religione profeſſus fuerit non poteſt ab eo reuocari, q.2.nu.74.

Teſtamentum capitis diminutione fit irritū, q.2.n.75

Teſtamentum facere nō poteſt qui Ciuis Romanus & ſui iuris non eſt, q.2.num.76.

Teſtamentū in quo incertus hæres eſt inſtitutus non valet, fauore tamen piæ cauſæ ſi teſtator pauperes Chriſti inſtituerit ſuſtinetur, q.14.nu.1.

Teſtamentum non cancellatum, & poſſeſſio teſtatoris tempore mortis ſunt in hoc iudicio probanda, q.2.nu 146.

Teſtamentum non habet executionem paratam aduerſus poſſeſſorem cum titulo, q.15.nu.7.

Teſtamentum prius factū, ſed poſtea capitis diminutione irritū factū reconualeſcit, teſtatore in priſtinam conditionem reuerſo, factum verò in ſtatu capitis diminutionis nequaquam, q.2.num.77.

Teſtamentum prius non tollitur poſteriore niſi poſterius valeat, q.2.nu.93.

Teſtamentū prius tollitur poſteriore. q.2.nu.8.& 34.

Teſtamentum rumpi, & fieri irritum quomodo differant, q.2.nu.90.

Teſtamentum totum eſt legendum vbi quæritur in qua parte in teſtamento inſtitutus ſit immittendus, q.2 nu.213.

Teſtamentum vnum a bannito ante bannum factū, ſi poſt bannum aliud fiat remiſſione obtenta prius reconualeſcit, non poſterius. q.2.nu.78.

Teſtandi ius non pertinet ad feudalia de quibus nemo teſtari poteſt, aut inſtituendo, aut legando, aut fideicommittendo, q.19 nu.25.

Teſtati cauſa eſt fauorabilior, quā inteſtati, q.11.n 18

Teſta-

Teſtator præſumitur in dubio ſe velle conformare ſtatuto, q.12.nu.30.
Teſtes non poſſunt examinari niſi parte citata, q.11. num.62.
Teſtibus quod impugnari poteſt, idem teſtibus adiuuari poſſe videtur, q.11.nu.47.
Teſtium dicta non videtur approbare pars, quæ induxit, licet perſonas approbauerit, q.3.nu.13.
Teſtium inhabilitatē pars opponere nequit, quæ eos induxit licet contra eorum dicta poſſit opponere, q.3.nu.14.
Tituli conceſſio importat perſonalem actionem non vero ius reale, q.5.nu.98.
Tituli imparitas attenditur conſiderata maiori vel minori vi, non autem diuerſitate, q.15.nu.18.
Tituli imparitas non nocet vbi de ea non conſtat, q.15.nu.136.
Tituli imparitas non liberat a iuſtificatione gratiæ, niſi quando conſtat de reſeruatione, vel affectione tali vt conſtet ordinarium non voluiſſe prouidere, q.15.nu.137.
Tituli imparitas non pendet a modo vacationis, q.15. nu.16.
Tituli inualidi allegatio non videtur obeſſe, & quare. q.2.nu.5.
Tituli maior eſt vis quam citationis, q.2.nu.112.
Tituli paritate data praxis eſt Rotæ Romanæ, vt de iurium potioritate ordinariè agatur non ſummariè tam duobus datis teſtamentis, quàm duabus prouiſionibus Apoſtolicis, q.2.num.45.
Tituli poſterioris allegatio ei non videtur obeſſe qui primo titulum obtinuit, q.2.nu.4.
Titulum ab ordinario habens ſi non poſſidet non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem prouiſi Apoſtolici, q.15.nu.201.
Limita vt nu.205.
Declara vt nu. 206.
Limita vt nu.207.
Titulum a defuncto habens ſi vacante hæreditate poſſeſſionem occupet non habet rationem ſpoliantis, q.9.nu.21.
Titulum a Nuncio, vel Legato habens ſuppoſitis terminis habilibus pro collatione prædictorum eſt legitimus contradictor aduerſus prouiſum Apoſtolicum, q.15.num.58.
Amplia etiam ſi Breue ſummi Pontif. contineat clauſulam exequendam contra quoſcunq; non tamen prouiſos a ſede Apoſtolica, vt nu.60.
Limita ſi prouiſus a Papa obtinuit breue de capiendo poſſeſſionem nomine Cameræ, cum clauſula excluſis quibuſcunque detentoribus, non tamen a nobis prouiſis, q.15.nu.61.
Titulum a tertio, & poſſeſſionem a ſe ipſo allegans non excludit ius hæredis agentis, q.7.nu.64.
Titulum a teſtatore habens propria auctoritate bonorum poſſeſſionem capere poteſt, q.5.nu.69.
Titulum dicitur a teſtatore obtinuiſſe, qui ab executore obtinuit, q.7.nu.32.
Titulum, & dominium ſui actoris probans habet ius potentius, quam probans ſolum titulum hæreditarium, q.5.nu.83.
Titulum & poſſeſſionem probans quaſi dominium probat, q.7.nu.7.
Titulum, & poſſeſſionem qui mortuo teſtatore obtinuit non poteſt competere cum hærede nec ratione poſſeſſionis, nec ratione tituli, q.7.nu.81.
Titulum habens ab ordinario ne quidem ſi poſſideret ex impari titulo eſſet legitimus contradictor aduerſus prouiſum Apoſtolicum quando de reſeruatione conſtaret, q.15.nu.204.
Titulum habens a defuncto poſſeſſionem ab illius hærede auferre poteſt intentando actionem ſibi ex eodem titulo competentem, q.5.nu.72.
Declara vt nu. 77.
Titulum habens a defuncto propria auctoritate poſſeſſionem capere poteſt, q.9.nu.16.
Titulum habens poſſeſſionem rei vacantis propria auctoritate ingredi poteſt, q.5.num.33.
Declara vt nu.51.
Titulum habens poteſt propria auctoritate poſſeſſionem rerum vacantium per mortem occupare, q.16.num. 2.
Declara vt nu.23 & 24.
Titulum habens propria auctoritate poſſeſſionem vacantem ingredi nequit, q.9.nu.12.
Declara vt nu. 34.
Titulum habens propria auctoritate rem vacantem occupare poteſt, q.7.num.55.
Titulum habens rei vacantis poſſeſſionem rectè ingreditur. q.7. nu.50.
Declara in poſſeſſione omnino vacante ita vt ne animo quidem retineatur, & ſuppoſita validitate tituli, vt num 92.
Titulum habens rem vacantem propria auctoritate capere poteſt, q.3.nu.162.
Titulum habens rerum vacantium poſſeſſionem iuſtè occupat, q.13.nu.37.
Titulum habens rerum vacantium poſſeſſionem occupare poteſt quando poſſeſſio eſt nullius, q. 9. nu.76. in 4.artic.
Titulum habens ſi ab initio compareat nullo poſſidente impedit immiſſionem, q 19.nu.32.
Titulum habens ſi non ab eo a quo titulū habet poſſeſſionē obtineat, ſed a ſe ipſo prædo eſt, q.7.n.105.
Titulum habentis intereſt poſſeſſionem manere vacantem vt facilius eam conſequatur, q.9.num.36.
Declara vt nu.51.
Titulum inter viuos habens eodem modo poſſeſſionem vacantem rectè occupat, q.9.nu.48.
Titulum non habens ex eadem vacatione non videtur legitimus contradictor aduerſus poſſidentem ex altera vacatione, q.2.nu.148.
Contrarium eſt verius vt nu.156.
Titulum non habens poſſeſſionem alteri concedere nequit, q.10.nu.266.
Vnde poſſidēs ex tali cōditione nulliter poſſidet.ib.
Titulum nullum dicitur habere qui fuit inſtitutus a grauato in bonis fideicom.ſubiectis, q.2.nu.181.
Titulum parem, & eiuſdem ſpeciei non habens etiā ſi habeat ab eodem fonte, & ſic a pari cauſa ſi non poſſideat nō eſt legitimus cōtradictor, q.15 nu.203
Titulum ſolum habens dicitur creditor non dominus, q.5.nu.17.
Titulum ſolum habens nec poſſeſſionem habet, nec dominium, q.5.nu.44.
Titulus ab inteſtato non eſt par teſtamentario, quinimo teſtamento dato corruit, q.11.nu.73.
Titulus a diuerſo fonte profectus facit poſſidentem legitimum contradictorem, neq; eſt neceſſe vt proueniat a defuncto quando tamen eſt titulus excluſiuus iuris prætendentis immiſſionem ſecus ſi nō ſit excluſiuus, q.9.num.82.

Titu-

Titulus apparens facit legitimũ cõtradictorẽ quãdo incontinenti non apparet eſſe nullum q.2.nu.184.

Titulus apparens ſufficit ad efficiendum legitimum contradictorem, q.7.nu.58.

Titulus eſt cauſa ſufficiens ad dominium acquirendum,& dicitur a tuendo, q.15.nu.17.

Titulus eſt iuſta poſſidendi cauſa, q.4.nu.2.

Titulus habitus a non domino nullus eſt ſaltem ſi cum vero comparetur, q.7.nu.93.

Titulus ipſo iure nullus, & qui talis ab initio apparet non facit poſſeſſorem legitimum contradictorem, q.7.nu.144.

Titulus par ad contradicendum & impediendã immiſſionem eſt neceſſarius,q.10.n.37.& 15.n.202.

Titulus par eſt neceſſarius ad effectum contradicendi & immiſſionis impediendæ,q.15.nu.202.

Titulus par in non poſſidente ad contradicendum eſt neceſſarius,q.15.num.34.

Titulus profectus ab eo de cuius iure nullo modo apparet pro non titulo habetur, q.7.num.65.

Titulus ſolus non præſtat intereſſe ad reuocandam tenutam, q.5.nu.39.

Titulus vt faciat cõtradictorẽ debet eſſe talis vt titulum habẽs ſine vitio poſſeſſionẽ ingredi, q.5.n.201

Traditionis vim habet ſcietia,& patiẽtia,q.10.n.213

Tranſlationibus eiuſdem penſionis duabus ſtãtibus via executiua agendum quando apparet de inualiditate vnius, ſi verò non appareat agendum ordinarie,q 2.nu.106.

Tranſlationibus eiuſdem penſionis duabus ſtantib. via ordinaria agendum, q.2.nu.45.

Declara vt nu.106.

Trebellianica eſt quarta totius hereditatis,& eſt quota hæreditatis non bonorum,q.12.num.136.

Turbans ciuilem poſſeſſorem in ciuili poſſeſſione,tenetur naturalem reſtituere, & a turbatione deſiſtere, q.17.nu.14.

V

VAcare non dicitur beneficiũ quando de eo alicui eſt prouiſum licet poſſeſſionem non obtinuerit, q.15.nu.41.

Varietas in executiuis eſt licita ita vt de vna via executiua in aliam executiuam admittatur tranſitus, q 3.nu.21.

Variatio in iudicio fieri nequit quando apparet viã ordinariam electam, q.3.nu.9.

Vaſſallo aut illius heredi eſt reſtituendũ preciũ rerũ et inſeparabilium feudo adiectarum, q.20.nu.54.

Vaſſallus ad rei feudalis cuſtodiã tenetur,q.19.n.52.

Vaſſallus, domino poſſidente res feudales ob feudũ finitum, impenſas ſuæ inclinationis condicere poteſt,& a domino repetere,q 20.nu.18.

Sæpiſſime tamen hñõi impenſam noĩe nulla cõpetit actio,ſed ſola exceptio, & retentio,q.20.nu.21.

Vaſſallus meliorem feudi conditionem facere poteſt q.20. nu.42.

Vbi eſt eadem ratio,eadem debet eſſe iuris diſpoſitio q.10. nu.115.

Velle eſt eius cuius eſt nolle,q.4.nu.38.

Velle præſumitur qui velle tenetur,q.9.nu.72.

Vendens,aut donans ſi non tradat, dominiũ, & poſſeſſionem rei vẽditæ,& donatæ retinet,q.5.nu.99.

Vendens rem hæreditariam eodem momẽto dicitur hæreditatem adire, q.5.nu.93.

Venditor aut qui iuſto titulo rem alteri tradidit tenetur de euictione, q 7.nu.38.

Venditor re vendita non vero tradita non minus eſt dominus quam ante venditionem, q.5.nu.47.

Venditor ſi quid hæreditarium fuerit proſecutus, & obtinuerit,quod venditione contineretur, ementi reſtitui debet,q.7 nu.44.

Veniens ab inteſtato ſi non poſſidet nec allegat quid excluſiuum iuris hæredis puta teſtamentum abolitum non eſt legitimus cõtradictor aduerſus ſcriptum in teſtamento, q.11.nu.1.

Veniens cũ alio teſtamento ab alio teſtatore condito & petens immiſſionem quã alter ex alio teſtamento petierat legitimus eſt contradictor, q.2.nu.149.

Veniens cum alio teſtamento ab eodẽ teſtatore condito eſt legitimus contradictor ad efficiendum, vt de potioritate iurium ſecum agatur, q.2.nu.10.

Veniens cum prouiſione Apoſtolica eſt legitimus contradictor aduerſus venientem cum alia prouiſione ſuper eodem beneficio,q.2.nu.11.

Veniens directè ſi concurrat in hoc beneficio cum veniente obliquè præfertur,q.2.num.243.

Fallit quando obliqua diſpoſitio æquipollet directè, vt nu.265.

Veniens ex alio teſtamento ab eodem teſtatore condito poſt ſententiam de immittendo, & ante immiſſionem eſt legitimus contradictor,q.2.nu.110.

Declara hoc verum quando ſententia fuit lata in iudicio aduerſario contradicente geſto, vt nu.128.

Declara ſecundo vt res ſit tractanda ordinariè non vero ſummariè, vt nu.120.

Veniens poſt ſententiam, & ante immiſſionem re integra venire dicitur, q.3.nu.103.

Venientes ab inteſtato allegantes vitium viſibile teſtamenti ſunt legitimi contradictores aduerſus hęredem,quamuis teſtibus incontinenti probare velit vitium non eſſe conſiderabile, q.11.nu.48.

Venientes ab inteſtato quando ſtat ſtatutum continuatiuum poſſeſſionis defuncti in hæredem quãuis ſe poſſidere prætendant vigore ſtatuti non tamen ſunt legitimi contradictores aduerſus teſtamentarium hæredem,q.11.num.72.

Venientes ab inteſtato quamuis non poſſideant,ſi tamen allegant vitium viſibile teſtamenti, & hæres non adiuuat teſtamentũ teſtib. impediũt ſũmariã immiſſionem legis noſtræ beneficio, q.11.nu.35.

Venientes ab inteſtato vt ſimpliciter tales non ſunt legitimi contradictores, q.3.nu.173.

Venientibus ab inteſtato non competit remedium legis noſtræ,q.19.nu.24.

Vẽter vbi dubitatur an ſit plenus eſt in cauſa quominus hæres in poſſeſſionẽ immittatur, q.14. nu.29.

Verba cum effectu in iure intelligenda, q.1.nu.5.

Verba hæc dedit,vendidit,tradidit tribuunt facultatem capiendi propria auctoritate, q.9.nu.52.

Verbalis reſtitutio includit conſenſum hæredis qui reſtituendo verbo tribuit licentiam capiendi propria auctoritate, q.10.nu.62.

Verborum externus ſonus non eſt attendendus, ſed internus ſonus,q.11.nu.45.

Verba ſunt intelligenda ſecundũ ſubiectam materiã, & veriſimilem mentem loquentis, q.15.nu.66.

Verbum nobis vel ſimile non reſtringitur ad perſonam ſolius viuentis, neque alios excludit Pontifices,q.15.nu.70.

Verbum nobis eſt perſonaliſſimum, q.15. nu.62.

Et prolatum a ſummo Pontifice excludit legatum, & Nuntium & geſta per ipſos,q.15.nu.63.

Veritas determinatã non eſt de futuris contingentibus,q.14.nu.68.

Vi non poſſidet,qui ſuam poſſeſſionem per vim retinuit, q.16.nu.7.

Vim vi repellens nullam pœnam incurrit,q.10.n.100.

Vindicatio competit contra quemcunque habentem facultatem reſtituendi,q 7.num.22.

Vindicatio datur pro legato,q.12.nu.3.

Soli domino competit,num.4.

Vindicatio exercetur mediante iudicio ordinario, & petitorio nõ aũt executiuo,& poſſeſſorio,q 6.n 20

Violentus eſt poſſeſſor non ſolum qui plenam poſſeſſionem occupauit,verum etiam qui vacãtem,quãdo non habuit titulum ab habente ius illud concedendi,& poſſeſſio ad alium ſpectat,q.7.nu 72.

Violentus nihil violento, q.10.nu.103.

Vir, & vxor ambo res dotales dicuntur poſſidere, q.13. nu.105.

Vitam,& corpus ſuum quilibet tueri põt, q.10.n.39.

Vitium nullum poteſt teſtamento opponi in hoc beneficio quod non appareat ex inſpectione teſtamenti,q.2.nu.23.

Vitium violentę poſſeſſionis purgatur quando ad aliquẽ voluntate domini peruenit poſſeſſio,q.9 n.71

Vitium viſibile teſtamenti immiſſionem ex lege noſtra impedit,q.11.nu.37.

Vltimum ſtatutum ad effectum validitatis collationis a ſolo ordinario factæ vnus actus non conſtituit.q.14.num.54.

Vni per alium non eſt iniqua conditio inferenda, q.2.nu.113.q.3.nu.68.

Vnio de beneficio quam primum vacauerit non poteſt capere vacationem ex reſignatione ad fauorem certæ perſonæ,q.15.nu.147.

Vnio facta de beneficio reſeruato. quando fuit facta poſt obitum obtinentis beneficium in menſe reſeruato eſt nulla,ſecus quando eſt facta in vita illius, licet poſtea obierit in menſe reſeruato, q.15.n.161.

Vnio inualida eſt quando tamquam facta de beneficio reſeruato fuit per congregationem Concilij declarata nulla,q.15.nu.156.

Vnio per Epiſcopum non poteſt fieri menſe capitulari abſq; ſedis Apoſtolicæ auctoritate,q.15.nu.162.

Vnio ſolet fieri cum clauſula (per ceſſum, vel deceſſum) q.15.num.148.

Vnio ſub conditione facta ceſſat, ceſſante conditione, q.15.nu.154.

Vnionis præiudicium nullum conſiderari poteſt, q. 15.num.155.

Vnionis titulus ceſſat, & poſſeſſio eius vigore capta ſtante reſeruatione notoria,q.15.n.158.

Vocatio ſub conditione ea non purificata nulla eſt,& quomodo intelligendum, q.2.nu.67.

Vocatus directè præfertur vocato obliquè etiam in ijs caſibus quibus vocati oblique admittuntur, q.2.nu.165.

Vocatus obliquè ex ſola oſtenſione teſtamenti non facit notorium ſe immittendum,ſed aliæ legitimæ probationes ſunt neceſſariæ, q.2.nu.246.

Fallit,ſi ex ſola teſtamenti oſtenſione,notorio apparere poteſt,de requiſitis,& cõditionib.illius,n.267

Volenti non fit iniuria,q.10.nu.66.& 97.

Voluntas ab hærede accommodata ei; qui poſſeſſionem obtinuit,ſi fuerit accommodata ante aditionẽ hæreditatis non nocet hæredi, neq; ad impediendum interdictum quorum legatorum, neq; ad impediendum legis noſtræ beneficium,q.4.nu.35.

Voluntas cuiuslibet talis præſumitur qualis eſſe debet, q.10.nu.144.

Voluntas teſtatoris declarat ex actu nullo q.20.n.24

Voluntas teſtatoris in teſtamento & vltimis voluntatibus totum facit,q.10.nu.20.

Et pro lege ſeruanda dummodo non ſit contra bonos mores, nu.21.

Voluntas teſtatoris non debet manere in ſuſpenſo, q.11.nu.10.

Voluntatem mutare poſt ius quæſitum non licet, q. 10. nu.72.

Voluntates vltimas ſuum conſequi effectum publicè intereſt,q 2.nu.103.q.7.nu.96.

Vſucapere is poteſt qui non domino quem credebat dominum iuſto titulo poſſeſſionem obtinuit, q.7. nu. 57.

Declara quando non propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit ſed ab eo a quo titulum, vt num.94.

Declara ſecundo vt non habeat locum iure nouiſſimo niſi concurrat bona fides auctoris,vt in f.n.95.

Vſucapio iuſtam poſſeſſionem requirit,q.7 num.59.

Vſucapio procedit hæreditate iacente, quaſi durante defuncti poſſeſſione, q.9.nu.7.

Vteri prægnantis exceptio videtur altam requirere indaginem quando vterus recens eſt, q.14. nu.22,

Contrarium verius nu.32.

Vtero conceditur carboniana bonorũ poſſeſſio,quando puero nato concederetur, q.14.nu.26.

Vtero conſulit Prætor in omnibus caſibus in quibus puero nato dat Carbonianam bonorum poſſeſſionem, q 14.nu.17.

Vtero magis fauent leges,quàm infanti iam nato,& quod in filio nato conſtituitur in viuo locum habet, q.14.nu.16.

Rationes habentur nu.18.

Vtero non eſt concedenda poſſeſſio vbi planè de prægnantia non videtur, q.14.nu.23.

Contrarium verius, eſt enim mulier ventris nomine in poſſeſſionem mittenda, quotieſcunque non liquido conſtat per calumniam petere, vt num.25.

Declara vt nu. 33.

Vterus prægnans ſi prægnantia in dubium reuocari nequeat eſt legitimus contradictor non ſecus ac qui natus eſt,q.14.nu.13.

Vterus prægnans bifariam conſiderari poteſt, vel talis vt prægnantia in dubium reuocari nequeat,vel talis in quo prægnantia in dubium reuocari poſſit, q.14.nu.11.

Vterus quamuis recens vt,de prægnantia probabiliter ſuſpicari poſſit eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem prægnantiam negantem, quæſt. 14.nu.24.

Declara vt nu.34.

Vtile per inutile in indiuiduis vitiatur, quæſtio 12. num. 149.

Vxor quamuis notoriam ob fornicationem ipſo iure poſſit dimitti, eſt tamen neceſſaria ſententia declaratoria non vero ſententia concedens licentiam dimittendi,q.16.num.26.

FINIS INDICIS.

DE LEGITIMO CONTRADICTORE.

Ad l.fin.C.de edicto Diui Adr.toll.

PRÆFATIVNCVLA.

1 *Contradictoris legitimi materia ampla difficilis, frequens & neceſſaria.*
2 *Ordo in ea ſeruandus proponitur.*
3 *Cognitio rudis debet diſtinctam & plenam præcedere.*
4 *Contradictor legitimus quam varijs modis conſideretur, & quot quæſtiones de eo examinari poſſint.*

1 LEGITIMI Contradictoris materia † non minus am-
pla eſt & difficilis, quàm ſit in foro frequens, & neceſſa-
ria, in eaq; nullus propemodum reperitur interpres, qui
aut ſatis exactè, aut ſatis opportuno ordine eam diluci-
dauerit, conabor, quantum in me erit, de ea diſtinctè, &
plenè agere; res enim omni ſtudio, omni conatu digna,
2 † hanc autem ſeruabo methodum, vt prius rudem quan-
dam tradam legitimi contradictoris cognitionem à ma-
gis vniuerſalibus petitam, quam confuſam vocant. Exa-
ctiorem deinde, & vt vocant diſtinctam à minus vniuerſalibus petitã ſubnectam,
in qua ſingulas legitimi contradictoris ſpecies explicabo. Cuius quidem ordinis
3 ratio hæc eſt, † quia debet rudis cognitio vti notoria complectens, ad diſtinctam,
& minus nota continentem, nobis viam ſternere, quod vulgò noſtri inquiunt, à
facilioribus inchoandum; tradit Philoſophus in proœmio Phyſicorum *I.C. in l. 1.
ff. de orig. iur. & in l. 1. ff. ſi cert. petatur*, vbi Doctores omnes, & *Iuſtinianus in §.
bis igitur in proœmio Inſtitutionum*. Primum vnica, & breui quæſtione comple-
ctar; Alterum pluribus, & fuſioribus.
Vt autem tota huius operis materia, ac eius ordo vnico intuitu facilè perſpici
4 poſſit, ſequentem tabellam ſubijcio, † in qua quàm varijs modis in præſenti tracta-
tu legitimus Contradictor conſideretur, & quot principales quæſtiones ex tali va-
rietate reſultent, facilè innoteſcit.

- **Legitimus contradictor conſiderari poteſt.**
  - In communi & rudi quodāmodo pro confuſa & generica cognitione habenda. Q. 1.
  - In particulari pro diſtincta, & perfecta cognitione, & hic bifariam conſiderari poteſt vel vt
    - Indirectus Contradictor quando non per modum exceptionis contradicit, ſed idem remedium intentans per accidens alteri aduerſatur. Quæſt. 2.
    - Directus qui per modum exceptionis cōtradicit, & hic conſiderari poteſt.
      - In materia indifferenti, hoc eſt tam beneficiali, quàm prophana, & cuiuſcunque alterius generis, quatenus ſub iiſdem determinationibus diuerſæ materiæ cadere poſsūt, hic autem conſiderari poteſt qui contradicat, vel
        - Vi ſolius citationis. Q. 3.
        - Vi ſolius poſſeſsionis. Quæſt. 4.
        - Vi ſolius tituli. Quæſt 5.
        - Vi tituli & poſſeſſionis, quorum vtrumque viuo teſtatore obtinuit. Quæſt. 6.
        - Vi tituli & poſſeſſionis, quorum vtrumq; mortuo teſtatore obtinuit. Quæſt. 7.
        - Vi poſſeſſionis quæſitæ viuo teſtatore, & tituli eo mortuo. Quæſt. 8.
        - Vi tituli viuente teſtatore, & poſſeſsionis eo mortuo quæſitæ. Q. 9.
        - Vi fideicommiſſi in teſtamento relicti. Q. 10.
        - Vi ſucceſſionis ab inteſtato. Quæſt. 11.
        - Vi legati. Quæſt. 12.
        - Vi detractionum faciendarum, puta legitimæ, Trebellianieæ. Q. 13.
        - Vi Officij. Quæſt. 14.
      - In materia beneficiali. Q. 15.
      - In materia emphyteutica. Quæſt. 16.
      - In materia feudali
        - Aduerſus quemcunque indifferenter. Quæſt. 17.
        - Aduerſus fęminā inſtitutam
          - Quando nō eſt planè certum bona, de quibus agitur, eſſe feudalia. Quæſt. 18.
          - Quando conſtat bona eſſe feudalia, fęmina tamen prætendit qualitatem feudalem ſibi non obeſſe quominus immiſſionem legitimè prætendat. Quæſt. 19.
          - Quando conſtat bona eſſe feudalia, & fęminam incapacem feudi, ea tamen ob aliquod ius immiſsionē prætendat. Quæſt. 20.

PRIMA QVÆSTIO.

Quæ vniuerſaliter de legitimo Contradictore ſint præmunienda. Hæc ad duo capita rediguntur, Vnde duo conſurgunt articuli.

Primus articulus. Quid ſit legitimus Contradictor.

Secundus articulus. Qualis ſit legitimus Contradictor, ſeu quæ ſint in communi legitimi contradictoris conditiones, & circunſtantiæ.

SVMMARIVM Primi Articuli.

1 *Contradictor in ſenſu communi eſt, qui contradicit.*

2 *Legitimum dicitur quod ſit ex legis præſcripto.*

3 *Contradictor in ſenſu legali eſt, qui ex legis præſcripto contradicit.*

4 *Cõtradictor legitimus in materia legis noſtræ, eſt qui intẽtãti hoc beneficiũ lege permittente contradicit.*

5 *Verba cũ effectu in iure intelligenda.*

6 *Contradicendi effectus eſt aduerſarium impedire, quominus optatum finem conſequatur.*

7 *Cõtradictor legitimus in lege noſtra eſt qui impedit aduerſariũ, quominus in poſſeſſionem petitam immittatur.*

8 *Inſcriptio de legitimo contradictore, vel non legitimo idem importat, quod inſcriptio contra quos competat, vel non huius legis remedium.*

9 *Legitimus contradictor, cõtra quem ſententia lata alijs, & præiudicat paucis attingitur.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid ſit legitimus Contradictor.

1 QVantum ad primum attinet,† Contradictorem in ſenſu communi acceptum eum eſſe, qui contradicit ex ſola vi vocis, quilibet facilè dignoſcere poteſt
2 † legitimum quoque illud dici, quod ex legis ſit præſcripto vel lege ipſa permittente vox ipſa indicat, dicitur enim legitimum quicquid à lege ſiue mediatè, ſiue immediatè proficiſcitur, facit *tex. in l. obuenire ff. di verb. ſig. vbi Doctores gl. in l. legitimam ff. de pet. hered. Bart. & Fulgoſ. in l. 3. §. de illo ff. pro ſoc. Dec. Curt. Iun. & Cagn. in l. 1. C. quan. non petentium part. Pinell. in l. 2. num. 4. C. de bon. mat.*
3 hinc coniungendo hos duos terminos † legitimum Contradictorem in ſenſu com-
4 muni eum intelligemus, qui lege permittente, vel ex legis præſcripto cõtradicit † in re autem noſtra, & ſic coarctatè ad legis noſtræ beneficium legitimus contradictor
5 erit, qui intentanti hoc beneficium ex legis præſcripto contradicit; † quia verò verba cum effectu in iure noſtro ſunt intelligenda *l. 1. §. hec verba ff. quod quiſque iur. vbi Dec. & Curt. Dec. conſ. 385 col. pen. verſ his tamen non obſtantib. latè Becc. conſ.*
6 *14. nu. 31.* † Effectus autem contradicendi ſit eum impedire, cui cõtradicitur, quo-
7 minus optatum finem conſequatur † in re noſtra ille dicitur legitimus cõtradictor, qui contradicendo impedit hæredẽ, quominus ex beneficio legis noſtræ in poſſeſſionem petitam bonorum hæreditariorũ immittatur, vel vt idem alio modo deſcribam, eſt is, cõtra quem reluctantem hoc beneficium non operatur, aut nullo modo,
8 aut ſaltem non eo, quo vellet intentans. † Vnde tantum eſt inſcribere de legitimo, vel non legitimo contradictore, quantum contra quos competat, vel non legis noſtræ beneficium, Talis ille eſt, in quo concurrunt debitæ circunſtantię, & conditiones, de quibus in ſequenti articulo.

Non me latet aliud reperiri legitimi contradictoris genus lōgè ab eo diuerſum,
9 de quo agendum propoſui,† eſt enim ille, contra quem, aut pro quo ſententia lata, non ei ſolum, ſed alijs etiam in eadem conditione, ſeu ſtatu verſantibus, nocet, vel prodeſt. non rarò enim id in iure noſtro contingere ſolet, vt in materia nobilitatis, quando enim quis per ſententiam declaratus eſt nobilis, vel ignobilis, talis ſententia facit ius inter alias perſonas, vt rectè multorum auctoritatibus *Tiraq. de Nobilitat. c. 37. nu. 2.* quod tamen verum, ſi fuerit lata cum iuſto, & legitimo contradictore, hoc eſt cum eo, cuius partes eſſent tueri cauſam, vt latè idem *Tiraq. d. c. 37. nu. 4.* Idem in materia ſtatus contingit, in quo ſententia lata ſuper ſtatu vnius ius facit, quo ad omnes *l. ingenuum ff. de ſtatu homin.* quod pariter verum, quando ſententia fuit lata cum legitimo cōtradictore, vt latè fuit deciſum in vna Barchionen. illegitimitatis, 31. Maij 1613. coram R. P. D. Caualerio; Hinc ſententia lata ſuper iure decimandi citato Rectore, cuius titulus non erat validus, non facit ius quo ad omnes, nec nocet ſucceſſoribus, cum non fuerit agitatum cum legitimo contradictore *facit l. cum non iuſto vbi gloſ. ff. de colluſ. detegen. Alexand. in l. ſæpè, num. 76. de re iud. fuit dictum in vna Pampilonen. decimarum 14. Ianuarii 1591. coram Comitulo.* verū quia talis materia ad præſentē tractatū non facit, miſſam eā facio, &c.

SVMMARIVM
ſecundi Articuli.

9 *Contradictoris legitimi conditiones circa quot conſiderari poſſint.*
10 *Contradicēdi modi quot ſint, et qui.*
11 *Contradicēdi modus obliquus, quomodo differat à directo.*
12 *Contradicendi cauſæ quot, & quæ ſint.*
13 *Ius proprium, cuius vi quis contradicit quotuplex, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.*
14 *Contradicendi tempus quotuplex, & quæ ſingulæ eius ſpecies.*
15 *Res, ſeu materia ſubiecta, circa quā verſatur legitimus contradictor, quotuplex; & quæ ſingulæ eius ſpecies.*
16 *Finis qui in contradictore conſiderari poteſt, quotuplex, & quæ ſingulæ eius ſpecies.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Qualis ſit legitimus contradictor, ſeu quæ ſint in communi legitimi contradictoris conditiones, & circunſtantiæ.

9 Circa † quinque conſiderantur legitimi contradictoris conditiones, nempè circa modum, cauſas, tempus, rem, ſeu materiam ſubiectam, finem, ſeu effectum; non enim legitimus erit contradictor, niſi legitimo contradicat modo, niſi legitimam habeat contradicendi cauſam, niſi legitimo contradicat tempore, niſi in materia opportuna, niſi ad legitimum contradicat finem, quē varium conſequetur pro varietate modi, cauſæ temporis, & materiæ, variaq; eorum cōbinatione,
10 † Modi contradicendi opportuni duo ſunt, Alter directus, quo quis primò, & per ſe dicitur contradicere; quando recta via hæredi immiſſionem petenti eā concedendam negat, maximeque, ne concedatur, inſtat, quod quidem per viam, & ad inſtar exceptionis contingere ſolet, Alter obliquus, quando ipſe quoque, quem contradictorem dicimus, ſe poſtulat in eadem bona hæreditaria ex eodem legis noſtræ beneficio immitti, vel quia aliud teſtamentum oſtendat, vel eum ſe eſſe profiteatur, qui in teſtamento ab alio oſtenſo vocatur hæres, quod non quidem per

viam,

11 viam exceptionis, ſed potius per viam, aut ad inſtar actionis euenit. † Differunt hi duo modi, nam in primo certum eſt, quis ſit hæres, quis contradictor, ſunt enim verè, & realiter diſtincti, neque poteſt dari in hac ſpecie contradictor, qui inſtantiam hæredis, aduerſus quem exceptionem proponit, ignoret; In ſecundo non omninò apparet, quis contradictor, quis hæres: Non enim realiter diſtinguuntur, ſed ratione tantùm, nam vterque ſe hæredem profitendo in conſequentiam negat alterum eſſe talem, vterque ſe immitti poſtulat, & per conſequens vterque alterum immittendum negat, Vnde confunduntur perſonæ contradictoris, & hæredis, amboque per accidens contradicunt, ambobus contradicitur, Amplius poteſt vnus alteri contradicere, ſe contradicere ignorans. Titius exempli gratia teſtamentum quoddam Sempronij oſtendit petens immiſſionem virtute huius teſtamenti in bona à Sempronio tempore mortis obtenta. Rurſus Gaius hoc de Titio ignorans aliud teſtamentum Sempronij obtulit, eandem immiſſionem ex eo poſtulans, hi duo ſibi inuicem contradicunt id ignorantes.

12 † Cauſæ in vniuerſum duæ ſunt, vel ad ſummum tres, quibus quis ad contradicendum iuſtè moueri poteſt, nimirum partis citatio, qua quis ad contradicendum prouocetur, & vt contradictor admittatur, Ius proprium, cuius vi remota etiam citatione quis iuſtè contradicat. Vtrumq; ſimul quia, quis & citatione ad cõtradicen-
13 dum prouocetur, & admittatur, & proprio iure fiat iuſtus contradictor † Proprium autem ius eſt quadruplex; Prætenſio poſſeſſionis in re vacanti, in qua ob facti ambiguitatem dubium ſit, An ea ſpectet ad petentem immiſsionem, An verò ad contradictorem, Poſſeſſio, Titulus Poſteriora duo ſimul nempè & poſſeſsio, & titulus, Hęc autem rurſus tripliciter conſiderari poſſunt, aut enim vtrumque habuit viuente teſtatore, aut vtrumque eo mortuo, aut alterum viuente, alterum mortuo.

14 † Tempus triplex eſt, Ante ſententiam, poſt ſententiam, ſed ante immiſsionem, poſt ſententiam & immiſsionem, ſingulis enim his temporibus quis ad contradicẽdum venire poteſt, licèt non ad eundem effectum & finem, nàm pro diuerſitate temporum diuerſos conſequitur effectus, perindè ac etiam pro diuerſitate cauſarum, & modorum, de quibus etiam diſtinctè agam, & copioſè, vt opportunũ arbitrabor.

15 † Res, ſeù materia ſubiecta quadruplex conſiderari poteſt, nempè bonorum allodialium, ſeù indifferenter acceptorum, perindè ac allodialia, quamuis alterius cuiuſcunque generis, Beneficialium, Emphiteuticorum, Feudalium.

16 † Finis tandem quadruplex conſiderari in contradictore poteſt, quemadmodum quadruplicem effectum conſequi poteſt, accipio enim hic finem, prout cum effectu coincidit. Aut enim contradictor ad hunc finem contradicere poteſt, vt abſolutè, & ſimpliciter immiſsionem impediat, omninoque à conſequutione bonorum prætenſorum aduerſarium excludat, quod exempli gratia contingit, ſi titulum, & poſſeſsionem a viuente defuncto acquiſitum allegaret, vt infrà videbimus quæſtione 6. artic. 1.

Aut non vt abſolutè impediat rei prætenſæ conſequutionem, ſed ſolum viam exequutiuam, efficiatq; cauſam ordinariè tractari, exemplum ſi alleget poſſeſsionem, & parem titulum, vt infrà quæſt. 7. art. 1.

Aut neque vt viam exequutiuam præcludat, ſed vt cogat hæredem vt ſecum prius de potioritate iurium agat, antequam immittatur, Exemplum ſi quis eo ſolum contradicat, quia citatus, vt in tertia quæſtione artic. 1.

Aut tandem, vt impediat durationem effectus ipſius immiſsionis, quia inſtet immiſsionem reuocari, quod in eo exemplificari poteſt, qui poſt immiſsionem venit ad contradicendum.

Varietas horum effectuum pendet à varietate cauſarum, temporum, & modorũ, quibus quis contradicere poteſt, variaque eorum coniunctione, de qua diſtinctè agemus inferius, varias quæſtiones conſtituendo, eaſque in congruos articulos di-

ſtinguendo, prout varietas variarum coniunctionum ſupraſcriptarum circunſtantiarum poſtulabit. Enarratæ legitimi contradictoris conditiones, & circunſtantiæ in compendium memoriç gratiæ ſubſequenti tabella repetuntur.

Circunſtantiæ, & conditiones legitimi contradictoris verſantur circa

- Modum qui eſt
  - Obliquus
  - Directus
- Cauſam, quæ eſt
  - Citatio
  - Ius proprium quod conſiderari poteſt vt ſit,
    - Prætenſio poſseſsionis.
    - Poſseſsio.
    - Titulus.
    - Poſteriora duo ſimul, nempè & poſseſsio, & titulus.
  - Vtrumque, & citatio, & ius proprium.
- Tempus, quod eſt
  - Ante ſententiam
  - Poſt ſententiam, ante immiſſionem
  - Poſt ſententiam, & immiſsionem
- Materiam quæ eſt
  - Rerum allodialium, ſeu indifferentium.
  - Beneficialium
  - Emphiteuticarum
  - Feudalium
- Finem, ſeu effectum, qui eſt
  - Vt omninò ab omni via excludat.
  - Vt excludat ab exequutiua, & faciat cauſam ordinariè tractari.
  - Vt à neutro excludat, ſed faciat ſecum de potioritate iurium agi
  - Vt immiſsionem reuocandam curet.

SECVNDA QVAESTIO.

Secunda quæſtio eſt de contradictore indirecto, qui non contradicit per viam exceptionis, ſed idem remedium ipſe quoque intentat, an ſit legitimus contradictor, & ad quem finem, ſeu effectum. Continet hæc quæſtio articulos 13.

PRimus, quando venit aduerſus inſtitutum in teſtamento vi alterius teſtamenti ab eodem teſtatore conditi, vel aduerſus prouiſum apoſtolicum virtute alterius prouiſionis æquipollentis ante ſententiam.

Secundus, quando venit cum alio teſtamento eiuſdem, vel alia prouiſione apoſtolica poſt ſententiam, & ante immiſſionem.

Tertius, quando venit cum alio teſtamento ab eodem teſtatore, vel cum alia prouiſione poſt ſententiam, & immiſsionem.

Quartus, quando venit ex alio teſtamento ab alio teſtatore condito, vel alia prouiſione occaſione alterius vacationis obtenta.

Quintus, quando venit ex alio teſtamento ab alio teſtatore condito, & diuerſum titulum prætendit, nempè fideicommiſsi.

Sextus, quando ambo veniunt ex eodem teſtamento, quia fortè ex circũſcriptione hæredis duo videantur circumſcripti, quorum vterque ſe eum eſſe, qui vocatus eſt, prætendat, cum tamen appareat teſtatorem alterum tantùm voluiſſe.

Septimus Articulus, quando veniunt ex eodem teſtamento, & parẽ prætendunt

titulum

titulum quar ;um ad genus, quia fuerit inſtitutus, non quantum ad ſpeciem, aut numerum, quia neque in eadem inſtitutione ſit vocatus, neque in æquali, ſed cum alter fuerit inſtitutus vniuerſaliter, is in quota fuerit inſtitutus, puta tertia, vel ſimili.

Octauus Articulus, quando venit per inſtitutionem in re certa factam in eodem teſtamento.

Nonus, Quando venit ex eodem teſtamento, & diuerſum prætendit titulum, nempè ſubſtitutionis directæ.

Decimus, Quando venit ex eodem teſtamento, & diuerſum prætendit titulum, nempè fideicommiſſi vniuerſalis.

Vndecimus, Quando venit ex eodem teſtamento, & diuerſum prætendit titulum, nempè legati, fideicommiſſi ſingularis, donationis cauſa mortis de re ſingulari.

Duodecimus, Quando venit ex eodem teſtamento, & eodem titulo, ſed obliquè; quia ambo ſe fideicommiſſarios prætendant.

Tertiusdecimus, Quando ex diuerſa diſpoſitione, nempè donationis cauſa mortis, vel de tota, vel de quota.

SVMMARIVM
Primi Articuli.

1 *Quæſtio de duabus prouiſionibus apoſtolicis circa idem beneficium, & quæſtio de duobus teſtamentis circa eandem hæreditatem pari paſſu ambulant.*

2 *Prouiſiones apoſtolicæ perindè ac teſtamenta habent executionem paratam, & in illis proceditur ad inſtar beneficij legis noſtræ.*

3 *Contradictor legitimus eſt tantum, qui poſſidet, tum ad impediendam ex ſummaria cognitione immiſſionem, tum ad illam, donec de iurium prioritate agatur retardandam. Declaratur num. 16.*

4 *Tituli poſterioris allegatio ei non videtur obeſſe, qui primò titulum obtinuit.*

5 *Tituli inualidi allegatio non videtur obeſſe, & quare.*

6 *Exceptio defectus proprietatis non eſt proportionata aduerſus hoc remedium, niſi quatenus incontinenti probetur, Declaratur numero 17.*

7 *Remedium legis noſtræ competit ex teſtamento non abolito.*

8 *Teſtamentum prius poſteriore aboletur.*

9 *Nemo poteſt cum duobus teſtamentis decedere.*

10 *Veniens cum alio teſtamento ab eodem teſtatore condito eſt legitimus contradictor ad efficiendum, vt de potioritate iurium ſecum agatur.*

11 *Veniens cum prouiſione apoſtolica eſt legitimus contradictor aduerſus venientem cum alia prouiſione ſuper eodem beneficio.*

12 *Inſtitutus ſi contentionem habeat cum ſubſtituto, eſt præferendus, & immittendus.*

13 *Inſtitutus in validiori teſtamento, eſt immittendus, eo excluſo qui in minus valido inſtitutus fuit.*

14 *Exceptio perſonarum in iure nulla habenda.*

15 *Iuſtè petita non ſunt deneganda.*

16 *Non poſſidens eſt legitimus contradictor,*

ſtor, ſi per viam actionis contradicat, ſecus ſi per viam exceptionis.

17 Proprietatis exceptio non admittitur aduerſus poſſidentem, ſi per viam exceptionis, ſecus ſi per modum actionis proponatur.

18 Poſſeſſores duo eiuſdem rei inſolidum non dantur.

19 Poſſeſſorium ceſſat pluribus æqualiter concurrentibus, & via tunc ordinaria agendum.

20 Exceptio de æqualitate tituli biſariam opponi poteſt, & quomodo excipienti proſit.

21 Repugnantia ſe mutuo perimunt.

22 Abolitio in terminis legis noſtræ, quomodo accipiatur.

23 Vitium nullum poteſt teſtamento in hoc beneficio opponi, quod ex teſtamenti inſpectione non appareat.

24 Capitis diminutio teſtatoris non eſt opportuna exceptio aduerſus hoc beneficium.

25 Capitis diminutione teſtatoris teſtamentum fit irritum.

26 Potioritas iurium an ſummariè, an verò via ordinaria cognoſcenda dubitatur, & ordinariè agendum determinatur numero 45. verſ. in contrarium.

27 Petitorium aliquem poſſeſſorem tanquam reum requirit, Declaratur numero 58.

28 Iuditium ordinarium tres perſonas requirit, Iudicem, Actorem, Reum.

29 Poſſeſſorium prius terminandum, quàm petitorium, etiam de iure Canonico, Declaratur numero 64.

30 Actor & Reus debent diſtingui.

31 Actor eſt in petitorio qui victus in poſſeſſorio, Reus qui vicit.

32 Inſtitutus in immiſſione includit ſubſtitutum.

33 Teſtamentis duobus conditis, ſi non appareat quodnam prius fuerit ſcriptum, vtrumque corruit.

34 Teſtamentum prius tollitur poſteriore.

35 Inſtrumentum facit notorium.

36 Impedimentum non præſtat quod de iure non ſortitur effectum.

37 Agens calumnioſè non eſt audiendus.

38 Litibus viam aperiri leges abhorrẽt.

39 Homines voluntatem ſuam ſæpius mutant.

40 Leges mutationem vltimæ voluntatis permittunt.

41 Summario, & poſſeſſorio iudicio agẽdum quando duo veniũt cum duobus teſtamentis, Qui ſentiant.

42 Verba, Summaria cognitio, Summatim per quid importent.

43 Poſſeſſorium iudicium ſummariam, petitorium verò ordinariam cognitionem requirit.

44 Curtius à Zuchardo reprehenditur, & à Menochio.

45 Tranſlationibus eiuſdem penſionis duabus ſtantibus, via ordinaria agendum, Declara vt numero 106.

45 Tituli paritate data, praxis eſt Rotæ Romanæ, vt de iurium potioritate ordinariè agatur, non ſummariè, tam duobus datis teſtamentis, quã duabus prouiſionibus Apoſtolicis.

46 Priuilegiatus aduerſus priuilegiatum priuilegio non vtitur.

40 Poſſeſſorium cum petitorio cumulatur, vbi poſſeſſorij cauſa ſit turbida, et à petitorij determinatione de-

pendent,

pendens, quod etiam procedit in ſpolio.

48 Spolium eſt quocunque alio poſſeſſorio magis priuilegiatum.

49 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.

50 Spoliatus non tenetur ante reſtitutionem in petitorio reſpondere.

51 Poſſeſſores duo eiuſdem rei in ſolidū dari nequeunt.

52 Poſſeſſorium iudicium teſtamenti apparentiam, & primam illius faciem reſpicit.

53 Petitorium iudicium de intrinſeca teſtamenti vi cognoſcit.

54 Bona omninò vacantia non ſunt relinquenda.

55 Argumentum valet à ſufficiēti partium enumeratione.

56 Poſſeſſoria iudicia non determinant, quæ altam requirunt indaginem.

57 Potioritas iurium non elicitur à cortice tituli.

58 Iudicia, quibus perſonales intentantur actiones, reum requirunt quidem obligatum, non verò poſſidentem.

59 Contraria in eodem ſubiecto eſſe nequeunt.

60 Reus, & Actor formaliter & abſolutè non ſunt, qui cum eodem teſtamento, vel alio titulo æquali venientes, immiſſionem prætendunt, ſed virtualiter tantùm.

61 Actiones, quas mixtas appellant, Reum, & Actorem formaliter non habent, ſed virtualiter diſtinctum.

62 Petitorium cum poſſeſſorio cumulatum, non eget mero, & formali Reo.

63 Poſſeſſoria iudicia ſolent carere Reo.

64 Poſſeſſorium imprimis terminandū, niſi ſit valdè ambiguum & à meritis petitorij dependens.

65 Inſtitutio, & ſubſtitutio non ſunt pares tituli.

66 Subſtitutio vulgaris eſt conditionalis inſtitutio, ſi nempe prima deficiat.

67 Vocatio ſub conditione, ea non purificata, nulla eſt, & quomodo intelligendum.

68 Actus & potentia non poſſunt eſſe pares.

69 Inſtituto adeunte, ceſſat ſubſtitutio etiam quantum ad potentiam.

70 Conditione deficiente, diſpoſitio habetur pro non facta.

71 Subſtitutio vulgaris altera eſt inſtitutio.

72 Quæſtio de duobus venientibus cum duobus teſtamentis ab eodem teſtatore conditis, in quibus terminis procedat.

73 Teſtamentis duobus factis, primum valere poſſe, ſecundum verò non per plures caſus monſtratur.

74 Teſtamentum ante Religionis ingreſſum factum, ſi poſtea teſtator in aliqua Religione profeſſus fuerit, non poteſt ab ea reuocari.

75 Teſtamentum capitis diminutione fit irritum.

76 Teſtamentum facere non poteſt qui Ciuis Romanus, & ſui iuris non eſt.

77 Teſtamentum prius factum, ſed capitis poſtea diminutione irritum factum, reconualeſcit, teſtatore in priſtinam conditionem reuerſo, factum verò in ſtatu capitis diminutionis

nutionis nequaquam.

78 *Teſtamentum vnum à bannito ante bannum factum, ſi poſt bannum aliud fiat, remiſſione obtenta, prius reconualeſcit, non poſterius.*

79 *Defectus ſi ſit in cauſa efficienti, eo etiam ceſſante non datur reconualeſcentia.*

80 *Fictio poſtliminij non habet locum, vbi extremum ad quod non eſt habile.*

81 *Reconualeſcentia valetudinem anteriorem ſupponit.*

82 *Quæ ab initio non valent, neque ex tractu temporis conualeſcunt.*

83 *Actus omninò nullus confirmari non poteſt.*

84 *Impedimentum ceſſat ceſſante cauſa impedimenti.*

85 *Cauſa vbi reducitur ad non cauſam, omnia ad priſtinum ſtatum reducuntur.*

86 *Solutum vigore ſententiæ retractatæ repetitur condictione ſine cauſa.*

87 *Condemnatus ad ſoluendum quod antea ſoluerat, repetit primo loco ſolutum.*

88 *Titulus ſi per ſententiam ad non titulum reducatur, res cum fructibus reſtituitur.*

89 *Extinctum ſemel amplius non reuiuiſcit, ſi quoad actum & potentiam extinctum ſit.*

90 *Teſtamentum rumpi & fieri irritum quomodo differant.*

91 *Reuocatio generalis in poſteriore teſtamento adhibita, an ſufficiat quando in priore teſtamento aderant clauſulæ derogatoriæ, poſteriorum, Item an indiuidua, an verò ſpecialis requiratur.*

92 *Impedimentum non præſtat quod de iure non ſortitur effectum.*

93 *Teſtamentum prius non tollitur poſteriore, niſi poſterius valeat.*

94 *Inſtrumentum teſtamenti dicitur probatio probata, quando omni prorſus exceptione, & oppoſitione caret.*

95 *Exceptiones altam indaginem requirentes, in iudicio poſſeſſorio non ſunt admittendæ, veluti.*

96 *Falſitatis.*

97 *Teſtamentum fuiſſe metu factum.*

98 *Impotentiæ teſtandi teſtatoris.*

99 *Quomodo ad intelligendum.*

100 *Exceptio quando aduerſus vnum datur, eidem aduerſus alium non deneganda congrua replicatio.*

101 *Inducta in fauorem contrarium non debent operari effectum.*

102 *Excluſus in poſſeſſorio per immiſſionem alterius poteſt poſtea in iudicio petitorio eam incohoare.*

103 *Voluntates vltimas ſuum conſequi effectum publicè intereſt.*

104 *Bart. & illius ſequaces in l. noſtra quomodo intelligendi.*

105 *Rota in Toletana parochiali 24. Iunij 1614. coram R. P. D. Sacrato declarata.*

106 *Tranſlationibus eiuſdem penſionis duabus ſtantibus, via exequutiua agendum, quando apparet de inualiditate vnius, ſi verò non appareat, ordinariè agendum.*

107 *Hiſpaniæ mos circa agendum.*

A R-

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando venit ex alio teſtamento ab eodem teſtatore condito, & ſic duo veniunt cum diuerſis teſtamentis ab eodem teſtatore conditis, & ambo immiſſionem prætendunt.

CVm huiuſmodi articulo venit examinanda quæſtio in beneficialibus, quando fuerũt duabus prouiſionibus Apoſtolicis prouiſi duo ab eodẽ Pontifice, & am-
1 bo immiſſionem prætendant, † pari enim paſſu ambulant hæ duæ Quæſtiones, cùm non minùs prouiſiones Apoſtolicæ ob auctoritatem ſummi Pontificis, & reueren-
2 tiam ei debitam, quàm teſtamenta † habeant executionem paratam, in illiſque procedatur ad inſtar legis noſtræ *c. ſi capitulo, & ibi gloſ. in verb. exequatur, & cap. ſeq. de præbend. in 6. benè Abb. in c. conſtitutus 46. num.[illegible] in fine, ff. de appellat. vbi dicit eſſe theoricam Doctorum in c. accedens de accuſat. & notari in c. paſtoralis, de cauſ. poſſ. & propr. optimè Mohed. deciſ. 13. vt lit penden. Dec. conſ. 220. Sarnen. in tract. breuium, num. 14. & ſeq. Menoch. de adipiſcen. rem. 6. nu. 35. latè Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloſ. 9. in adnotat. num. 220. cum plurib. ſeqq. & fuit ſæpè in Rota deciſum, & in vna Salamantina beneficij 31. Ianuarij 1596. coram Corduba Epiſcopo Pacen. Vicen. beneficij 22. Iunii 1598. coram R. P. d. litta, Tiraſonen. Canonicatus 24. Maij 1602. coram Illuſtriſ. Cardinali Pamphilio, Pacen. parochialis 27. Iunij 1603. coram eodem Card. Pamph. Hiſpalen. Canonicatus 27. Iunij 1605. coram Reuerendiſſ. D. Ludouiſio Archiepiſcopo Bononien. Auerſana beneficiorum 3. Iulii 1606. coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, Vercellen. Coadiutoriæ 25. Ianuarii 1608. coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo D. Cardinali Lancelloto, Abulen. penſionis 15. Decembris 1610. coram R. P. D. Pirouano, Papien. Præpoſituræ 30. Maii 1611. coram Reuerendiſſimo Ortimbergo Epiſcopo Attribaten. Aprutin. ſeu Montis Alti cenſus 4. Iulii 1601. coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno Hiſpalen. præminentiarum 24. Ianuarii 1614. coram eodem Reuerendiſſ. Damaſceno & coram Seraphino deciſ. 1484. num. 4.*

Videtur primo aſpectu dicendum venientem cum alio teſtamento, vel cum alia prouiſione apoſtolica non eſſe legitimum contradictorem.

3 Primò, quia † non eſt legitimus contradictor, niſi qui poſſidet, ſiue velit impedire aduerſarium, quominus poſſeſſionẽ adhibita ſummaria cognitione per inſpectionem teſtamenti conſequatur, & ita velit impedire ſummarium proceſſum, & cogere, vt ordinariè agatur, ſiue velit ſolùm retardare immiſſionem, donec ſecum agatur de potioritate iurium; ſolum autem poſſidentem eſſe legitimum contradictorem ad impediendam immiſſionem ex ſummaria cognitione per inſpectionẽ teſtamenti *probat tex. noſter*, dum vult oſtendentem teſtamentum non cancellatum immitti in poſſeſſionem bonorũ non detentorum, ex quibus conſtat alio poſſeſſore non dato, locum eſſe huic ſummariæ cognitioni, Vnde conſequens eſt, vt ſolus poſſidens eam impediat, eam verò non poſſe retardare, donec ſecum de ſuo iure agatur, *probatur ex eodem tex.* quo cauetur agendum eſſe de potioritate iurium cum eo, qui ante immiſſionem detinebat, ita vt cum ſolo poſſeſſore de tali potioritate iuriũ ſit agendum, hancque ſententiam amplectitur *Bart. & alii in l. filiam fratribus ff. ad Treb. Soc. conſ. 106. col. fin. verſ. quinto vol. 4. Felyn. in c. veniens il ſecondo, de teſtib. Dec. conſ. 84. conſ. 218. vbi communem teſtatur, & conſ. 463. vol. 3. Lol. à Valle conſ. 1. nu. 71. vol. 1. Rim. iun. conſ. 69. num. 13.*

Eodem modo in prouiſo apoſtolico non poſſidente aſſerendum, cùm ſecundum eaſdem regulas cum eo procedatur, quibus proceditur in inſtituto, vt iam dictum.

Secundo ſaltem videtur dicendum habentem poſteriorem titulum non eſſe le-
4 gitimum contradictorem † allegatio enim poſterioris tituli non videtur immiſſionem

nem eius,qui primò titulum obtinuit , impedire poſſe , cum enim , ſi iam ſuam intentionem fundatam habeat in exteriori figura ſuæ prouiſionis profectæ ab habente poteſtatem . Secundus ſuum allegans titulum,non aliter primum excludere po-
5 teſt, quàm intendendo illius titulum eſſe inualidum. † Allegatio autem inualiditatis tituli non videtur obeſſe, nihil enim eſt aliud , quàm exceptio defectus proprietatis, quæ aduerſus poſſeſſorium iudicium non poteſt admitti , niſi quatenus in-
6 continenti probetur, & ratio eſt, quia † exceptio defectus proprietatis non eſt proportionata,cum poſſeſſorium intentans non petat proprietatem , ſed ſolam poſſeſſionem,& hoc eſt quod pluribus circuitionibus , & multis auctoritatibus congeſtis *tradit Dec.conſ.219. per tot. quem ſequitur Ferret. conſ.27. num.4. & Menoch. de adipiſcen.remed.6.num.42.* qui ob hanc rationem habentem priorem titulum immittendum ſtatuunt, quæ omnia non ſolùm in beneficialibus locum habere videntur, verum etiam in prophanis, quamuis præfati authoris in beneficialibus tantum loquantur. Veniens enim ex poſteriori teſtamento eodẽ modo intendit priorem titulum,nempè anterius teſtamentum eſſe inualidum , ſicut in beneficiali veniens ex prima prouiſione prætendit ſecundam eſſe nullam, & inualidam, & ita opponit exceptionem proprietatis non proportionatam poſſeſſorio , quamobrem non erit legitimus contradictor.

Tertiò videtur dicendum venientem cum priori teſtamento non poſſe contradicere eo modo, quo in hac quæſtione quæritur , nempè intentando legis noſtræ
7 remedium,† Id enim competit ex teſtamento non abolitò,vt aperrè diſponit textus
8 noſter † prius autem teſtamentum poſteriori aboleri indubitata eſt iuris ſententia
9 *§.poſteriore Inſtit.quib.mod.teſtamenta infirmentur* † nemo enim poteſt cum duobus teſtamentis decedere *gloſ.in d.§.poſteriore.*

10 In contrarium eſt opinio infraſcriptorum,† qui arbitrantur eſſe legitimum contradictorem ad efficiendum , vt de prioritate iurium ſecum agatur, & ille præferatur,quem potiora iura habere apparuerit , *ita Bartol.ſub num.24. verſ.primo caſu Ruin.conſ.151.num.5.lib.2.Mantica hic in prima lectura,num.175. Angel.num.6. Dec.num.40.verſ.iſta concluſio Zuchard.nu.369.& 384. Menoch.nu.*[illegible]*381. Peregrin.de fideicommiſ.art.48.num.23.Bero.conſ.60.num.4. vol.2. & conſil.176. num.*[illegible]*.eodem vol.Hier.Lucenſis conſil.5.num.23.in cauſa Montis Ferrati, Rolan. à Valle conſil.98.colum.fin.volum.tertio, Rota in vna Reatina hæreditatis 4. Iunii 1599. coram Iuſto, & in Romana de Naris quarto Martii 1596. coram Penia,* quæ quidem auctoritates licet loquantur tantum in terminis duorum teſtamento-
11 rum,† trahuntur tamen ad duas prouiſiones Apoſtolicas,cùm pari paſſu ambulent, vt ſupra dictum; Verum neque deficiunt auctoritates loquentes ſpecialiter de duabus prouiſionibus Apoſtolicis, quinimò in ſpecie de duabus gratioſis ſubrogationibus , nimirum infraſcriptæ *Mohedan. deciſ.5. vt lit.pend. aliàs 206. & deciſ.13. eod.tit.aliàs 33.Caputaq.deciſ.329.par.1. Put.deciſ.*[illegible]*lib.1.* ſecundum nouam impreſſionem , *Seraphin. deciſ.1153. & fuit dictum in vna Terdonen. parochialis 22.Iunij* 1607.coram Reuerendiſs.Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.

Probatur huiuſmodi determinatio primò [illegible]mente *Bart.per l.primam ſupra hoc*
12 *titulo,* Vbi† ſi contentio ſit inter inſtitutum,& ſubſtitutum,ſtatuit Imperator eum, qui primo loco inſtitutus eſt , immittendum eſſe , & nulla alia ratio afferri poteſt,
13 niſi quia prima inſtitutio eſt validior,† Ita in re noſtra ſi contentio ſit inter inſtitutum ex vno teſtamento, & inſtitutum ex alio, Ille erit immittendus,qui in validiori teſtamento erit inſtitutus ; quia verò neutrum horum fieri poteſt , niſi appareat quis primò inſtitutus, quis ex validiori teſtamento,cognitione eſt opus,ideò rectè dictum fuit de prioritate iurium eſſe videndum, deinde eum immittendum, quem iura potiora obtinere apparuerit.

14 Secundò probatur,† quia in iure nulla habenda perſonarum exceptio *l. Iuſtitia ff.de*

ff.de iuſt.& iur.cum vulgar. Ideò omnes congruum remedium intentantes ſunt
15 audiendi † & iuſtè petita non ſunt deneganda §.*ſed & maior Inſtit. de his qui ſunt*
ſui & Fe.l.iuſtum C.de eden. At in ſpecie noſtra ambo congruum remedium inten-
tant, ideò nulla debet fieri exceptio, ſed omnes audiendi, & omnibus iuſtè petita
concedenda ſunt. Verum datis pluribus cõſtat neceſſe illud eſſe, vt vnus melius ius
foueat, meritò quærendum qui melius ius foueat, & ita de prioritate iuriũ agendũ.
16 Ad primum reſpondetur † non poſſidentem non eſſe legitimum cõtradictorem,
ſi per viam exceptionis contradicat, ſecus ſi per viam actionis, non enim vt Con-
tradictor accipitur, ſed vt actor, vt ius ſuum conſequatur, cui non eſt deneganda
iuris, & iuſtitiæ adminiſtratio.
17 Ad ſecundum reſpondendum eodem modo † exceptionem proprietatis non ad-
mitti aduerſus poſſeſſorem, quando per modum exceptionis opponitur, tunc enim
tanquam minus proportionata reſpuitur, vt in argumento, ſecus ſi per modũ eiuſ-
dem remedij intentandi; quod enim de poſteriori aduerſus priorem dictum, idem
verſa vice locum habet in priori aduerſus poſteriorem, non enim prior poſterioris
immiſſionem ſi eam petat, impedire poteſt niſi intendat eius titulum, veluti poſte-
riorem, vel ex alia cauſa eſſe nullum, ita vt quemadmodum poſterior non poteſt per
exceptionem priorem excludere; ita neque prior poſteriorem, An ergo ambo im-
18 mittentur? Non equidem † ſi quidem duo poſſeſſores inſolidum non admittuntur
l.ſi vt certo §.ſi duobus vehiculum ff.commod. l.duo ff.de precar. l.3. §.ex contrario
ff.de acquir.poſſeſſ. Si ergo nec ambo immittendi, nec vnus ſolus, quia nullus ab
19 altero excluditur, ſequitur, vt nullus immittatur, † ſeque inuicem per concurſum
impediant, ita vt faciant ceſſare abſolutè poſſeſſorium remedium, & ad viam ordi-
nariam eſſe confugiendum, poſito interim ſequeſtro, vt ex profeſſo ſatis diffusè
paulò poſt explicabo.
Secundo reſpondendum quando per modum exceptionis opponitur de alio te-
20 ſtamento, vel titulo æquali † hanc exceptionem bifariam opponi poſſe, vel ſimpli-
citer, vt exceptio excluſiua iuris aduerſarij, vel non ſolum vt hoc modo excluſiua
Iuris aduerſarij, verum etiam incluſiua iuris excipientis, cui idem remedium
competit, qui licet tunc actu illud non intentet, contradicit tamen vt illud re-
ſeruet ad eum effectum, vt poſt opportunam deliberationem intentare illud
queat, & ita contradicit, ne aduerſario immiſſo, Ius poſſeſſionis obtinendæ
mediante via exequutiua ſibi auferatur. Primo caſu procedit argumentum, ex-
ceptio enim non eſt proportionata, cum reſpiciat cauſam proprietatis, vt ſupra di-
ctum. Secundo caſu ceſſat argumentum, quia exceptio eſt proportionata, reſerua-
tio enim vacuæ poſſeſſionis iuſtè petita, eſt proportionata ad excludendam immiſ-
ſionem ab altero prætenſam ob vim repugnantiæ, cùm reſeruare poſſeſſionem va-
21 cuam, & alteri eam concedere ſint repugnantia; † Ideò ſe mutuò perimant *l.vbi re-*
pugnantia ff.de reg.iur. faciunt tradita *à gloſ.in l.ſed et ſi pupillus §.pen ff.de inſtit.*
action. Mantic de coniect.vlt.volunt.lib.5.tit.13.num.19.Neuizan.conſ.66.nu.51.
Surd.conſ.230.num.13.Idem deciſ.24.nu.10.& deciſ.70.nu.8.
22 Ad tertium reſpondendum † textum noſtrum loqui de ea abolitione, quæ lite-
ram, & ita materiale inſtrumentum reſpicit, vt plane indicant verba textus, ibi ſed
quod in prima figura ſine omni vituperatione appareat, hinc ortum habuit ea com
23 munis ſententia † nullum vitium poſſe teſtamento opponi, quod ex inſpectione
eiuſdem non appareat ad plenè cumulat. *à Menoch.de adipiſc.rem.4. num.726.*&
24 infrà dicam; Adeò quidem † vt neque de capitis diminutione teſtatoris opponi
25 poſſit, vt ſuo loco explicabit † per quam non minus ſolet aboleri teſtamentum an-
tea factum, quàm per aliud teſtamentum §.*alio quoque Inſt.quib.mod.teſt. infir.*
Conſtat igitur de potioritate iurium agendum inter duos non poſſidentes, & al-
legantes parem titulum.

26 Dubitatio tamen non leuis oritur † vtrum de hac Iurium potioritate ſit agendũ
ſummariè & iudicio poſſeſſorio, an ordinariè & petitorio.
Videtur primo aſpectu poſſeſſorio agendum, non petitorio.
27 Primò † quia in petitorio neceſſe eſt, vt aliquis poſſideat tanquam reus, alter ve-
28 rò non poſſidens agat † in Iudicio enim ordinario tres perſonæ ſunt neceſſariæ,
Iudex, Actor, Reus *c. forus, extrà de verb. ſignif.* Eſtque neceſſe vt aliquis detur,
qui citari poſſit, & cui libellus offerri, vt trad. *Menoch. de adip. rem. 4. num. 559.*
At in re noſtra cùm nullus poſſideat, nullus poteſt dari reus, à quo petatur, qui ci-
tari poſſit, cui libellus offeratur, ergo &c. ita præ ceteris arguit *Zucchard. hic num.*
369. & Menoch. d. remed. 4. num. 559.
29 Secundò † quia poſſeſſorium in primis terminandum, quàm petitorium *l. ordi-*
narij C. de rei vendic. l. veteres C. de interdict. l. ſi diui ff. de Iudic. Dec. conſ. 407. in
princ. & 424. col. 2. quod etiam eſt vetum de Iure canonico *Abb. in c. cum ad ſedem*
30 *de reſtit. ſpol. Gozad. conſ. 10. num. 15.* Et ratio in promptu eſt, † vt detur diſtinctio
31 inter actorem & reum, † qui enim in poſſeſſorio vincitur, erit actor, qui vincit Reus
l. ex iſtis ff. de acquir. poſſeſ. Roland. conſ. 2. num. 5. vol. 3. At ſi in petitorio ageretur
in re noſtra non ſeruaretur regula propoſita, ſed contrarium, ergo &c.
32 Tertiò facit *l. 1. ſupra hoc tit.* in qua, ſi veniunt † inſtitutus & ſubſtitutus, qui pri-
mo loco inſtitutus immittitur; videntur enim pares tituli inſtitutio, & ſubſtitutio,
cùm ambo ab eodem teſtatore directò ad hæreditatem vocentur, ita vt duo dican-
tur venire cum pari titulo, eſt tamen locus immiſſioni, & ſic poſſeſſorio, & immitti-
tur primò inſtitutus, ſubſtituto excluſo, quaſi prior, & ſic potior.
Quartò aut nullo modo apparet quodnam teſtamentum ſit prius, vel poſterius,
33 aut apparet, ſi primum † certum eſt vtrumque teſtamentum corruere *l. duo ſunt Ti-*
tij ff. de teſtam. tutel. l. ſi duos ff. de excuſ. tut. l. 1. §. 1. & ibi Bar. ff. de bon. poſſ. ſecun.
tab. Oldrad. conſ. 1. ſub num. 9. verſ. ſicut dicimus de duobus teſtamentis Paul. de Ca-
ſtro in l. cum quis, num. 4. ff. de acquir. hered. Angel. Aret. in §. 1. num. 6. verſ. ſin au-
tem ſint diuerſæ Inſtit. de adempt. legat. Afflict. deciſ. 387. in fine Boer. deciſ. 32. nu.
9. Socin. iun. conſ. 2. num. 11. & ſeq lib. 2. Aym. conſ. 143. nu. 5. Burſat. conſ. 36. nu. 1.
34 *Decian. conſ. 46. ſub num. 9. lib. 2.* Si verò apparet quodnam ſit poſterius † cùm per
illud tollatur prius *§. priore Inſtit. quib. mod. teſtam. infirmen. nullus dabitur con-*
curſus, & ideò nulla contradictio, quæ faciat cauſam ordinariè tractari, Accedat
nimis durum videri, vt veniens cum teſtamento rupto, de quo ruptum eſſe notoriè
35 appareat, nempè per inſtrumentum poſterioris teſtamenti † quod facit notorium
ad Bartol. in l. 1. num. 8. & ibi notant communiter Doctores, ff. de nou. oper. nunc.
Bald in l. Imperator colum. 2. ff. de ſtat. homin. & in l. 2. C. quando fiſc. & in l. quo-
ties in vlt. verſic. C. de iudic. Alexand. conſil. 62. volum. 7. Dec. conſil. 36. num. 2. &
conſil. 423. num. 5. Tiraquell. in tract. de retractat. conſanguin. §. 2. gloſ. 1. num. 20.
36 tantum faciat negotij, vt cogat cauſam cum eo ordinariè tractari, † cùm non ſoleat
impedimentum præſtare quod de iure non ſortitur effectum *cap. non præſtat de re-*
gul. iur. in 6. cap. quod autem extra de iure patron. cap. conſtitutus extrà de appel-
lat. cap. bonæ memoriæ extra eod. cap. acceſſit, & cap. de illis extra de deſponſ. impub.
l. nec mulier, C. de vindic. libert. &c.
Accedat hunc non poſſe, niſi calumnioſè agere, cùm ſit ſibi conſcius ſuum te-
37 ſtamentum nullius eſſe ponderis, † ob quam calumniam non videtur audiendus fa-
ciunt *tradita in tit. de pœn. temer. litig. in inſtitut. & de iuramento ob calumniam*
dand. in ff. quod tantò magis eſt aſſerendum, ne innumeris litibus aperiatur via
38 † quod maximè leges abhorrent *l. fratris, C. de tranſactio. l. 1. vbi Doctor. ff. de vſu-*
39 *capion.* † cùm ferè nullus ſit, quæ hominum eſt inconſtantia, qui ſæpius mutata
40 voluntate †, vt permittunt leges *l. 3. ff. de admin. legat.* cum pluribus teſtamentis
non decedat.

Quin-

41 Quintò † ita videntur ſentire complures non contemnendi authores. Primò *Bartol. in l.noſtra, num.* 21. *verſic. primo caſu*, dum inquit aut ille, qui venit ad contradicendum, non inquit ſe poſſidere, ſed dicit prius immittendum, quam qui poſtulat, & tunc illa ſummaria cognitio non impeditur, ſed ſummatim de iure vtriuſque cognoſcitur, & immittitur qui potiora iu-
42 ra habet, vbi ponderanda ſunt verba illa † (ſummaria cognitio non impeditur) & illa (ſed ſummatim) & illud (& immittitur) ex quibus omnibus elicitur exequutiuè agi mediante immiſſione ex lege noſtra, quamuis de potioritate iurium agatur.

Secundò Dec. *num.* 40. *ibi*, Et deuenitur ad ſummariam cognitionem & ille mittitur in poſſeſſionem, qui habet potiora iura, vbi ponderanda illa verba (deuenitur ad ſummariam cognitionem) & illa (immittitur in poſſeſſionem) quæ iudicio poſſeſſorio, & exequutiuo locum eſſe indicant.

Tertiò Ruin. *conſil.* 151. *num.* 5. *lib.* 2. vbi inquit, ſed quando alius agit eodem remedio, & dicit hæreditatem ad ſe ſpectare, & prius immittendum eſſe, ſicut factum fuit in caſu noſtro, tunc antequam aliquis immittatur, de iure vtriuſque ſummatim cognoſcitur, ille præfertur qui habet iura potiora, quæ intelligenda in immiſſione, ſi conſiderentur ſuperiora, at clarius poſſeſſorio agendum inferius tradit ſub eod. numero, ibi, & ille tertius in poſſeſſionem mittatur.

Quartò *Angel. de Pruſ. num.* 6. in hæc verba loquitur, ſi plures habentes eundem titulum, ſimul concurrunt vt mittantur, locum habet ſummaria co-
43 gnitio, & de iure cuiuslibet diſputatur ſummariè † ſi ergo ſummariè videtur dicendum in poſſeſſorio iudicio, cum in petitorio ordinariè agatur, potiſſimum quia allegat l. prima ſupra eod. cui etiam innititur Bartol. qui in poſſeſſorio loquitur.

Quintò *Zuchard. num.* 269. qui inquit, & tunc quia non allegat poſſidere, non impedit ſummariam cognitionem, quia cauſa non poteſt effici ordinaria, ex quo
44 non eſſet, qui poſſideret, contra quem daretur petitio, † & repræhendit Curt. aſſerentem via ordinaria agendum.

Sextò *Menoch. num.* 559. vbi inquit ſi allegaret aliud ſolemne teſtamentum, quo diceret ſe hæredem inſtitutum, adhuc non eſt legitimus contradictor, ex quo non poſſidet, & ob id ſummariam hanc cognitionem non impedit, ſed ſolum efficit, vt ſummatim de eius titulo cognoſcatur, vt etiam repræhendit Curtium ſentientem via ordinaria agendum.

Septimò ſequitur *Peregr. de fideicommiſſ. artic.* 48. *num.* 23. vbi ſi allegaret titulum potentiorem, veluti teſtamentum poſterius factum, aut titulum parem, veluti teſtamentum eodem die confectum, & de iure vtriuſque ſummatim cognoſceretur, vbi intelligendus (ſummatim) hoc eſt in poſſeſſorio ex remedio huius legis, quaſi ille immittendus ſit ex hac lege, quem ex illa ſummaria cognitione apparuerit potiora habēdo iura, allegat enim Bartolum, & nonnullos ex ſupra allegatis, qui ita intelligendi videntur.

Octauò eandem ſententiam videtur amplecti *Rota in vna Toletana parrochialis* 24. *Ianuarij*, 1604. *coram Reuerendiſsimo Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, vbi habetur, ſi habens parem titulum & non adiuuatur ad impediendum proceſſum exequutiuum, adiuuari tamen ad effectum prætendendi præfationem in immiſſione.

Nonò, Eandem ſententiam in ſimili videtur tenere *Rota in vna Placentina penſionis* 17. *Iunij* 1602. *coram Corduba Epiſcopo Pacen.* vbi ſtantibus duobus eiuſdem penſionis tranſlatarijs mediantibus duabus diuerſis tranſla-

tionibus, via exequutiua, non ordinaria agendum determinat.

45 In contrarium videtur praxis, † quæ in Rota Romana potiſſimum eſt receptiſſima, in qua ſtatuitur data paritate tituli plurium eandem immiſſionem prætendentium de potioritate iurium ordinariè agendum, & ſic ceſſare remedia poſſeſſoria, & viam exequutiuam, ita *Mohedan. deciſ.* 5. *vt lite pend. aliàs* 206. qui ſuppoſito pari titulo, duabus ſcilicet gratioſis ſubrogationibus in locum eiuſdem defuncti inquit (& ſi Lucas non poſſideret, ſed quilibet ageret adipiſcendæ, procedendum eſſet via ordinaria, tantò ergò magis hoc eſt agendum Luca poſſidente) *Idem deciſ.* 13. *vt lit. pend. aliàs* 331. inquit (fuit dictum quod ex quo Martinus & Franciſcus habent ſubrogationes in ius eiuſdem, & vterque concurrit cum ſimili gratia, quod nullus debet admitti ad poſſeſſionem præfati Archidiaconatus, non diſcuſſis primum eorum Iuribus, & ſic quod non eſt procedendum exequutiuè, ſed ordinariè) Deinde facta obiectione de ſimili teſtamento, quod habet exequutionem paratam vigore legis noſtræ, reſpondet illud ceſſare, quando eſt concurſus ſimilium gratiarum, & teſtamentorum, quia tunc non proceditur exequutiuè ſed ordinariè *Caputaq. deciſ.* 329. *par. prima*, inquit, quando tituli ſunt ambo pares, ordinariè proceditur, & per tres inſtantias non autem exequutiuè *Put. deciſ.* 242. *lib. primo*, ſecundum nouam impreſſionem inquit, Fuit reſolutum, quod ex eo quod ambo veniebant ex eodem iure, via ordinaria erat cognoſcendum, quis eſſet potior in iure, *& deciſ.* 308. *lib.* 2. ſecundum eandem vltimam impreſſionem inquit, Quia ambo veniebant ex eodem titulo, fuit deciſum quod eſſet agendum iudicio ordinario *Seraphin. deciſ.* 1153. qui loquitur in terminis duarum ſubrogationum inquit, vbi concurrunt duo ſubrogati, in idem ius, non proceditur exequutiuè, ſed via ordinaria.

Fuit hoc idem dictum in vna *Reatina hereditatis* 4. *Iunij* 1599. *coram Iuſto* in fine, vbi habetur ſi antequam alter vi teſtamenti fuiſſet immiſſus, aduerſarius quoque ſuum titulum parem oſtendiſſet (poſt immiſſionem enim aliud teſtamentum oſtenderat) non potuiſſet ſummario iudicio agi, *& in vna Dertuſen. parrochialis de Saria* 4. *Martij* 1602. *coram Reuerendiſſimo Ludouiſio Archiepiſcopo Bononien.* vbi firmatur primum exequutorem nulliter proceſſiſſe, quia exequutiuè proceſſerit contra pariter prouiſum apoſtolicum; contra quem propter paritatem tituli procedendum erat via ordinaria, *& in vna Terdonen. parrochialis* 22. *Iunij* 1607. *coram Reuerendiſſimo Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, vbi neglectis alijs omnibus rationibus ab informantibus allatis, ob quas aſſerebant ceſſare legis noſtræ beneficium, & ſic remedium poſſeſſionis adipiſcendæ, eam vnam amplectitur, quia litigatores veniebant ad petendam immiſſionem cum pari titulo, ita vt conſtet datis duobus cum paritate tituli immiſſionem prætendentibus, non ſolum eſſe de potioritate iurium agendum, ſed ordinariè, non enim ceſſaret legis noſtræ remedium, ſed tantùm retardaretur, donec ſummariè diſcuſſum quis potiora iura haberet, Idem habetur in vna *Romana de Naris* 4. *Martii* 1596. *coram Penia*, vbi paritatem tituli impedire viam exequutiuam & reducere proceſſum ad iudicium ordinarium determinatur.

46 Probatur hæc ſententia, Primo quia † priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus alium priuilegiatum *l. non ſolum*, §. *primo*, *ff. de rit. nupt. l. ſed & miles*, *ff. de excuſ. tutor. l. minor l. verum* §. *fin. ff. de minor. Natta conſilio centeſimoquadrageſimoprimo*, *numero quarto*. *Doctor. in authentic. quas actiones*, *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* At venientes ex pari titulo, ſunt ambo priuilegiati, Ergo nullus eorum aduerſus alium tali vtetur priui-

priuilegio, ideo ſequitur vt via ordinaria agatur, ceſſante omnino legis noſtræ
beneficio.
47 Secundo, quia † vbi cauſa poſſeſſorij eſt dubia, & vt vocant turbida, & etiam
eius determinatio pendet à determinatione petitorij, non eſt poſſeſſorio agen-
dum, ſed poſſeſſorium eſt cum petitorio cumulandum, vt pluribus *Lancellot.
de attent. par 3. queſt. 19. per totam potiſſimum, num. 4. Rota diuerſ. deciſ. 120.
in princip.* & ſæpè ſæpius fuit ab eadem Rota reſolutum, vt in *vna Romana Cot-
tiuy 6. Martij 1606. coram Reuerendiſſimo Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno,
Narnien. confinium* 7. Aprilis eiuſdem anni coram *Reuerendiſsimo Coccino Ro-
tæ Decano, Romana pretenſarum meliorationum 20. Iunij 1608. coram R. P.
D. ManZanedo, Ceſaraugustana Canonicatus 12. Februarij 1610. coram R. P.
D. Pamphilio, & in Romana Vinea de Corbinellis 6. Aprilis 1612. coram eodem
Reuerendiſsimo Coccino*, in quibus non ſolum Rota ſtatuit poſſeſſorium cum pe-
titorio coniungendum, quando cauſa poſſeſſorij eſt turbida, & dependens à pe-
titorio, Verum idem quoque in cauſa ſpolij locum habere decreuit, licet non
ſolum ſit iure cautum, vt de ſpolio ante petitorium agatur *c. conquerente vbi
48 Doctor. de reſt. ſpol.* verùm etiam receptum † vt illud quocunque alio poſſeſſo-
rio ſit magis priuilegiatum *Clement. prima vbi gloſ. in verb. ſpoliatis tit. d. cauſ.
prop. & poſſ. Gozadin. conſil. 10. num. 3.* faceturque Rota in nonnullis ex alle-
49 gatis deciſionibus, † ita vt ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus *l. ſi quis ad ſe
fundum, C. ad l. Iul. de vi publ. l. ſi Coloni, C. de Agric. & Cenſi. lib. 11. Doctor.
in l. naturaliter, §. nihil commune, præcipuè Rip. num. 46. ff. de acquir. poſſeſſ.
Surd. conſil. 28. num. 29. lib. 1. & conſil. 116. num. 2. lib. 3. Gabr. in conſil. 149.
num. 22. lib. primo. Pariſ. conſil. 70. num. 25. lib. 4. Menoch. de recuper. num. 1.
50 & 2.* † Neque teneatur antè reſtitutionem ſpoliatus reſpondere in petitorio
*Doctor. in dict. §. nihil commune, vbi Alexand. num. 20. Rip. num. 52. Idem Rip.
in cap. ſæpe num. 37. & 50. de reſtit. ſpoliat. Dec. conſil 57. num. 6. vbi de commu-
ni Gabriel. de reſtit. ſpol. concluſ. prima, num. 45. Menoch. de recuper. remed. 15.
num. 471. & conſil. 8. num. 189. lib. 1.* His enim non obſtantibus quando ſpo-
lium eſt turbidum, admittit Rota cumulationem, vt in allegatis ſupra, potiſſi-
mum in dicta Romana Cottiuij, & Narnien. confinium, necnon Mantuana bo-
norum 16. Decembris 1611. coram R. P. D. Vbaldo, At in re noſtra cauſa poſ-
ſeſſorij eſt turbida, cùm enim ambo prætendentes teſtamenta afferant non can-
cellata, probentque poſſeſſionem defuncti, ambo videntur immittendi, quod
51 cùm fieri nequeat † non enim poſſunt dari duo eiuſdem rei poſſeſſores in ſoli-
dum *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commodat. l. 2. ff. de precar. l. 3. §. ex
contractu, ff. de acquiren. poſſeſſ.* Sequitur cauſam poſſeſſionis valdè ambiguam,
52 quam ſi terminare velimus, neceſſe eſt † vt non ſolum apparentiam teſtamen-
ti ſequamur & moueamur ſecundum primam illius faciem, vt requirit poſſeſſo-
rium Iudicium, maximè legis noſtræ *ad trad. per Bald. in l. noſtra in 6. no-
tab. & Zuccard. num. 8. Decium num. 15. Menoch. de adipiſcend. remed. 4.
53 num. 683. cum ſeqq.* Verum etiam † vt per probationes aliunde petitas de vi
vtriuſque teſtamenti intrinſeca agamus, quæ petitorium reſpicit, ita vt con-
ſtet huius poſſeſſorij determinationem à petitorio petendam, ergo non erit
poſſeſſorio agendum, ſed ſaltem cum petitorio cumulandum, & per conſequens
ordinariè agendum.

Tertio faciunt dicta ſupra in articulo, argumento ſecundo pro negatiua, & deinde in ſolutionibus eiuſdem. In argumento ſi quidem iunctis ſolutionibus probatum, neutrum iſtorum ita contradictorem eſſe, vt excipiendo ſimpliciter ad excluſionem tituli alterius, illius immiſſionem excludat, ſed

vel excipiendo ad reſeruationem proprij iuris, vel idem remedium intentan-
do, quibus caſibus neque alterum eorum, neque vtrumque immittendum eſ-
ſe determinatum eſt, conſequens ergo eſt ceſſare immiſſionem, & ita viam exe-
54 quutiuam, & poſſeſſoriam, & ordinariè agendum, † non enim bona omnino
vacantia ſunt relinquenda l. prima, ff. de vſucap. ſequitur iudicio ordinario
de potioritate iurium agendum, & eum futurum victorem, quem potio-
55 ra iura habere apparuerit, ita enim poſtulat † ratio à ſufficienti partium
enumeratione deducta *ad l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui. vel alien.
iuris.*

56 Quarto † quæ requirunt altam indaginem, non terminantur in judicijs poſ-
ſeſſorijs, potiſſimum in hoc ſummariſſimo legis noſtræ *l. ſecunda vbi gloſ. &
Doctor. precipuè Bart. Bald. Salycet. Caſtren. ſupra hoc titulo, Doctor. in l.
is, à quo ff. vt in poſſeſſ. Angel. conſil. 134. Quidam nomine Matheſilanus,
Bald. conſil. 442. Non tangenda ſubſtantiam volum. primo, & melius conſ. 128.
Præmiſſis verbis volum. tertio: Dec. conſil. 220. in fin. conſil. 424. & conſ. 477.
& conſil. 586. & 588. volum. 2. Rol. à Vall. conſil. primo, numero 21. volum. 1.
Soccin. conſil. 98. num. 40. volum. 3. GoZad. conſil. 7. num. 17. & conſil. 93. num. 9.
Soccin. Iun. conſil. 75. num. 29. volum. 1. & conſil. 97. num. 45. vol. 2. Bero. conſ. 57.
num. 3. volum. 2. Menoch. hic num. 759. Idem de arb. iud. lib. 2. caſ. 12. & conſil.
180. lib. 2. Natta conſil. 236. lib. 2. Guid. Pap. quæſt. 132. Deciſ. Neapol. 14.
num. 4. & 119. ad finem Baer. deciſ. 156. num. 1. & 2. Sequitur Rota Romana in
vna Spoletana, ſeu Romana hereditatis x. Decembris 1601. coram Reuerendiſſ.
57 D. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.* † At potioritas iurium, cum à cortice ti-
tuli non eliciatur, ſed à rei medula, & nec ſufficiant teſtamenta ſecundum primam
faciem opportuna, ſed diligentius de viribus eorum indagandum, ſequitur al-
tam indaginem eſſe neceſſariam, ergo &c.

Ad primum reſpondendum primo vtcunque faciamus nullum poſſidere, ad-
uerſus quem iudicium ordinarium intentari poſſit, non tamen ſequi nullum da-
58 ri reum, † in reo enim vt talis non eſt neceſſaria poſſeſſio, quod planè patet
exemplo Iudiciorum omnium, in quibus perſonales actiones intentantur, in
quibus damus quidem reum obligatum, non vero poſſidentem *l. actionum genera
§. 1. ff. de actio. & oblig. §. omnium, Inſti. de action. & vtrobique Doct.* ſufficit igitur
vt aliquis detur, contra quem agentes illud conſequamur, quod intendimus, id in
re noſtra perbellè contingit, Intendimus enim bona hæreditaria conſequi quo-
cunque alio excluſo idem prætendente, quem à prætenſa immiſſione nobis in-
cluſis excludi inſtamus; Agimus igitur contra prætendentem id, quod nos præ-
tendimus, & per conſequens noſtram immiſſionem impugnantem, & ita quan-
tum ad hoc habentem rationem Rei, Quod ſi dicatur eundem eodem modo
agere aduerſus nos, ideo habere rationem actoris, ita vt contrarias vices ſuſti-
59 neat, quod videtur abſurdum, † cum contraria in eodem ſubiecto eſſe nequeant,
60 *l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.* Reſpondendum † non eſſe quidem reum for-
maliter, & abſolutè, non enim poſſet habere rationem actoris, ſed virtuali-
ter, quod non raro in iure noſtro contingit, potiſſimum in ijs actionibus,
quas mixtas appellant, nempè familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, &
61 finium regundorum, de *quibus in §. quædam Inſtit. de actio.* † in quibus quia vter-
que petere, ab vtraque parte peti poteſt, nullus eſt formalis reus, nullus actor, nam
ambo potentiam habent ad vtrumque, habet tamen virtutem actoris, qui primus
ad Iudicium prouocat, & rei, qui poſterius, & ſic prouocatur, ita in re noſtra qui
primus petit immiſſionem, erit virtualiter actor, licet Reus quoq; eſſe potuiſſet, ſi
poſterior petijſſet, qui vero poſterius petijt, erit reus, licet actor quoq; eſſe potuiſ-
ſet,

ſet, ſi prior petijſſet, dabimus ergo reum, licet non abſolutè, & formaliter talem,
ſed virtualiter tantum, quemadmodum de actore quoque aſſerendum, quæ qui-
62 dem natura rei maximè huic Iudicio accommodata, † cùm enim non ſit merum,
& formale petitorium, coniungitur enim cum poſſeſſorio, vt ſupra dictum, non
eget mero & formali reo, vt in petitorio dari ſolet, cùm etiam non ſit merè poſ-
63 ſeſſorium, cauſa enim ordinariè tractatur, non debet omninò carere reo, † vt in
poſſeſſorijs contingere ſolet, meritò erit, & non erit reus, erit quippè virtualiter,
vt dictum, non verò formaliter.

64 Ad ſecundum eadem eſt reſponſio † nimirum poſſeſſorium imprimis terminan-
dum, quando non habet admixtam cauſam proprietatis, & non eſt valdè ambi-
guum, ità vt eius determinatio à meritis petitorij dependeat, tunc enim cumu-
lantur petitorium, & poſſeſſorium, vt pluribus ſupra diximus in ſecundo argumen-
to poſterioris ſententiæ.

Ad tertium reſpondendum in terminis allegatæ legis non fuiſſe parem titu-
65 lum eorum, qui immiſſionem prætendebant † certum enim eſt ſubſtitutionem
66 non eſſe parem inſtitutioni, † cùm ſubſtitutio ſit conditionalis, nempè ſub hac
conditione ſi deficiat inſtitutio, *vt in principio. Inſtit. de vulgar.* ità vt nondum
purificata conditione ſubſtitutio non ſit in eſſe, *l. ſi quis ſub conditione, ff. de con-
dit. Inſtitut. gloſſ Bart. & alij in l. Lucius, ff. de heredit. inſtitut. facit l. cedere
diem cum ibi not. ff. de verborum ſignificatione*, hinc *Bart. in l. commodiſſimè, ff.*
67 *de liber. & poſthum. in ſecunda oppoſit. & ibi Aretin. & Caſtr.* ſtatuunt † vocatio-
nem ſub conditione ante purificatam conditionem verè nullam eſſe, quod licet
ſit intelligendum actu, non verò potentia, nàm verè ſubſtitutus ſub conditione
eſt in potentia, vt ea purificata verè tunc dicatur ſubſtitutus, eſtque inducta quę-
dam aptitudo in perſona ſubſtituti, vt eueniente conditione poſſit eſſe hæres, hæc
tamen aptitudo potentialis non æquipollet actuali, quam habet hæres in primo
68 gradu inſtitutus, alioqui † actus & potentia eſſent pares, quod omninò ridiculum
eſt, Ad tradita *per Bart. in l. 1. ff. de iniuſto rupt. teſtam. Natta conſil. 504. num. 2.
Cephal. conſ. 725. num. 21.*

69 Addo quinimò ne quidem manere ſubſtitutionem aliquid potentia inſtituto
adeunte, tunc enim deficit conditio ſubſtitutionis, qua deficiente deficit quoque
70 ipſa ſubſtitutio etiam quantum ad potentiam, † conditione enim deficiente, di-
ſpoſitio habetur pro non facta *l. qui hæres §. Plautius, vbi Bartol. & Soccin. ff. de
conditio. & demonſtrat. l. 1. §. ſin autem, C. de caducis tollen. vbi Doctor. l. 1. vbi
Bart. & alij, ff. de conditio. & demonſtrat. l. neceſſarium, §. 1. ff. de peric. & com-
mod. rei vendit. l. pecuniam quam, vbi Alexand. num. 4. ff ſi cert. pet. Soccin. iun. con
ſil. 4. num. 16. volum. 2. Roland. conſil. 43. num. 58. & ſequen. volum. 4. Menoch. con-
ſil. 99. num. 139. Peregrin. artic. 43. num. 16.* quod in materia inſtitutionis, & per
71 conſequens etiam † ſubſtitutionis vulgaris, quæ altera eſt inſtitutio, probatur
per *text. in l. ei qui ff. de condit. inſtitut. in §. ſi plures Inſtit. de hæred. inſtit.*

72 Ad quartum reſpondendum † quæſtioni locum non eſſe, quando abſolutè, &
omnino ambiguum eſt quodnam teſtamentum ſit prius, & quodnam poſterius,
tunc enim vtrumque teſtamentum certè deficeret, vt in argumento probatum.
Sed, vel quando neque ſimpliciter, aut manifeſtè de prioritate, aut poſteritate
conſtat, ita vt probabilis aliqua vigeat dubitatio, quæ tamen à Iudice diligenti
animaduerſione adhibita dilui poſſit, quod quidem fateor raro euenire poſſe, vel
quod frequentius contingere poteſt, quando apparet quidem de prioritate, &
poſterioritate manifeſtè, verùm aliqua afferuntur in medium, per quæ probabi-
liter in dubium reuocari poſsit, quominus prius teſtamentum poſteriore fuerit
73 ſublatum, ſed primum potius ſuſtineatur, ſecundum verò nullius roboris † com-
plures enim caſus euenire poſſunt, in quibus primum valeat teſtamentum, non

verò

vero ſecundum, & in quibus non leuis controuerſia vigeat, cuinam teſtamento, an priori, an poſteriori ſit inhærendum, quorum nonnullos ex eis, qui frequentius accidere poſſunt, hic referam, vt appareant exempla aliqua caſuum, in quibus practicari poſſit propoſitus articulus ſecundum reſolutionem ſupra adductam.

74 Primus ſit quando teſtator † cùm Ciuis Romanus, ac ſui iuris eſſet, primum confecit teſtamentum, deindè Religionem ingreſſus, poſtquam in ea profeſſus eſt, ſecundum confecerit; Teſtamentum enim antè ingreſſum Religionis confectum, poſtquam teſtator in aliqua Religione profeſſus eſt, non poſſe ab eo reuocari trad. *Imol. in l. 1. ſub num. 13. de teſtament. Dec. poſt alios in capit. in præſentia num. 68. de probatio. Gozadin. conſil. 41. num. 16. cum plur. ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ. 47. num. 13. par. 1.* Si igitur quæſtio ſit, An ſecundum teſtamentum poſt emiſſam profeſsionem fuerit confectum nec ne, ſi profeſsio fuerit valida, nec ne, non leuis reſultat dubitatio diligenti Iudicio examinanda quodnam teſtamentum valeat.

Secundus caſus ſit aliqua ex parte ſuperiori ſimilis, Quando teſtator dùm Ciuis Romanus, & ſui iuris eſſet, primum teſtamentum confecerit, deindè verò capite minutus nouum ediderit, licet enim teſtatore manente in ſtatu diminutionis
75 capitis nullum teſtamentorum valeat, non primum † quia capitis diminutione fuit factum irritum; §. *alio quoque modo Inſtit. quibus modis teſtamen. infirm. l. conſi-*
76 *ciuntur, §. ſi poſt factum teſtamentum, ff. de iure codicillorum*, † non ſecundum, qui enim non eſt Ciuis Romanus, idemque ſui iuris, teſtamentum facere non poteſt, vt in *principio, & §. fin. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamen. l. ſi*
77 *filius, ff. de teſtament.* † Si tamen ante mortem in priſtinam conditionem reuertatur, decedatque & Ciuis Romanus, & ſui Iuris, conualeſcit illud teſtamentum, quod dùm ritè teſtari poſſet, fuit confectum, §. *nec tamen Inſtit. quibus modis teſtamen. infirmen. l. qui ex liberis, §. teſtamento, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabulas*, & ita conualeſcit primum, non verò ſecundum, quod hoc tempore in banni-
78 tis euenire ſolet, † ſi enim antequam in bannum incideret, quis teſtamentum confecerit, mox bannitus nouum conficiat teſtamentum, deindè ſecundo teſtamento facto banni remiſſionem obtineat, primum teſtamentum reconualeſcit; non verò ſecundum, vt pluribus firmauit Rota deciſio. 795. per totam in nouiſſ. parte prima, vbi variæ rationes afferuntur, quare non ſecundum reconualeſcat, Præci-
79 pua ratio eſt, quia † vbi eſt defectus in cauſa efficienti, non datur reconualeſcentia etiam defectu ceſſante, *Bald. in l. ſeruis, num. 3. C. de legat.* Teſtamenta enim
80 reconualeſcunt ob fictionem poſtliminij, † quæ fictio non habet locum, vbi extremum, ad quod non eſt habile, vt latè *Rota ibidem num. 2. & 4.* Addamus, quia
81 non poteſt reconualeſcere, niſi quod aliquando valuit † reconualeſcentia enim ſupponit anteriorem valetudinem, ad quam fiat reditus, & hoc illud eſt, quod
82 vulgari regula proditum † quæ ab initio non valent, neque tractu temporis recon-
83 ualeſcere, *l. quæ ab initio, ff. de regul. iur.* & † actum omninò nullum confirmari non poſſe ad *Bart. in l. quod obſeruare in prima oppoſit. ff. de offic. Proconſul. An-*
84 *charan. conſil. 223.* Rationes verò quare primum reconualeſcat, ſunt † quia ceſſante cauſa impedimenti, ceſſat impedimentum, *cap. cum ceſſante extra de appellatio.*
85 *l. adigere, §. quamuis, ff. de Iurepatr.* & † vbi cauſa reducitur ad non cauſam, omnia reſtituuntur ad priſtinum ſtatum, *gloſſ. in l. fideiuſſor, §. in omnibus, ff. manda-*
86 *ti*, † vbi ſolutum vigore ſententiæ retractatæ repetitur conditione ſine cauſa, *Cyn. in l. fin. C. de cond. indeb. Angel. in l. qui Romæ, §. duo fratres, vbi etiam Alexand. ff. de verborum obligat. Ruin. conſil. 89. num. 15. volum. 1.* faciunt tradita à gloſſa *in*
87 *l. Iulianus, ff. de condit. indeb.* vbi ſtatuit † quando quis fuit condemnatus ad ſoluendum quod antea ſoluerat, repetit primo loco ſolutum, quia cauſa ſolutionis redacta eſt ad non cauſam, ſequitur *ibi Bartol. & Caſtren. num. 9. Iaſon. num. 12. & 17.*

& 17. Caſtrenſ. in l.ſi fullo num.9. ff. de condit. ſine cauſa Caſtrenſ. & Alexand. in l.eleganter, ff. de condit. indebit. Bald. in l.ſub ſpecie, num.3. & ibi Salicet. numero 6. C.de re iudic. Felin. in cap.ſuborta, colum.6. extrà eodem tit. faciunt quo-
88 que tradita *à Natta, conſil.535. num.12 & 16.* vbi inquit † ſi per ſententiam titu-
lus reducatur ad non titulum, tunc res cum fructibus reſtituitur, ità igitur in re no-
ſtra ſi bannum reducatur ad non bannum, quod rectè fit per fictionem iuris poſt-
liminij, quo tempus reditus coniungitur cum tempore bannitionis, medium au-
tem pro nihilo habetur, *§.ſi ab hoſtibus Inſtit.quibus mod. ius patr. pot. ſoluitur;*
omnia reuertentur ad priſtinum ſtatum, & ita teſtamentum ante bannum confe-
ctum reconualeſcet, & ideò rectè conueniunt in terminis *DD. omnes in l. ſi quis
filio, §. quatenus, ff.de iniu.rupt. & irrit. fact. teſtamen. Odd.de reſtitut.in integr.
quæſt.45.artic.2.num.12.13.& 15. Rot.dicta deciſ.795.num.9.par.1.diuerſ.* Ne-
89 que obſtabit regula † ſemel extinctum non reuiuiſcere. *l qui res, §.arcam, ff.de ſo-
lution. faciunt tradita ab Ancharan.conſil.38.num.8.& à Soccin.conſil.91.per tot.
maximè num.10.lib 4.* Ea enim procedit, vt rectè animaduertit *Philippus Maſsi-
nus in l.poſt aditam, C.de Impub. & alijs ſubſtit.num.125.* quando extinctum eſt,
quoad actum, & potentiam, ſecus ſi quoad actum, non verò quoad potentiam,
quod exemplo cęcitatis ex Philoſophorum ſententia declarat, in re autem noſtra
teſtamentum fuit extinctum ſolummodo quoad actum, non verò quoad poten-
90 tiam, † & hoc videtur diſcrimen, quod intercedit inter teſtamenta, quæ rumpun-
tur, & ea, quæ fiunt irrita, differunt enim hi duo termini, ſi ſtrictè & propriè ac-
cipiantur, vt inquit *text. in §.alio quoque Inſtit.quibus mod.teſtamen.infirm.* hoc
modo, vt quæ rumpuntur fiant etiam irrita, non è conuerſo quæ fiant irrita rum-
pantur, quod nihil aliud ſignificat, quàm ea, quæ rumpuntur, extingui actu, &
potentia, quæ verò irrita fiunt, potentia tantùm, non actu, alioqui conuerterentur,
cùm tamen neceſſariò, *vt ex dicto §.conſtat, in plus ſe habeat* rumpi, quàm irritum
fieri. Plura de primo teſtamento reconualeſcente, vide *apud Rotam d.deciſ.795.
num.19.par.1.diuerſorum.* vbi alias tollit rationes, quæ ſuadere poſſe videntur, ne
conualeſcat.

Tertius ſit caſus ſi in priori teſtamento adeſſent clauſulæ derogatoriæ poſterio-
rum teſtamentorum cum aliqua peculiari conditione, puta vt poſterius teſtamen-
tum non valeat, niſi in eo adſcripta ſint hæc formalia verba. Salue Regina, vel
principium orationis dominicalis, aut quid ſimile, In poſteriori autem talia verba
non reperiantur, ità vt controuerſia ſit, An poſterius teſtamentum valeat, An per
illud fuerit ſufficienter priori derogatum, qua in re non leues uigent inter Docto-
91 res controuerſiæ, † An nimirum ſufficiat generalis reuocatio in poſteriori adhibi-
ta, an ſit neceſſaria ſpecialis, an vero indiuidua, qua quidem in re licet videantur
crebriori calculo interpretes in eam incidere ſententiam, vt generalis non ſufficiat,
nec indiuidua ſit neceſſaria, ſed requiratur ſpecialis, eaque ſufficiens ſit, vt *per Ia-
ſon. in l.ſi mihi, & tibi, §. in legatis, num.12.ff.de leg.1. Corn.conſil.86.num.3.vo-
lum.3. Alexand.conſil.134.num.2.lib.1. Caſtren.conſ.284.num.2.verſic.2.ad idem
appono Couar.de teſtamen.in rubr.par.2.num.19.verſic.3.concluſio Clar.in §.teſta-
mentum quæſt.99.verſic.& hæc quidem concluſio Rota coram Cæſare de Graſsis de-
ciſ.1.de teſtament.* & latè, & plenè in *vna Romana hereditatis 12.Iunij 1615.* non
tamen ſequitur quin res in controuerſiam vocari poſſit, & quin à Iudice rectè, &
diligenter perpendenda ſit, prætęrquàm quod controuerſia oriri poteſt, An dero-
gatio in poſteriori teſtamento adhibita, ſit generalis, an ſpecialis, licèt enim tra-
dantur ab interpretibus formulæ ſatis congruæ, quæ reducuntur ad generalem
theoricam cognoſcendi, quando teſtator ſpecialiter dicat ſe prioris voluntatis pę-
nituiſſe, de quibus videatur *Clar.in d.§.teſtamentum quæſt.99.verſic.ſed quæro, &
Cardin. Mantic.de coniect.lib.12.tit.8.num.10.Couar.de teſtament.par.2.num.19.
verſ.4.*

verſ.4.conſtat Alex.conſ.134.num.4.lib.1. poteſt tamen oriri controuerſia, an talis formula adhibita fuerit, nec ne, quæ nõ erit à Iudice negligenda. Addamus tandẽ poſſe etiam dari teſtatorẽ in ſuo teſtamento declarare ſe velle illã eſſe eius vltimã voluntatem, itá & taliter, vt ſi contingat fore vt in infirmitate mutetur, id futurum ſit, nõ quia eius animus & intentio ſit eam mutandi, & quia aliter diſponere velit, ſed ſolum, vt ſe redimat à vexationibus inſtantiũ, vt diſponeret iuxtà illorum ſenſum, & proindè ex nunc decernere eius intentionis, ſe eſſe, vt hoc teſtamentũ præualere debeat cuicunque alteri in infirmitate facto, niſi in eo expreſſa, & indiuidua lis mentio facta fuerit de hac derogatione per verba propria illius, non autem per alias generales, vel ſpeciales derogatoriarum derogatorias, in hoc enim caſu ſi detur poſtea teſtamentum in infirmitate cõfectum, cum dubitari poſſit, An voluntas eius immunis fuerit ab omni captatione, prout ll.requirunt *l.captatorias, ff.de hered.inſtit.l.illa inſtitutio, ff.de milit.teſtam. cum vulgar.* dubitari ſimiliter poterit, an derogatio generalis, & ſpecialis, non tamen indiuidua fuerit ab eadem captatione libera, Vnde non vulgaris exurgeret controuerſia quodnam horum teſtamentorum valeret, eritq; pro huius rei determinatione alta indagine opus, quæ aliena penitus eſt à ſummario iudicio, vt ſæpius dictum eſt.

Quartus ſit caſus & vltimus, vt alios breuitatis ſtudio omittã, ſi poſterius teſtamẽtum de falſo arguatur, certũ quippè eſt per illud anterius tolli non poſſe, non enim
92 præſtat impedimentum † quod de iure nõ ſortitur effectum, *c.quod autem extra de iurepatr.c.Conſtitutus extrà de appellat.l.nec. C. de ven.liber. & apud Concil. & in*
93 *re noſtra* † prius teſtamentum non tolli per poſterius, niſi illud iure valeat probat *text.in l.ſi filius la prima ff.de liber.& poſth. & in §. poſteriore in illis verbis quod iure perfectum eſt Inſtit.quib.mod.teſtam.infirm.* Antequam ergò excludatur inſtitutus in priori, ſanè cauſa falſitatis eſt cognoſcenda, & itá ordinariè agendum.

Fateor aliqua contra ſolutionem fortè in contrarium replicari poſſe, quæ adhuc negotium facere videntur, verùm neque ea opportuna ſolutione carent, breuiter igitur nonnulla proponamus, & diluamus.

Primò replicari poſſe videtur nullam probabilem dubitationẽ dari poſſe, quominus prius teſtamentum iam fuerit poſteriori ſublatum, cùm inſtrumentum teſtamenti poſterioris, tanquàm probatio probata faciat notorium prius eſſe ruptum, vt in argumento.

94 Solutio hęc eſt † Inſtrumentum tunc demũ dici probationẽ probatam, & facere notorium, quãdo nulla exceptio, aut oppoſitio aduerſus illud dari poteſt ad tradita *per Innoc.in c.conſtitutũ extra de fil.presb. Butr.in c.cum contingat in 3.notab.extra de reſcript. Decium conſ.424.n.3.& in c.licet cauſam in 13.notab.extra de probat.Soccin.conſ.226.num.4.Ruin.conſ.128.nu.1.& 13.vol.4. Oſaſch.deciſ.Pedem.129.n.7.* Quod planè in re noſtra aſſerendũ, alioqui prius teſtamentũ faceret notorium inſtitutum in eo, iuſtum eſſe hæredẽ, & ideò immittendũ, non minus enim eſt inſtrumentum, quàm ſit poſterius, quod ſi dicamus ruptum eſſe, ideò non habere vim, ecce quia datur aduerſus illud exceptio, non facit notoriũ, cum igitur eodem modo veniens vi prioris aduerſus poſterius teſtamentum aliquas exceptiones opponere poſſit, poſterius non faciet notorium prius teſtamentum eſſe ruptum.

95 Secundò, replicari poſſe videtur enarratas exceptiones † quaſi altã requirentes
96 indaginẽ non eſſe in hoc iudicio admittẽdas, vt ſępius repetitũ, potiſſimum † exceptionem falſitatis, de qua vltimo loco, eam enim non poſſe opponi, etiã ſi ante aditam hæreditatem opponatur *trad.Alexan. in l.2.ſupra hoc tit.num.4. Iaſ.num.3. Dec.conſil.84.colum.2.verſic.ad iſta breuiter Rip.lib.1.reſponſ.cap.1.num.82. Du-*
97 *rant in tract.de arte teſtandi tit.11.cautela 20.num.5.* Et dicam ſuo loco. † Quod etiam de ea exceptione ſi dicatur teſtamentum fuiſſe metu confectum, communiter receptum, vt de communi *Gabr.conſil.99.nu.1.lib.1. Rota in vna Nepheſina*

hæredi-

hæreditatis 19. Februarij 1601. *coram Illuſtriſſ. Cardinali Lancellotto*, quæ quidem exceptio longè fortior videtur, quàm ſi excipiatur teſtamentum factum ad dirimendam vexationem, Idem de exceptione † impotentiæ teſtatoris, qualis eſſet ſi

98 aſſeratur capite minutus, quam ſupra propoſui, Eam enim non admitti *tradit Menoch. conſ.* 180. *lib.* 12. *num.* 23. *& dictam infrà in d.* 5. *parte.* † Solutio autem eſt

99 tales exceptiones non poſſe opponi vnico dato, qui petat immiſſionem, & vnico teſtamento, ſecus datis pluribus teſtamentis, & pluribus idem beneficium intentantibus, ſi enim admitterentur tantum exceptiones reſpicientes vitium viſibile teſtamenti, vbi duo eſſent teſtamenta non abolita, duo eſſent immittendi hæredes inſolidum contra *l. ſi vt certo* §. *ſi duobus vehiculum ff. commod. l. duo, ff. de precar. l.* 3. §. *ex contrario ff. de acquir. poſſ.* quemadmodum igitur, ne hoc ſequatur admittitur exceptio aduerſus prius, puta ruptum eſſe per poſterius, verſa vice erit admittenda replicatio non potuiſſe à poſteriore rumpi, vel quia non fuit ritè perfectum,

100 aut alio quopiam vitio laboret, † Quando enim aduerſus vnum datur exceptio, eidem aduerſus alium non deneganda congrua replicatio *l.* 2. *ff. de except. & tot. tit. Inſtit. de replicat.*

Eſſetque durum & iniquum admittere exceptionem aduerſus teſtamentum vnius, quod fortè fortuna valet, poteſt enim valere primum, vt ſupra dictum, non verò aduerſus teſtamentum alterius, quod fortè non valet, poſſet enim poſterius

101 teſtamentum eſſe nullum vel falſum, vt etiam ſupra dictum † ſicque inducta in fauorem vltimæ voluntatis ad efficiendum vt quamprimum ea ſuum effectum conſe-

102 queretur, † quod Reipublicę intereſt *l. neque natales, C. quemadmod. teſtam. aper.* contrarium operarentur effectum, vt nimirum falſa, vel vana diſpoſitio ſortiretur effectum, vera & valida nequaquam contra *l. quod fauore, ff. de legib.* Vt ergò huic abſurdo conſulatur, & vt vera defuncti voluntas, & valida, non verò falſa, & inanis effectum conſequatur, Erit de viribus vtriuſque teſtamenti non ſolum quoad exteriorem figuram attinet, agendum, ſed de omnibus, quæ probabiliter vtrique opponi poſſunt, quæ cùm altam requirant indaginem, & merita petitorij complectantur, erunt in cauſa vt ordinariè agatur, Neque quicquam facit hoc modo dari cauſam infinito litium numero, vt in argumento indicabam, non enim plures erunt

103 lites, quàm ſi alteri iſtorum exequutiuè concederetur immiſſio, † ſemper enim poſt eius conceſſionem permittitur ei, qui per immiſſionem alterius fuit excluſus, cauſam in petitorio iudicio iterum inchoare, Vnde lis differtur, non aufertur per ſummariam immiſſionem, quinimò ſi ab initio cauſa ordinariè agatur, pauciores, aut ſaltem breuiores erunt lites cauſa proprietatis cum cauſa poſſeſſionis coniuncta.

104 Ad quintum reſpondendum † dicta *Bartoli*, & ſequacium, qui ad eius mentem loquuntur, cùm ſua dicta eius auctoritate confirment, poſſe ita intelligi, vt à propoſita praxi non diſſentiant, Cùm enim dicat *Bart.* de potioritate iurium agendum, profectò ſentit cauſam petitorij perpendendam, in qua certum eſt ordinariè agi, ita vt hoc dicens, perinde ſit, ac ſi diceret ordinariè agendum, dùm verò ſubnectit illud verbum (ſummariè) de ea ſummarietate erit intelligendum, quæ in petitorijs ſæpè verſatur, vt breuiores concedantur dilationes, & multa coarctentur, quæ alioqui longius procederent, Dum verò inquit eum immittendum, qui potiora iura habet, non excludere petitorium, ſed quia in vnum cumulantur, ita vt qui vincit in petitorio, vincat etiam in poſſeſſorio, ſequitur vt is, qui habet potiora iura, eo ipſo quod declaretur talia habere, ſit etiam in poſſeſſionem mittendus, ita *Bartolum* à Rota fuiſſe intellectum probat *Putei deciſio* 308. *nu.* 3. *verſ. nec obſtat ſecundum vltimam impreſſionem lib.* 1. vbi in terminis noſtris ſtatuit via ordinaria agendum, cognitionem tamen eſſe ſummariam.

Verùm ſi fortè videamur Bartolum in diuerſam à ſe ipſo ſententiam trahere, multoque magis eius ſequaces, quorum ſanè dicta ſunt valdè aliena à propoſita declara-

declaratione,eò erit confugiendum,vt dicamus eum lapſum, Fundat quippe ſuam determinationem in l.1 ſupra hoc titulo, quam nullius eſſe momenti iam oſtendimus in reſponſione ad tertium. Cęteri verò ſententiam Bartoli videntur ſecuti, ſola tanti viri authoritate moti, re non ex profeſſo diligenti ponderatione perpenſa, quamobrem licet illud referant, quod Bartolus neque impugnent, non tamen deliberatè adeò in eius ſententiam iuiſſe videntur, vt enixè eam tueri vellent, ſi rurſus de eadem re eſſent acturi.

105 Quantum vero ad † tradita per *Rotam in d. Toletana coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, animaduertendum non ibi firmari hanc ſententiam, vt habens patem titulum non impediat proceſſum exequutiuum, ſed ea quaſi data, & non conceſſa (cùm informantes ei niterentur) afferri reſponſionem, quæ in caſu dictæ deciſionis erat ſufficiens, etiam ſi talis erronea ſententia fuiſſet admiſſa, & ita ibi affertur reſponſio, ad hominum, nempè, quæ occurrit etiam ſi falſa eiuſdem principia pro veris habeantur, qui reſpondendi modus, maximè grauiſſimis, & doctiſſimis viris conuenit, publicam præſeferentibus auctoritatem, quorum partes non ſunt de quacunque re leui diſputare contradicendo, ſed pauciſſimis veritatem in re coram illis propoſita ſequi.

106 Tandem non obſtant tradita † *in d. Placentina penſionis*, in ea ſi quidem ſupponitur apparere de inualiditate vnius translationis, ideò declarat Rota per concurſum titulorum impedire viam exequutiuam quoaduſque videatur de validitate tituli, quando verò inualiditas vnius detecta eſt, tunc alteri viam exequutiuam competere ſtatuit, quod non facit contra determinationem propoſitam, qua dictum ordinariè eſſe agendum, quando non conſtat manifeſtè quodnam teſtamentum ſit attendendum, & ita pro certo non apparet de nullitate alterius.

107 Animaduertendum tamen † rem in Hiſpania aliter ſe habere, quando enim concurrunt duo cum diuerſis teſtamentis & poſterior veniens inquit ſe potiora iura in hæreditate habere, vel quia in poſteriori teſtamento inſtitutus, vel alia quauis ratione, quam ſe incontinenti probaturum offerat, debet Iudex vtriuſque rationes ſummariè perpendere, & eum immittere, qui potiora habet iura, quòd ſi æqualia habere apparuerit, vtrumque immittere debet, id ita cautum *in l. 3. titulo 14. in ſexta partita*, cuius verba certioris doctrinæ cauſa afferenda duxi.

Delante el Iuez viniendo algun ome que moſtraſſe el teſtamento en que fuera eſtableſcido por heredero de otro, e pidieſſe quele metieſſen en poſſeſſion de la heredad, ſegun dize en la ley ante deſta, ſi otro alguno vinieſſe ante à quel miſmo Iuez e dixeſſe que el auia mejor derecho en la heredad, porque fuera deſpues eſtableſcido por heredero del fazedor del teſtamento, ò por otra razon alguna que moſtraſſe e que dixeſſe, que loqueria luego prouar, eſtonce el Iuez deue ver amos los teſtamentos e oyr las razones de amas las partes, e el que moſtraſſe que ha mejor derecho en la heredad, a quel deue ſer enſtregado en ella. E ſi amos moſtraren que han egual derecho en los bienes del finado, amos deuen ſer metidos en poſſeſſion della egualmente.

SVMMARIVM
ſecundi Articuli.

108 *Petitio vnius non impedit executionem in alterius petitionis fauorem, quando alter petens iã ſententiam obtinuit, Declara vt n. 116.*

109 *Iura vigilantibus fauent, non inertibus, Declara vt num. 117.*

110 *Veniens ex alio teſtamento ab eodem teſtatore condito poſt ſententiam de immittendo, & ante immiſſionem, eſt legitimus contradictor, Declara hoc verum, quando ſententia fuit lata in Iudicio aduerſario contradicente geſto, vt numero 118. Declara ſecundò vt res ſit tractanda ordinariè, non verò ſummariè, vt num. 120.*

111 *Contradicens eo quod citatus, ſi veniat poſt ſententiam, dummodò veniat ante immiſſionem, eſt legitimus contradictor.*

112 *Tituli maior eſt vis, quã citationis.*

113 *Vni per alium non eſt iniqua conditio inferenda.*

114 *Res inter alios acta, alijs nocere non debet.*

115 *Tertius eam exceptionem opponere poteſt, quã non poteſt conuentus.*

119 *Damnum ſua culpa ſentiens ſibi imputare debet.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando venit ex alio teſtamento ab eodem teſtatore condito, vel ex alia prouiſione apoſtolica, venit tamen ad contradicendum poſt ſententiam, & iuſſum de immittendo, ſed ante immiſſionem, numquid ſit adhuc opportunus contradictor.

108 NEgatiua ſententia videtur tenenda primò per tex. *in l.cũ ide, ff. de pet. hered.* † vbi vnius petitio nõ impedit exequutionẽ in alterius petitionis fauorem faciendã quando alter petens iam ſententiam obtinuit, ideò quamuis cõpateat vnus cum teſtamento, petens immiſſionem, non erit impedienda immiſſio eius, qui iam ſententiam de immittendo obtinuit, eodem modo facit omnino *text. in l. is, à quo ff. de rei vendic.* vbi duobus eandem rem vendicantibus, primo obtinenti ſententiam traditur, non obſtante alterius petitione.

109 Secundò, quia † iura vigilantibus, & ſolertibus ſolent fauere, non inertibus, & deſidioſis, *l. quæ autem, §. ſciendum, l. pupillus, ff. quæ in fraud. credit.* At æquè fauerent, ſi veniens poſt ſententiam impediret immiſſionem eius, qui primo venit, ergo non videtur impedire poſſe.

Tertio, quia ità videtur tenere *Rota corã Card. Seraph. deciſ 357. nu. 4. & in vna Pientina beneficii* 12. *April. corã eod. Card. Serap. & Eluen. beneficii S. Saluatoris* 15. *Nouemb.* 1602. *coram Penia, & Reatina hæreditatis* 4. *Iunii* 1589. *coram Iuſto, trad. Gonzal. ad reg.* 11. *Cancell. num.* 88. *&* 89. vbi alias deciſiones allegat.

110 In † contrarium eſt veritas, & ſententia grauiſſimorum virorum, nàm *Bart. hic ſub dicto numero* 21. *verſic. quandoque* hæc inquit, ſi ſuperuenerit quidam tertius non citatus, puta aliquis, qui dicit ſe hæredem, & ſe potius immittendum, quàm illum, pro quo pronunciatum eſt, dico quod miſſio eſt retardanda, & de viribus illius contradictionis erit cognoſcendum, *idem tenet in dicta leg. cum idem ſub numero primo, ff. de petitione hæreditatis, vbi in hac verba loquitur*, ſed ſi ageretur de transferendo in aliquem poſſeſſionem vacantem fortè ex *l. fin. C. de*

edictio. diu. Adr. tollen. tunc antequam exequutio fiat, ſi alius comparet, & dicit hæreditatem ad ſe pertinere; ideò ſe immittendum in poſſeſſionem eo iure, quo primus, tunc exequutio differtur,&c. quia per eam fieret præiudicium ſecundo,quia vbi primo poſſeſſio erat vacans,modo poſſeſſa erit per alium, *idem Bartol. in l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, ff.de re iudic. Bald.in additio. ad ſpeculat. in tit.de teſtamentis, verſic.ſed pone Caſtr. in l.cum idem numero 2.ff.de petit. hæredit. vbi allegat Innoc.in cap. veniens il ſecondo extra de teſtib. Ruin.conſ.151.ſub num.5.volum.2.verſic. Imò plus dico, & conſ.28.num.2.vol.5.Peregr.in tract.de fideicom.artic.48.num.3.verſ.amplia.*

111 Probatur primò, † quia veniens ad contradicendum eo quod citatus etiam ſi veniat poſt ſententiam, dùm veniat ante immiſſionem, admittitur, & eſt legitimus contradictor, æquè ac ſi veniret ante ſententiam, vt in quæſtione ſequenti artic.2. & 3. plenè dicemus, ergò multo magis non citatus veniens vigore tituli æqualis,

112 † Tùm quia maior eſt vis in titulo,quàm in citatione,tùm quia in titulo non datur contumacia, in citatione vtique.

Secundò, quia ſi adhuc hoc comparente poſt ſententiam, & allegante parem titulum, alter immitteretur, fieret huic præiudicium, vt poſſeſſione alteri quæſita,

113 difficilius ius ſuum proſequi poſſet, † & ſic vni per alium iniqua ferretur conditio contra cap.vni per alium de reg.iur.in 6. Ità arguit *Bart. in l.cum idem 60. num.1. verſ.ſed ſi ageret, ff.de pet.hæred. Ruin.conſ.151.n.5.ver.quia vbi primus &c.vol.2.*

Tertiò, quia ſententia hæc eſt, res inter alios acta, cùm iſte non fuerit citatus,

114 † Ideò ei nocere non debet tot.tit.digeſtorum rem inter alios actam.

Quarto, ex mente Bartoli ponderatur textus *in l.ita tamen,§.quoties,ff.ad Trebell. vbi quamuis* hæres inſtitutus non poſſit dicere teſtamentum nullum, & nihilominus cogitur adire hæreditatem, *l.1.ff.ad Senat.Conſul.Trebell.& l.ille à quo, §.ſi de teſtamento,eodem tit.* filius tamen opponere poteſt, vndè elicit *Bart.* hanc

115 propoſitionem, † tertium venientem opponere eam exceptionem, quam conuentus opponere non poteſt, ideo in re noſtra tertius veniens poſt ſententiam poterit opponere de ſuo Iure, & petere ſe potius admitti, licet conuentus non poſſet,quia ſecundum eum non datur appellatio.

116 Ad primum reſpondendum non procedere, quando res iam ab vno poſſidebatur, prout ſupponunt leges in argumento allatæ, non enim fit alteri petenti præiudicium ſi de vno in alium transferatur, ſecus ſi à nemine poſſideatur, tunc enim fit præiudicium, ſi vni poſſeſſio tribuatur, cùm primo caſu non fiat deterioris conditionis, ſecundo vero caſu vtique; facilius enim res potuiſſet conſequi, quando à nullo poſſidebatur *ad tradita per Bart.in l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus,colum.2.ff. de re iudic. cum quo alij tranſeunt vt ibi per Iaſ.num.8.*

117 Ad ſecundum reſpondendum † iura quidem vigilantibus ſcripta, non tamen, vt indè alijs debeat fieri præiudicium,potiſsimum vbi reficiendo impenſas,pœnam ſuæ tarditatis luunt.

Ad tertium reſpondendum, *& Rotam coram Cardinali Seraphino, & Gonzad.*

118 citatis in locis loqui † quando ſententia fuit lata, iudicio, aduerſario contradicente,geſto,qui poterat tunc,quando res cum illo agebatur,exceptionem ſui tituli proponere,cuius reſpectu res non dicatur inter alios acta, ideo non mirum ſi ſententia

119 non reuocetur,eique noceat, qui poterat eam impedire, † vndè cum damnum ſua culpa ſentiat, ſibi imputare debet, *cap.damnum de reg.iur.in 6.* ſecus in caſu noſtro,vbi judicium non fuit,aduerſario contradicente exercitum, & hoc modo hos intelligendos ex caſibus eorum apparet, & ex auctoritatibus ab eis allegatis, quas ſtudioſi per ſe videant.

120 Hic animaduertendum † pleroſque enarratorum Doctorum,qui ſentiunt admittendum eſſe eum,qui venit poſt ſententiam,parem titulum allegando,ſentire quoque

querem ſummariè tractandam, & in iudicio exequutiuo, ità vt ille, qui potiora iura habere ſe probauerit, ex legis noſtrę beneficio immittatur, quam ſententiam quemadmodum erroneam eſſe ſtatui in ſuperiori articulo, ità in præſenti aſſerendum eſſe profiteor, cùm nullum diſcrimen, quoad hanc rem pertinet, intercedat inter venientem ante ſententiam, & poſt, ſed eædem prorſus vigeant rationes, vndè intrat Regula *l. illud. ff. ad l. Aquil.*

SVMMARIVM
Tertij Articuli.

121 *Nihil tàm naturale eſt, quàm vt quid eo modo tollatur, quo introductum. Declara vt num. 129.*

122 *Iudex oſtendentem vltimum teſtamentum, & iura meliora immittere poteſt, & poſſidentem eijcere.*

123 *Veniens poſt immiſsionem, & oſtendens aliud teſtamentum, vel aliã prouiſionem apoſtolicam, petitorio iudicio agere debet, & ordinario.*

124 *Poſseſſore legitimo dato, ceſsat legis noſtræ beneficium.*

125 *Poſsidet legitimè qui à Iudice ſeruatis ſeruandis fuit immiſsus.*

126 *Iudicium competens eſt iudicium ordinarium.*

127 *Iura plenè cognoſcenda, quando poſseſsor plenum ius habet.*

128 *Poſsidẽs cum titulo plenũ ius habet.*

130 *Poſſeſsio per immiſsionem conceſsa, reuocatur, quando Iudex reuocando ſeruat neceſſaria, perindè ac immittendo ſeruauit.*

131 *Poſsidentem Iudex eijcere nequit, niſi conſtet rem ad eum non ſpectare, & alterum melius ius fouere.*

132 *Poſſeſſore cum pari titulo exiſtente, Iudex non poteſt alterum immittere eo excluſo, quamuis poſſet, ſi inæqualẽ titulum poſseſſor haberet.*

133 *Immiſſus à Iudice vi teſtamenti, eſt in poſseſsione manutenendus aduerſus alium poſterius in poſſeſſionem immiſſum, qui aliud teſtamentum oſtenderet.*

134 *Declara quando ſe non habuit pro ſpoliato.*

135 *Iudex minus ritè procedendo, nõ priuat poſsidentem ſua poſſeſsione.*

136 *Poſseſſor, qui non habuit ſe pro ſpoliato, non amittit ciuilem, ſed in ea per ablationem naturalis dicitur turbari.*

137 *Poſſeſsionem qui primus obtinuit, eſt ei præferendus, qui poſterior obtinuit, quando habent diuerſa teſtamenta, neque de eorum potioritate conſtat.*

138 *Actore non probante reus abſoluitur.*

139 *Poſseſſor cæteris paribus eſt præferendus.*

140 *Poſseſſores plures diuerſarum bonorum partium, omnes in bonis poſſeſsis ſunt præferendi, quando non conſtat de potioritate tituli.*

141 *Rotæ arbitriũ regulatur ſecundum regulas iuris.*

142 *Immiſsio ante commiſſionem conceſſa, non eſt reuocanda antè commiſſionem conſumatam, quando appellatio ab immiſsione fuit commiſsa cum clauſula parito breui Arbitrio Rotæ.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quid iuris veniente contradictore poſt ſententiam, & immiſſionem retentis in reliquo terminis ſuperiorum articulorum, vel quia veniat cum alio teſtamento eiuſdem teſtatoris, vel alia prouiſione apoſtolica.

VIdetur dicendum poſſe inſtare, vt reuocetur immiſſio ſummariè, & ſuſpendatur, donec cum eo de potioritate iurium actum.

121 Primò, quia † nihil tàm naturale, quam vt quid eo modo deſtruatur, quo actum *l. nihil tàm naturale, ff. de reg. iur. cum vulgar.* at immiſſio ex teſtamenti oſtenſione ſummariè eſt conceſſa, ideò ex contrarij teſtamenti oſtenſione erit ſummariè reuocanda.

122 Secundò, † quia dato etiam poſſeſſore, nihilominus Iudex oſtenſo vltimo teſtamento, & iuribus melioribus poſſidentem eijcere poteſt, & immittere oſtendentem teſtamentum, *Bart. hic num. 21. Menoch. rem. 4. q. 68. num.*

Tertiò, ita ſentit *Dec. num. 42.* dùm inquit nihil videri obſtare, quin & hoc caſu cauſa ſummariè tractetur.

In contrarium eſt opinio aliorum interpretum, Decio excepto, qui arbitrantur
123 † venientem quidem poſt immiſsionem audiendum eſſe, eum tamen petitorio iudicio agere debere, ità vt non ſit poſſeſsio ab immiſſo auferenda, ſed aduerſus illum vti poſſeſſorem iudicio ordinario agendum, *ità Bart. hic & Alexand. num. 23. ibi (tamen in iſto) Alberic. num. 14. Ità expreſsit Angel. hic col. pen.* dum inquit, productis duobus teſtamentis, vno per actorem, & alio per Reum, Iudex pronunciabit non eſſe locum ſummario iudicio, ſed reuertendum eſſe ad ordinarium, & abſoluet reum ab obſeruatione Iudicij *Beninten. deciſ. 83. nu. 5. & 6. Bero. conſ. 54. nu. 3. lib. 2. Rolan. conſ. 78. num. 27. lib. 3. ſequitur Zuccard. num. 374. Menoch. nu. 565.* & videtur ſentire *Peregr. d. art. 48. nu. 23. Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend. Caputaq. deciſ. 329. par. 1. Put. deciſ. 133. lib. 2. & 116. lib. 1. & fuit deciſum in vna Reatina hæreditatis 4. Iunij 1599. coram Iuſto,* hoc idem expreſsè ſentit *Gonzalez. ad regulam 8. Cancell. gloſ. 9. in annot. num. 266. ad finem,* vbi dicit difficile futurum, vt reus poſſit obtinere reuocationem immiſsionis in iudicio poſſeſſorio.

124 Probatur primò, † quia dato legitimo poſſeſſore, ceſſat legis noſtræ beneficium,
125 vt indicant verba textus, ibi, non autem legitimo modo ab alio detinentur † At hic datur legitimus poſſeſſor, cum à Iudice ſeruatis ſeruandis fuerit immiſſus, *l. iuſtè poſsidet, ff. de acquir. poſſeſſ. Angel. in l. clam poſsidere, §. qui ad nundinas ff. eodem,* Ergo &c. Ità argumentatur *Rota in d. Reatina hæreditatis coram Iuſto.*

Secundò, de mente *Bartoli,* & aliorum probatur ex verbis textus ibi (Iudicio competenti) Competens enim Iudicium ſecundum *Bartol.* eſt iudicium ordinarium, non autem ſummarium.

127 Tertiò, quia † vbi poſſeſſor plenum ius habet, plenè, non ſummariè de iuribus
128 eſt cognoſcendum, licet ſecus, quando non habet plenum ius, † At poſsidens & titulum habens, plenum ius habet, ergo &c. ita ex mente *Zucchardi dicit Menoch. d. num. 565.*

129 Ad primum reſpondendum † Regulam nihil magis naturale, æquitati &c. intelligendam eſſe formaliter, vt ità dicam, non materialiter, hoc eſt non vt materialiter, & de facto ea agantur in tollendo, quæ in introducendo acta, ſed quemadmodum in introducendo ſeruanda fuerunt ſeruata, ritèque ac rectè proceſſum, ità e conuerſo deſtruendo ſeruanda ſeruentur, & ritè ac rectè procedatur. Mo-
130 do ad rem noſtram, † Vt poſſeſsio per immiſsionem conceſſa tollatur, non ſufficit, vt quem-

vt quemadmodum non petitorio mediante, ſed exequutiuè quis fuit immiſſus, ità
exequutiuè eijciatur altero immiſſo, ſed neceſſe eſt, vt quemadmodum Iudex ea
tūc ſeruauit, quæ nullo poſſidente erant ſeruanda, & ſic ritè, ac rectè proceſſit, nunc
ea ſeruet, quę dato poſſeſſore cum titulo ſunt ſeruanda, & ſic ritè ac rectè procedat,
ita vt quemadmodum ritè & rectè immiſit, ità ritè & rectè eijciat. Quamobrem
131 † cùm non poſſit poſſidentem iuſtè eijcere, & alium immittere, niſi conſtet rem ad
poſſidentem non ſpectare, & alterum melius ius fouere, id autem cognoſci non
poſſit, niſi in judicio petitorio, hæc enim merita petitorij reſpiciunt, cùm reſpi-
ciant dominium, non poſſeſſionem, neceſſe eſt vt ſi eodem modo formaliter vult
eijcere quem immiſit, id efficiat mediante petitorio, alioqui quod ſeruaris ſeruan-
dis introduxit, non ſeruatis ſeruandis deſtrueret, & ſic non eodem modo.

Ad ſecundum reſpondendum dato poſſeſſore ſine æquali titulo, adhuc Iudi-
132 cem poſſe immittere oſtendentem teſtamentum non abolitum &c. † At dato poſ-
ſeſſore cum pari titulo, totum oppoſitum eſſe aſſerendum, vt rectè idem *Bart. ſub
num. 21. verſic. aut compares aliquis, & ibi Doctores, Mohed. d. deciſ. 13. vt lit. pen-
den. Caputaq. deciſ. 329. par. 1. Put. deciſ. 133. lib. 2. & 116. lib. 3. & latius inferius
attingemus.*

Ad Decij auctoritatem reſpondendum communem ſententiam præpollere, ef-
ficatioribusq; rationibus munitam.

133 Infertur ex hac determinatione, vt † ſi fortè iudex comparentem poſt primi im-
miſsionem, & oſtendentem etiam teſtamentum poſterius in poſſeſsionem immi-
ſerit, prior immiſſus ſit in prima ſua poſſeſsione manutenendus, eique ſit conce-
134 dendum mandatum de manutenendo; † quando ſe non habuit pro ſpoliato, vt in
indiuiduo decisum fuit in *dicta Reatina hereditatis 4. Iuny 1599. coram Iuſto, &
135 ratio eſt*, † quia Iudex minus ritè procedendo, non priuat, nec ſpoliat poſsiden-
tem ſua poſſeſsione, quia vel non intendit ius tollere, vel etiam id facere non po-
teſt, vt benè per *Panormitan. in cap. frequenter, §. final. num. 26. verſic. non obſtat,
Rota diuerſorum deciſ. 802. par. 1. & fuit dictum in d. Reatina hereditatis coram
Iuſto, & in cauſa Gerunden. beneficij 21. Iunii 1602. coram Reuerendiſsimo Do-
mino Coccino Rotæ Decano, & in Romana de Bombellis 31. Maii 1613. coram Re-
136 uerendiſs. D. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, & confirmatur quia quando † poſ-
ſeſſor non habuit ſe pro ſpoliato, non amittit ciuilem, in qua cùm per ablationem
naturalis dicatur turbari *ad Menoch. de retinen. remed. 30. num. 35. & 36.* conſe-
quens eſt, vt competat interdictum retinendæ.

137 Infertur ſecundò, † vt ſi fortè duo habeant diuerſa teſtamenta, de quorum po-
tioritate, & prioritate non conſtet, alter verò illorum iam primus poſſeſsionem
obtinuerit, ille ſit præferendus, qui in poſſeſsione eſt, cùm enim non poſsit exe-
138 quutiuè a poſſeſsione expelli, ſed ordinariè, & petitorio iudicio ſit agendū, † acto-
re non probante abſoluatur *reus l. qui accuſare, ff. de accuſat. l. qui accuſare, ff. de
eden.* non poſsit autem probare actor ſuum ius, cùm non poſsit probare, ſuum te-
ſtamentum eſſe potioris auctoritatis *ad l. duo ſunt Titii cum aliis ſupra allegatis
in primo articulo*, Conſequens eſt, vt poſsidens, qui ſuſtinet rei partes, abſolua-
tur, *ità tenet Bart. in l. 1. §. non autem, ff. de bon. poſſeſſ. Iaſon. hic col. penult. Dec.
num. 54. Tiraquell. de iure primogen. q. 17. in 11. opin. Peregr. in d. art. 48. num. 24.
Salycet. hic num. 22.*

139 Confirmatur ex Regula tritiſsima † Cæteris paribus poſſeſſorem præferendum,
*§. commodum Inſtit. de interdic. l. vti frui, §. 1. ff. ſi vſufruct. peta. l. fin. C. de rei ven
dic. cap. ſi à ſede de præb. in 6.*

140 † Si verò ambo poſsiderent, quia vnus vnam partē bonorum alter aliā detineret,
quilibet in bonis poſſeſsis eſſet præferendus, tùm quia neuter aduerſus alterum
probaret, tùm quia ambo ſuæ poſſeſſionis commodum in rebus poſſeſſis ſentirent,

& ità ſentit *Salye. d. num. 22.* licet aliquantum obſcurè loquatur, dum inquit, & idem ſi vterque poſſidet, melior ſit eius conditio.

141 Infertur tertiò, vt ſi cauſa appellationis ab immiſſione committeretur *in Rota* cum clauſula, Parito breui, vel parito literis, arbitrio Rotæ, † Rotam, quæ vtitur arbitrio iuxtà iuris regulas, & non aliter *Bart. in extrauagan. ad reprimendum in verb. videbitur num. 8. Pariſ. conſil. 56. num. 5. lib. 1. & conſil. 8. num. 21. lib. 4. Rota diuerſ. deciſ. 641. num. 1. lib. 3. par. 3. Cæſar de Graſſ. deciſ. 7. num. 6. in fine, & nu. 8.*

142 *& deciſ. 8. nu. 2. de iudic.* † non debet reuocare immiſſionem iam antè commiſſionem conſumatam, vt fuit dictum *in vna Aquilana beneficij 28. Maij 1599. coram Penia, In Aurien parrochialis de Pao 17. Aprilis 1600. coram Illuſtriſ. Cardinali Lancellotto, in Tuden. parrochialis 3. Decembris 1601. coram Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, in Oueten. Archidiaconatus 15. Decembris 1603. coram Cardinali Pamphilio, & aliquibus ex his allegatis idem firmat Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 9. in annotat. num. 296.*

SVMMARIVM
Quarti Articuli.

143 *Contradictor legitimus non eſt, qui parem titulum non affert.*

144 *Beneficium legis noſtræ non competit, niſi probatis probandis.*

145 *Probanda non probans ex officio à Iudice reſpuitur.*

146 *Teſtamentum non cancellatum, & poſſeſſio teſtatoris tempore mortis ſunt in hoc iudicio probanda.*

147 *Poſſeſſores duo eiuſdem rei inſolidum non dantur, & num. 155.*

148 *Titulum non habens ex eadem vacatione non videtur legitimus contradictor aduerſus poſſidentem ex altera vacatione Contrarium eſt verius, vt num. 156.*

149 *Veniens cum alio teſtamento ab alio teſtatore condito, & petens immiſſionem, quam alter ex alio teſtamento petierat, legitimus eſt contradictor.*

150 *Nemo cum duobus teſtamentis decedere poteſt.*

151 *Teſtamenta plura eiuſdem teſtatoris corruunt, quando non apparet quodnam ſit prius, vel poſterius.*

152 *Ratio vbi eſt eadem, eadem eſt iuris diſpoſitio.*

153 *Minus quod videtur dicendum, ſi dicitur, idem quod magis.*

154 *Exceptio perſonarum nulla eſt habenda,*

157 *Pluribus venientibus cum pluribus teſtamentis à diuerſis teſtatoribus confectis, & afferentibus teſtamentum non cancellatum, & probantibus ſui Anteceſſoris poſſeſſionē, cauſa ordinariè tractanda.*

158 *Declara, vt hoc verum ſit, & quando vnus venit ante ſententiam alterius, & quando venit poſt ſententiam.*

159 *Declara vt ſi veniat poſt ſententiam, & immiſſionem non reuocetur immiſſio.*

ARTI-

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando venit ex alio teſtamento ab alio teſtatore condito, & petit immiſſionem, quam alter ex alio teſtamento petierat.

HVic articulo eſt ſimilis & à pari procedit quando venit ex alia prouiſione occaſione diuerſæ vacationis, puta quia vnus fuit ſubrogatus ex vacatione per mortem, alius ex vacatione per reſignationem.

Negatiua ſententia videtur tenenda.

Primò, quia aut primus, qui prætendebat immiſſionem, ea probat, quæ in hoc iudicio pro immiſſione obtinenda ſunt neceſſaria, aut non, ſi primum, conſtat alte-
143 rum non poſſe parem titulum afferre, † Ideò non eſſe contradictorem, vt ſentiunt communiter omnes, ſi ſecundum, defecit quidem petens, nec immiſſionem obti-
144 net, verùm non vi contradictionis, ſed ex defectu iuris † cùm hoc beneficium de
145 iure non competat, niſi probatis probandis, † Vnde ex officio à Iudice reſpuitur *c. 1. extra de offic. Vicar. Vbi Innoc. facit c. examinata de iudic. l. res alienas, C. de rei vendic. Anchar. conſ. 297. num. 6. faciunt dicta Bartoli hic ſub d. num. 21.* ibi non eſſet mittendus, non propter contradictionem aduerſarij tantum, ſed quia hæres non probat illud, quod eſt cauſa ſuæ intentionis, faciunt dicta *Baldi conſil.* 143. *lib.* 3. *& conſil.* 200. *lib.* 3. *& refert, & ſequitur Dec. hic num.* 40. *verſic. ſecundo limitatur.*

146 Quando autem vnus probauit neceſſaria alium non poſſe æqualem titulum habere, facile oſtenditur quia cum iſta probauerit teſtamentum non cancellatum, & poſſeſſionem teſtatoris tempore mortis, quæ duo ſunt probanda à petente immiſſionem, vt ex textu noſtro apertè colligitur, & omnes nullo diſſentiente tenent, & ſic conſtet hæreditatem fuiſſe poſſeſſam ab hoc teſtatore, apparet non potuiſſe ab
147 alio poſſideri, † cum duo non dentur eiuſdem rei poſſeſſores in ſolidum *l. ſi vt certo, § ſi duobus vehiculum, ff. commod. l. duo, ff. de precar. l. 3. § ex contrario, ff. de acq. poſſ.* Vnde ſi alter probabit teſtamentum ſui anteceſſoris, non probabit eiuſdem poſſeſſionem, & ſic tituli erunt impares, vnus efficax, nempè teſtamentum eius, qui poſſidebat, alius inefficax, nempè teſtamentum eius, qui non poſſidebat, & hoc eſt, quod voluit dicere *Bero. conſ. 54. ſub num. 3. lib. 2.* dum inquit, non allegare ſimilem titulum, qui non allegat prouenientem, & cauſatum ab eodem teſtatore, qui tempore mortis bona poſſidebat.

Secundò quia in terminis duarum ſubrogationum, etiam durioribus, quando
148 nempè contradictor poſſidet, † ſi non habet titulum ex eadem vacatione, non videtur legitimus contradictor, *vt ſtatuit Rota in vna Vercellen. beneficij, 16. Nouembris 1602. coram Litta,* & in *vna Toletana parrochialis 24. Ianuarij 1604. coram Reuerendiſſ. D. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.*

149 Contrarium † eſt verius, quod enim dicitur de pluribus teſtamentis eiuſdem teſtatoris, idem eſt aſſerendum de pluribus diuerſorum teſtatorum, hanc opinionem tenuit *Bartol. ſub dicto numero 21. vt benè animaduertit Ruin.* qui eundem ſequitur *conſ. 28. ſub num. 2. vol. 5. ibi, Bart.* loquitur de illo, qui dicit ſe hæredem, nec dicit quod allegaret, ſe hæredem eiuſdem, vel quod haberet ſimilem titulum ab eodem; Eodem modo videtur intelligendus *Menoch. d. rem. 4. num. 559.* vbi loquitur de allegante aliud ſolemne teſtamentum, neque dicit eiuſdem teſtatoris, ita vt de alio quoque teſtatore ſit intelligendus, & apertè *Zuchard. hic nu. 384.* Probatur autem.

Primò, quia duo teſtamenta diuerſorum teſtatorum ſunt tituli pares non minus

ac duo eiuſdem teſtatoris, quinimò multò magis cum in eodem teſtatore certum
150 ſit alterum eſſe nullum † nemo enim cum duobus teſtamentis decedere poteſt,
151 quod adeo verum,† vt ſi non appareat quod ſit prius, quod verò poſterius, vtrumque teſtamentum corruat *l. duo ſunt Titii ,ff. de teſtam. tutel. cum aliis ſupra adductis in hac quæſtione num. 9. & 33.* In pluribus verò poſſunt eſſe ambo valida, & efficacia, ergò quod dicitur in duobus eiuſdem, multò magis eſt dicendum in duobus
152 plurium,† nam vbi eſt eadem ratio, eadem eſt iuris diſpoſitio, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* & hoc modo argumentatur *Zucchard. dict. num. 284.* Quinimo cum minus videatur dicendum duo teſtamenta eiuſdem habere rationem tituli æqualis, nihilominus habent, intrat regula † ſi quod minus, videtur dicendum, & dicitur, ergo &
153 quod magis *Auth. multò magis, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

154 Secundò † certum eſt nullam eſſe habendam perſonarum exceptionem, *l. iuſtitia, ff. de iuſt. & iur.* Ergo ſi duo teſtamenta diuerſorum proferantur, aut vtrique concedenda immiſſio, aut neutri, nulla enim ratio, quare magis vni, quam alteri, at
155 non poteſt vtrique, † cum non poſſint duo fieri eiuſdem rei poſſeſſores inſolidum, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commod. l. duo, ff. de precar. l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſ.* Ergo neutri dabitur immiſſio, ſic alter dicetur alteri contradictor, & ideo ad viam ordinariam confugiendum, vt detur habenti potiora iura, quæ cum in poſſeſſorio æqualia ſint, ſequitur ad petitorium confugiendum, & ita via ordinaria agendum.

Ad primum reſpondendum ſupponi in vtroque habilia, ita vt quilibet illorum, ſi ſolus fuiſſet, potuiſſet immiſſionem impetrare, & ideò ambo oſtendunt teſtamentum non cancellatum, & ambo defuncti poſſeſſionem probant, quæ probari poteſt, quando diuerſis temporibus deceſſere, alioqui non eſſet opus iudicio ordinario ad diſcutiendum de potioritate iurium, ſed vnus ſummariè à Iudice ex officio arceretur, alter verò omni contradictione ceſſante abſque aliqua mora in poſſeſſionem mitteretur, vt omnia probans incumbentia, neque contradictorem habens, vt in argumento habetur.

156 Ad ſecundum reſpondendum † falſum eſſe vt duo prætendentes ex diuerſis ſubrogationibus factis occaſione diuerſarum vacationum, non dicantur parem titulum habere non obſtantibus Rotæ deciſionibus ſupra allatis, quas non afficere inferius apparebit *quæſt. 15. num. 15.* Vbi frequentiſſimè Rotam in contrarias partes iuiſſe oſtendemus.

Animaduertendum hic quoque iudicio ordinario agendum, perinde ac ſupra
157 diximus in primo articulo, † quando plures veniunt ex pluribus teſtamentis eiuſdē teſtatoris, Nulla enim prorſus diuerſitatis ratio viget, quod intelligendum vtroque afferente teſtamentum non cancellatum, & vtroque probante ſui anteceſſoris poſſeſſionem, Si quis enim in aliquo iſtorum defecerit, ex officio à Iudice eijcitur, vt diximus in primo argumento pro negatiua, & eius ſolutione, ideò nullum poteſt faceſſere negotium ad impediendam viam exequutiuam.

158 Declara hunc quartum articulum,† vt quemadmodum veniens ante ſententiam cum teſtamento alterius teſtatoris, vel ſubrogatione occaſione alterius vacationis eſt legitimus contradictor, & in cauſa vt Iudicium ordinariè agatur, idem dicendum, ſi veniat poſt ſententiam, quod probatur omnibus rationibus ſupra in ſecundo articulo deductis, cum nullum omnino diſcrimen intercedat inter producentem teſtamentum eiuſdem teſtatoris, & ſubrogationem occaſione eiuſdem vacationis, & producentem teſtamentum alterius teſtatoris, & ſubrogationem occaſione alterius vacationis, cæteris tamen paribus ſuppoſitis, vt iam probauimus in primo argumento, recteque ſentiunt *Ruin. Zucchard. & Menoch.* de quibus ſupra.

159 Declaratur ſecundo, † vt ſi veniat poſt ſententiam, & immiſſionem, non reuocetur

tur immiſſio, ſed agat iudicio petitorio ad ea, quæ ſupra in tertio articulo deducta ob paritatem horum caſuum iam expreſſam.

SVMMARIVM quinti Articuli.

160 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor reſpectu bonorum non profectorum à teſtatore fideicommittente, licet à grauato poſſideantur.*

161 *Onus nullum poteſt legitimè imponi.*

162 *Contradictor legitimus non eſt, qui non poſſidet. Declara vt nu. 174.*

163 *Libellus ad eum finem edi ſolet, vt conuentus deliberet an cedere, an contendere velit.*

164 *Contradictor legitimus non eſt qui poſſidet, ſi non habet conſimilem titulum.*

165 *Vocatus directè præfertur vocato obliquè, etiam in ijs caſibus, quibus vocati obliquè admittuntur.*

Declara id verum quando vterque in eodem teſtamento vocatus, ſecus in diuerſis vt num. 176.

166 *Contradictor legitimus non eſt, cuius non intereſt.*

167 *Legitimatio perſonæ in hoc iudicio eſt neceſſaria.*

168 *Exceptio, tua non intereſt, dicitur litis finitæ.*

169 *Et non ſolum repellit agentem, ſed etiam excipientem*

170 *Fideicommiſſarius, qui poteſt propria auctoritate capere, vel cui competit hoc beneficium, legitimus eſt contradictor aduerſus inſtitutum ab alio teſtatore in alio teſtamento.*

Declara ſi probet neceſſaria in hoc beneficio intentando, nimirum teſtamentum non abolitum, & poſſeſſionem defuncti tempore mortis, vt num. 178.

Declara ſecundo quando ex lectura teſtamenti manifeſtè apparet eueniſſe caſum fideicommiſſi, vt numero 179.

Declara tertio, vt ſit contradictor non ſolum ad efficiendum, vt cauſa ordinariè tractetur, ſed ab obtinendam pro ſe immiſsionem, vt numero 180.

171 *Prior tempore eſt potior iure.*

172 *Fideicommiſſario, qui poteſt propria auctoritate capere, competit vtile legis noſtræ remedium.*

173 *Fideicommiſſario dicitur quæſitum ius ſaltem ſpe tempore mortis primi defuncti, quod eſt conſiderabile, etiam ſi pendeat à futura conditione.*

175 *Fideicommiſſi titulus ſi habeat facultatem capiendi propria auctoritate, eſt conſimilis inſtitutioni.*

177 *Beroi auctoritas reprobatur.*

181 *Titulum nullum dicitur habere, qui fuit inſtitutus à grauato in bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

182 *Hæres non poteſt venire contra diſpoſitionem defuncti.*

183 *Contradictor legitimus non eſt, qui titulum non habet, vel non parem.*

184 *Titulus apparens facit legitimum contradictorem, quando incontinenti non apparet eſſe nullum.*

ARTI-

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando venit ex alio teſtamento ab alio teſtatore condito, diuerſum tamen titulum prætendit, nempè fideicommiſſi in eo tamen concurrunt eæ conditiones, quæ faciunt vt fideicommiſſarius propria auctoritate capere poſſit.

HIc articulus poſſet quoque poni infra ſub quæſtione decima, vbi agitur, An & quando fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor, verùm quia ibi principaliter agitur de fideicommiſſo, quod per modum exceptionis deducitur, ideo hoc loci ponendum decreui, vbi agitur de intentante æquè principaliter idem beneficium, licet ibi quoque pauca de eodem attingamus articulo ſecundo.

Frequentiſſimè in praxi hic articulus euenire poteſt, ſi enim faciamus quem teſtamentum confeciſſe, in eo filium ſibi hæredem inſtituiſſe, poſt eius mortem, ſi ſine filijs deceſſerit, aut etiam ſimpliciter ſubſtituiſſe Caium, cui dedit facultatem capiēdi propria auctoritate, ideo non eget reſtitutione, vt hoc beneficio vtatur, deinde filium iam inſtitutum ſine filijs decedentem inſtituiſſe Petrum, poterit Petrus velle ex teſtamento huius filij immitti tanquam directè inſtitutus, poterit Caius velle immitti tanquam vocatus in teſtamento patris per fideicommiſſum cum facultate capiendi, ecce quia talis caſus frequentiſſimè euenire poteſt, frequentiſſimè continget hunc articulum in foro verſari, quod tanto magis verum, quanto plures alij caſus ſimiles euenire poſſent, quibus in alio teſtamento per fideicommiſſum vocatus reſtitutione non egeat, vt in ſecundo fideicommiſſario in loco pio, & in alijs, de quibus infra quæſt. 10. Ideo ei competat idem beneficium, quod hæredi in alio teſtamento inſtituto.

160 Pro faciliori determinatione, vt certa ab incertis diſtinguantur, † Primò ſtatuendum quantum ad bona non profecta à primo teſtatore fideicommittente, *poſſeſſa* tamen à ſecundo teſtatore fideicommiſſarium primi teſtatoris non eſſe legitimum contradictorem, non enim reſpectu illorum competit aliquo modo immiſſio, vt ex textu noſtro apertè probatur concedente immiſſionem tantum in bona poſſeſſa à defuncto tempore mortis.

Secundò quantum ad bona ab illo profecta, non tamen fideicommiſſo ſubiecta, 161 cuiuſmodi eſt legitima, † cui nullum onus poſſe imponi manifeſtum *eſt l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſtam. vbi Doctores, Doct. in c. Rainutius, & in c. Rainaldus de teſtam. gloſ. Bart. Bald. Ang. Caſtren. & alij in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſtam. Roland.* qui infinitos allegat *conſ. 9. in princip. vol. 4.* ſtatuendum non eſſe contradictorem, eatenus enim contradictor excogitari poteſt, quatenus fideicommiſſarius, vt in terminis propoſiti articuli elicitur, At reſpectu legitimè non eſt fideicommiſſarius, quia legitima fideicommiſſario oneri ſubijci nequit, vt iam dictum, ergo &c.

Quantum verò ad bona à teſtatore primo profecta, neque à fideicommiſſi onerè exempta, res paulò obſcurior eſt, ideo diligentius perpendenda.

162 Videtur dicendum non eſſe legitimum contradictorem. Primò † quia non poſſidens non eſt legitimus contradictor, vt probat textus noſter ad hunc effectum ponderatus ſupra in primo artic. huius quæſtionis num. 3. tradit *Bart. in l. filiam fratribus, ff. ad Trebell.* & alij eodem numero ſupra relati, quod optima firmatur ratione; à non poſſidente enim nihil petitur, ideò is nihil excipere poteſt, ideo ne quidem ei libellus edendus, editur enim ad hunc finem, vt deliberare poſſit, at petita cedere

vellet,

vellet,an verò contendere,*l.1.vbi Doct.ff.de eden.*non eſt autem quod deliberet,an petita cedat, cùm nihil petatur.

164 Secundò, quia quemadmodum † poſſidens ſi non habet conſimilem titulum, non eſt legitimus contradictor *Bart.hic, num.21. Dec. num.4. Zucchard.num.3. Rota in cauſa Senen.Canonicatus 13.Maij,1588.coram Bubalo,Calagurritan.dimidiarum portionum 20.Nouembris 1593.coram Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ.D.Cardinali Mellino, Aſtoricen.Archidiaconatus 6.Nouembris 1602.coram Illuſtriſs.& Reuerendiſſ.D.Cardinali Lancellotto, Nauarien.beneficij 5.Iulii 1610.coram Reuerendiſſ.Coccino Rota Decano, Montis Faliſci Cappellaniæ 30.Ianuarij 1606.coram prædicto Cardinali Lancellotto,& 10.Aprilis eiuſdem coram eodem*; Ita & multo minus non poſſidens. At in ſpecie noſtra ſe opponens nec poſſidet, nec habet ſimilem titulum, ergo non eſt legitimus contradictor.

165 Tertiò,quia quemadmodum † in eodem teſtamento ſi concurrant vocatus directè & vocatus obliquè, etiam ijs caſibus, quibus vocati obliquè admittuntur ad hoc beneficium, præfertur tamen directè vocatus *ad Bero.conſ.57.num.15.vol.1.* & dicemus infra *in decimo articulo huius quæſtionis num.*243. ita inter vocatos pluribus teſtamentis dicendum videtur, cùm non appareat de diuerſitate rationis *ad l.illud,ff.ad l.Aquil.* Cum igitur inſtitutus in ſecundo teſtamento ſupponatur directè vocatus, inſtitutus verò in priori ſupponatur vocatus per obliquam diſpoſitionem inſtitutus in ſecundo erit præferendus, ſi ergo præferetur, non poterit eum impedire vocatus per fideicommiſſum in primo teſtamento.

166 Quartò † is,cuius non intereſt, non eſt legitimus contradictor, non enim habet
167 legitimam perſonam ſtandi in iudicio † cum tamen in hoc iudicio legitimatio perſonæ ſit neceſſaria, vt pro regula tradit *gloſſ.& cæteri poſt eam in l.2.ſupra hoc titulo. Alexan.in l.à Diuo Pio,§.ſi ſuper rebus,num.3.ff.de re iudic.& conſ.59.num.2.vol.2. Bald.hic num.42. Zucchard.nu.393. Andreas Siculus, Niger.& alij in rubr.C.qui admitti,Menoch.remed.4.de adipiſc.num.441.*vbi plures allegat, & nos infra
168 ſuo loco ex profeſſo confirmabimus, Hinc factum † vt exceptio (tua non intereſt) dicatur litis finitæ *l.loci corpus.§.competit,ff.de ſeruit.vrbic.l.poſtumus,§.ſi quis ex his,ff.de inoff.teſtam.Dec.conſ.302.num.4.& 5.Cranett.conſ.182.num.8. Surd.de-*
169 *ciſ.52.num.2.* † neque ſolum repellit agentem, ſed & excipientem *l.1.ff.de appellat.non recip.l.ille,à quo §.ſi de teſtamento, vbi notant Doct.ff.ad Trebell.c.cum inter de electio. Surd.deciſ.149.num.24.* At non poſſidentis non intereſt, quia nihil ab illo aufertur,non poſſeſſio,quia non poſſidet,non dominium,quia non eſt dominus,non ius aliquod, aut ſpes dominij, quam habeat, quia integra manet ſua actio ex fideicommiſſo, qua hæreditate obtenta ab Inſtituto in poſteriori, teſtamentum ſuum ius conſequetur.

Quintò,quia in terminis noſtris ita videtur decidere *Bero.conſil.58.in fin. lib.2.* vbi inquit ſi fideicommiſſarius,qui habet facultatem capiendi propria auctoritate à teſtatore, concurrat cum hærede grauato circa immiſſionem; & appræhenſionem poſſeſſionis ex beneficio dictæ legis fin. præfertur hæres ipſi fideicommiſſario, & hæres dicitur legitimus contradictor, quia poteſt illius immiſſionem impedire, & dicere ego prius debet immitti & conſeruari in poſſeſſione mea allegat *Bald. conſ.335.incipit veritas eſt lib.1.& Dec.conſ.84.col.2.* quinimò hæc opinio videtur tribui Rotæ à promulgatoribus deciſionum *Scraphini in ſummario deciſ.83.*

In contrarium eſt veritas, quam tenuere omnes Interpretes licet non explicitè,
170 & in indiuiduo hunc caſum explicantes † quando ſtatuunt fideicommiſſarium, qui poteſt propria auctoritate capere, vel cui competit hoc beneficium eſſe legitimum contradictorem, *ita Zuchard. dicto num.419. Grat. conſil.140. num.12. lib.1. Roland.conſil.28.num.17.lib.3. Menoch. de adipiſcend. remed 4.num.633. verſ.1.illis caſibus. Dec.conſil.424.num.15. Boer.quæſt.756.num.13.dixi infra quæſt.*

quæſtione decima, num.47. vbi congrua occaſione nonnulla in hoc eodem puncto
attigi.
Probatur autem primo, quia quando cæteris paribus pluribus idem ius compe-
tere poteſt, ſi inter ſe incompatibiles ſint, is præfertur, alio excluſo, cui primo ius
171 quæſitum † prior enim tempore potior iure, regula qui prior, vbi latè *Dyn. de reg.*
iur. in 6. l. qui generaliter, l. qui Balneum, in princ. ff. qui potiores in pignor. l. quoties
vtriuſque, ff. de reg. iur. At cæteris paribus legis noſtræ beneficium poſſet compe-
tere, & hæredi in poſteriori teſtamento inſtituto, & fideicommiſſario in priori, Hæ-
redi quidem, quia hoc apertè ex tex. noſtro colligitur, nulluſque eſt, qui dubitet,
fideicommiſſario verò, quia ſupponimus in terminis articuli noſtri reſtitutionem
172 pro facta habere, † poſſeque fideicommiſſarium propria auctoritate capere, quo ca-
ſu certum eſt eidem competere vtile legis noſtræ remedium, cum in talem fidei-
commiſſarium iura & actiones tranſeant ipſo iure *Bart. in l. noſtra, nu.9. verſ. adde,*
& in l. penult. §. cum autem, num.7. C. ad Trebell. Ang. conſ.137. in fin. verſ. ſuper
hoc, Rip. qui de communi in l. Centurio, nu.51. ff. de vulg. Aret. conſ.37. in fin. Iaſon.
conſ.214. num.8. lib.2. Honded. conſ.64. num.57. vol.1. ſuntque incompatibiles, quia
plures in ſolidum poſſidere nequeunt, vt millies decantauimus *l. ſi vt certo, §. ſi duo-*
bus vehiculum, ff. commodat. l. duo, ff. de precar. l.3. §. ex contrario, ff de acquir. poſſ.
Igitur is præfertur, alio excluſo, cui primò ius quæſitum, At primò ius quæſitum fi-
deicommiſſario in primo teſtamento honorato, quàm hæredi in poſteriori inſtitu-
173 to, † quia fideicommiſſario ſaltem ſpe quæſitum eſt ius tempore mortis primi de-
functi, quod quidem ius eſt conſiderabile etiam ſi pendeat à futura conditione *ad*
Bartol. in l. fin. num.18. C. de pact. & in l.15. num.12. ff. de acquir. hæredit. ſequitur
Alex. conſ.67. num.6. verſ. non obſtat, & conſ.94. num.6. vol.1. Sarnen ſuper regula
de iure quæſ. non tollen. q.4. num.54. verſ. ſecundus caſus, Roſa in vna Romana fidei-
commiſſi de Vecijs 28. Iunij 1604 coram Litta.
174 Ad primum reſpondendum quantum ad rem noſtram attinet † non poſſidentem
non eſſe legitimum contradictorem ſi directè per modum exceptionis contradicat,
ſecus ſi indirectè & per modum actionis, tantum enim abeſt, vt tunc poſſeſſio ſit ne-
ceſſaria, vt talis modus contradicendi non detur, niſi in non poſſidente, in quo vice
poſſeſſionis ſuccedit ius agendi, quod ob incompatibilitatem cum actione hæredis
facit illam ceſſare, vt in primo argumento pro affirmatiua.
175 Ad ſecundum reſpondendum † titulum fideicommiſſi ſi ſecum habeat faculta-
tem capiendi propria auctoritate eſſe conſimilem inſtitutione, ideò nihil repugna-
re quominus faciat legitimum contradictorem; quod eò magis verum quando ſu-
mus in contradicente non per modum exceptionis, ſed per modum actionis, ſuffi-
cit enim cum talem titulum habere, qui ius agendi tribuat, ita, vt ob incompatibili-
tatem faciat ceſſare in aduerſario hoc beneficium vt ſupra.
176 Ad tertium reſpondendum † vigere diuerſam rationem inter plures in eodem
teſtamento vocatos, & plures in diuerſis teſtamentis, nam in primo caſu non datur
prærogatiua temporis, cùm vnicum teſtamentũ eodem tempore ſit factum, *l. hære-*
des, § fin. ff. de teſtam. In ſecundo verò datur prærogatiua temporis, de qua ſupra
in primo argumento, Secundo reſpondendum non ſemper directè vocatum prius
admitti, quam obliquè vocatum, id enim fallit, quando obliquè vocatus æquè ex
eodem teſtamento notorium facere poſſit, ſe iuſtè immiſſionem prætendere, vt ali-
bi in eod. argumento diximus.
Ad quartum reſpondendum quamuis non poſſideat, ſua tamen intereſſe, ne ad-
uerſarius immittatur, per illius namque immiſſionem ipſe excluditur, cùm tamen
iuſtè ſe immittendum profiteatur, vnde ſi non poſſeſſione, proxima tamen poſſiden-
di facultate priuatur, præterquam quòd etiam ſi tunc ipſe exequutiuam immiſſio-
nem prætendere non poſſet, ſua intereſt poſſeſſionem vacantem manere facilius
enim

enim eam conſequeretur, quàm ſi ab alio eſſet obtenta; vt etiam ſupra diximus *q.2.num.106.& infra q.5.num.36.*

177 Ad quintum † reſpondendum *Beroum* loqui contra rationem, ideo eſſe ab eius auctoritate recedendum, tantò magis quia neque *Bald.* neque *Decius* ab eo allegati illud affirmant, ad quod allegantur, *Cardinalis* autem *Seraphinus* non illud in ſua deciſione dicit, quod illi in ſummario adſcribitur, vt quilibet legendo facilè intelliget.

178 Declaranda eſt hæc ſententia † vt vera ſit probante fideicommiſſario ea, quæ in hoc beneficio intentando ſunt neceſſaria, nimirum teſtamentum non abolitum, in quo vocatus ſit, & poſſeſſionem defuncti tempore mortis, quia fortè veniat cum inuentario ſolemni tempore mortis confecto, quo mediante poſſeſſionem defuncti continuò probet, non probans enim non concurrit, quia ei non compe- tit hoc remedium.

179 Declaratur ſecundo, vt vera ſit, † quando ex lectura teſtamenti manifeſtè apparet cueniſſe caſum fideicommiſſi, ita vt nulla coniectura, nulla interpretatione, nullo diligenti examine, aut alia indagine opus ſit, tunc enim inſtitutus in poſteriori teſtamento immitteretur probatis ab eo probandis, quem vocatus in priori ob altam indaginem in ſuis prætenſionibus neceſſariam, non excluderet *ad l.2.cum ibi notatis ſupra hoc titulo. Dec.conſil.424.& 477. Rolan.à Vall.conſil.1.num.71. & plenius conſil.98.num.40.volum.3. & alibi copioſè dixi, præcipuè in articulo ſequenti num.*187.

180 Declaratur tertio † vt non ſit contradictor ad hunc effectum ſimpliciter, vt cauſam faciat ordinariè tractari, ſed vt impedita hæredis immiſſione, ipſe immittatur in bona fideicommiſſo ſubiecta, quæ ſi poſtea aliquo iure prætendat hæres poſt fideicommiſſarij immiſſionem, veniat via ordinaria, iuxta ea, quæ de fideicommiſſario in eodem teſtamento inſtituto diximus infra *in artic.*10.*num.*272. quæ quidèm declaratio vltra ibi dicta, confirmatur, quia ſi quoquo modo iam hæres in poſteriori teſtamento inſtitutus poſſeſſionem obtinuiſſet, nihilominus iſte fideicommiſſarius eſſet mittendus, eo eiecto, qui non eſſet legitimus contradictor, non enim titu-

181 lum parem haberet, † quinimò nullum quantum ad bona fideicommiſſo ſubiecta, cum illius titulus veniat à grauato, qui contra diſpoſitionem ſui auctoris non poterat efficere, vt talia bona ad alium peruenirent, quàm ad eum, ad quem peruenire

182 iuſſerat teſtator immediatè abſque aliqua hæredis reſtitutione, † alioqui veniret contra diſpoſitionem defuncti, quod abſurdum, *ad Dec.conſ.*254.*num.*3.*Curt.iun.*

183 *conſil.*120.*num.*7. *Surd. deciſ.*93.*num.*9. Quare † cùm titulum non habens, aut non parem, non ſit legitimus contradictor aduerſus venientem cum titulo, & probantem ſui anteceſſoris poſſeſſionem, vt ſuo loco diximus, poſſidens non impediret immiſſionem propoſiti fideicommiſſarij, multo ergo minus antequam poſſideat, *ad l.Patre furioſo, ff.de his, qui ſunt ſui vel alien.iur.l.fin. C.de donat.l.*3. §.1.

184 *ff.de alien.iud mut.ca.fac.* † Neque dicatur ſufficere titulum apparentem in poſſidente, titulum autem apparere ex ſuo teſtamento; hoc enim verum, niſi incontinenti appareat huiuſmodi apparentem titulum nullum eſſe, id autem apparet, cum primum fideicommiſſarius ſuo teſtamento oſtenſo probat defuncti poſſeſſionem, & fideicommiſſum ad ſui fauorem factum, ideo in his tantum terminis eum immittendum in declaratione ſecunda adnotauimus.

SVMMARIVM
ſexti Articuli.

185 *Obſcuritas facit teſtamentum nullum.*

186 *Probans incumbentia, & adimplens legis noſtræ requiſita, eſt immittendus nullo poſſidente cum titulo æquali.*

187 *Exceptiones altam indaginem requirentes, non admittuntur in hoc iudicio ad ſuſpendendam, aut retardandam immiſſionem.*

188 *Incontinenti qui de iuribus ſuis non probat, non admittitur in hoc iudicio.*

189 *Iuris quæſtio altam non dicitur requirere indaginem, quia ius ſemper certum.*

190 *Facti quæſtio difficilis altam dicitur requirere indaginem.*

191 *Iudex in remedio legis noſtræ procedit ſuperficialiter attenta, & mouetur prout prima facies teſtamenti oſtendit.*

192 *Iudex, vbi ſuum officium requiritur, debet ſequi apparentiam facti.*

193 *Officium Iudicis requiritur in remedio legis noſtræ.*

194 *Quæſtio iuris tanquàm certa, quæ libris apertis terminari poteſt, non impedit viam executiuam. Declara vt num. 207.*

195 *Iudicio poſſeßorio agendum videtur, quando nullus poſſidet, Fallit ſi cumuletur petitorium cum poſſeßorio, num. 207.*

196 *Pluribus ex eodem teſtamento venientibus, quia quilibet eorum pretendit ſe eum eſſe, qui vocatus, & res non omninò dubia, quis verè vocatus, ſed aliqua diligentia adhibita, apparere poteſt quis vocatus, non ſummariè agendum, ſed ordinariè.*

197 *Appellatio non datur à decreto de immittendo.*

198 *Appellatio datur à decreto de non immittendo, quando Iudex pronunciauit, denegando immiſſionem.*

199 *Appellare conceditur parti, contra quam pronunciatum, quando alteri parti, contra quam pronunciatum fuerat, appellare licuit.*

200 *Leges nihil fruſtra faciunt.*

201 *Declaratio tacita facta in poſſeßorio per proceſſum ad vlteriora, quamuis merita petitorij reſpiciat, non parit mixturam, nec facit cauſam appellabilem.*

202 *Intellige quando vnicum eſt Iudicium, ſecus ſi duo ſint iudicia, quia ambo litigantes æquè principaliter agant.*

203 *Iudex in iudicio executiuo debet procedere, re ſuperficialiter attenta.*

204 *Argumentum à paritate rationis valet.*

205 *Argumentum à maioritate rationis valet.*

206 *Altam indaginem requirentia non terminantur hoc iudicio.*

ARTICVLVS SEXTVS.

Quando ambo veniunt ex eodem teſtamento, quia vterque eorum prætendit ſe eum eſſe, qui vocatus eſt, quia fortè ex circumſcriptione hæredis duo videntur circumſcripti, quorum vterque ſe eum eſſe, qui vocatus eſt, prætendat, cum tamen appareat teſtatorem alterum tantum eorum voluiſſe.

QVamuis nullus interpretum, quem viderim, huiuſmodi articulum attingat, quia fortè rarò admodum euenire poſſe crediderint, potiſſimum in inſtitutione pura, in qua difficillimè videtur oriri poſſe ambiguitas huiuſmodi; Nihilominus quia id haud difficulter in conditionali ſaltem euenire poſſet, in qua dubitetur, quis ille ſit, in quo purificata conditio, frequentius autem in fideicommiſſis, in quibus variæ conditiones, & varij caſus ſolent à teſtatore conſiderari pro quorum varietate huic, vel illi hæreditatem velint reſtitui, quorum determinatio parum erit diſſimilis à determinatione præſentis articuli, ideò rem non ommittendam decreui.

Pro determinatione faciliori, certa à dubijs diſtinguendo, tres caſus conſtituo. Primus quando verba verè adeo obſcura, vt non poſſit intelligi de quo teſtator verè ſenſerit. Secundus quando non ſunt obſcura, ſed eſt manifeſtum de quo ſenſerit teſtator, licet contradictor id velit in dubium quaſi pertinaciter reuocare. Tertius, quando nec omnino res clara, nec abſolutè & omnino dubia, ſed adhibita diligenti conſideratione tum verborum teſtatoris, tum coniecturarum voluntatis, tum qualitatum, & conditionum eorum, qui ſe vocatos aſſerunt, res poteſt aliquo modo determinari, puta ſi teſtator vocauerit filium tuum naturalem, cùm duos haberet filios, quorum alter adulterinus, alter naturalis, dubium autem ſit quis adulterinus, & quis naturalis;

Quantum ad primum quando verba adeò obſcura, vt non poſſit intelligi de quo
185 teſtator loquatur, nullum horum admittendum cenſeo, † Obſcuritas enim talis facit teſtamentum nullum, *l. ſi. Titius, ff de condit. inſtit. l. ſi ita fuerint à principio, ff. de reb. dub. l. in tempus, §. quoties, ff. de hered. inſtit. l. cum ex pluribus, ff. de manumiſſ. teſtam. cum alÿs alibi allegatis.*

Quantum ad ſecundum quando nullo modo obſcura, ita vt facilè intelligatur de quo ſenſerit teſtator, licet contradictor id velit in dubium reuocare, aſſerendum reor nullo modo impedire poſſe immiſſionem.

186 Probatur primo † quia probans ſibi incumbentia, & adimplens legis noſtræ requiſita, ex beneficio eiuſdem eſt immittendus; nullo poſſidente cum titulo æquali, vt idem tex. probat, & ſæpiſſimè dictum; At in re noſtra incumbentia probat, qui oſtendit teſtamentum non cancellatum, ex cuius lectura appareat eum eſſe in illo inſtitutum, Reliqua enim ſupponuntur, nempè poſſeſſionem quoque defuncti probari, ergo &c.

187 Secundò, quia exceptiones requirentes altam indaginem in hoc iudicio non admittuntur ad ſuſpendendam, aut retardandam immiſſionem *l. 2. vbi Doctores ſupra hoc titulo. Dec. conſil. 424. & 477. colum. fin. in fin. Rol. à Val. conſil. 1. numero 21. volum. 1. & latius conſil. 98. num. 40. volum. 3. Dec. conſil. 588. colum. 2. Angel. conſil. 134. quidam nomine Matthesſilanus, Bald. conſil. 442. Non tangendo ſubſtantiam vol. 1. & melius conſil. 128. premiſſis verbis, vol. 3. dixique in hoc eo-*
188 *dem articulo, num. 206.* Neque admittitur in hoc iudicio qui incontinenti de iuribus ſuis non poteſt probare *Bald. in l. filiam fratribus, ff. ad Treb.* Sequitur *Dec. conſ. 84. col. 2. Rol. à Val. dict. conſil. 1. num. 24. vol. 1. Rimin. iun. conſil. 69. num. 14.* At quando verba clarè de vno ſonant, ſi quis velit probare de eo non eſſe intelli-

genda, de quo ſonant, ſed de ſeipſo, vtique exceptionem opponit requirentem altam indaginem, non enim ex ſimplici teſtamenti lectura de tali exceptione appa-
189 rere poteſt, neque hic oritur ſimplex † iuris quæſtio, quæ libris apertis ſtatim terminari poſſit, quæ ideo non dicatur requirere altam indaginem, quia ius ſemper certum ſit *ad l ornamenta, ff. de auro & argen. legat. Bald. in l. Ancillæ, C. de furt. Natt. conſil.* 502. *num.* 9. & 10. *Bald. in l. cum proponas, C. de reb. dub. Rolan. à Vall conſil.* 22. *num.* 38. *vol.* 3. *Rim. iun. conſil.* 332. *num.* 20. Verùm vel de modo loquendi teſtatoris, qui contradictorem ſoleret vocare eo modo, quo vocauit inſtitutum, qui eum, quem verba indicant, non cognoſceret, aut conſimilibus rebus eſſet
190 differendum, quæ omnes ſunt † quæſtiones facti inextricabiles, & requirentes altam indaginem, & nullo modo probabilis incontinenti.

191 Tertio quia † Iudex in hac materia procedit cortice verborum inſpecto, & re ſuperficialiter attenta, & debet moueri, prout prima facies teſtamenti oſtendit *Bald. in l. noſtra in ſexto notab. Zuccard. num.* 82. *Dec. num.* 15. *Menoch. de re-*
192 *cuper. remed.* 4 *num.* 683. *cum ſeq. & ex eo probatur* † quia vbi requiritur officium
193 Iudicis, Iudex debet ſequi apparentiam, vt aiunt præfati Doctores. † At in re noſtra proceditur per officium Iudicis, vt eſt communis ſententia, quam aduerſus *Bart. Alexand. & Iacob. de Sancto Georg. tenuerunt Bald. Salycet. Caſtrenſ. Dec. Mantua. Zuccard.* qui veriorem appellat, & *Menoch.* qui communem *dicto remed.* 4. *num.* 494. *ſequitur Rimin. iun. conſil.* 352. *num* 4. At cortice inſpecto contradictor noſter nullum ius habet, Ergo &c.

Quantum ad tertium caput quando res non omnino dubia, nec omnino clara, ſed aliqua adhibita diligentia res determinari poteſt.

Videtur primo aſpectu de rationibus vtriuſque agendum, & dicti teſtamenti interpretatione, & ille immittendus, de quo teſtatorem ſenſiſſe eſt iudicandum,

194 Primò quia † quæſtio iuris tanquàm certa, quæ libris apertis terminari poteſt, non impedit viam executiuam, non enim dicitur requirere altam indaginem, *l. ornamento, ff. de aur. & arg. legat. Bal. in l. Ancillæ, C. de furt. Natt. conſ.* 502. *num.* 9. & 10. *Bald. in l. cum proponas, C. de reb. dub. Rol. à Val. conſ.* 22. *num.* 38. *vol.* 3. *Rim. d. conſ.* 352. *num.* 70. *fuit dictum in vna Hiſpalen. Corduben.* 15. *Decembris* 1600. *coram Illuſtriſ. & Reuerendiſ. Cardinali Lancellotto, & in vna Ariminen. bonorum* 17. *Octobris* 1586. *coram Bubalo, Apud Statil. Pacif. deciſ.* 82. *num.* 13. At interpretatio verborum & voluntatis defuncti, eſt iuris quæſtio, in qua per iuris præſumptiones eundum, ergo interpretatio verborum & voluntatis non impedit viam executiuam.

195 Secundò quia † nullo poſſidente poſſeſſorio iudicio, & executiuo agendum videtur, cum nullus extet, qui in petitorio conueniri poſſit ad tradita *per Zuccard. hic num.* 369. & *Menoch. num.* 559. & *faciunt tradita in c. forus extra de verb. ſignific. dixi ſupra in hac quæſtione num.* 27.

Contrariam ſententiam veriorem arbitror, Probatur autem.

196 Primò, † quando duo æquè principaliter veniunt petentes ambo immiſſionem ex legis noſtræ beneficio, idem teſtamentum oſtendentes; Aut Iudex æquè principaliter in vtriuſque inſtantia ſeparatim pronunciat, declarando in vna vnum immittendum, in alia alium non immittendum; Aut eadem ſententia relaxando mandatum in fauorem vnius, de alio nihil expreſsè pronunciat, ſed tacitè alterum immittendo, eum declarat excludendum; Si primum contingat, certum eſt eum,
197 contra quem ſententia eſt lata, appellare poſſe, † quamuis enim à decreto de immittendo non detur appellatio *l. fin. ff. de appell. recip. l. quiſquis, vbi Bartol. Bald. Salycet. Caſtrenſ. C. quor. appell. gloſſ. in l. noſtra in verb. miſſus, & ibi*
198 *Bartol. numero vigeſimoprimo.* † datur tamen à decreto de non immittendo,

quando

quando nempè Iudex pronunciauit denegando immiſſionem, vt tenet *Angel. in*
dicta l. quisquis numero tertio, quod ſe in ſacris audientijs practicaſſe teſtatur
Iacobin. de Sanct. Georg. hic num. 56. Zucchard. num. 443. cum alijs per Me-
noch. remed. 4. quaeſt. 100. num. 876. Lancellot. de attent. par. 3. cap. 28. num. 89.
Sequitur Rota in vna Barchionen. parrochialis 29. Nouembris 1613. coram
R. P. D. Buratto, & ideò neque poſtea in ſecunda inſtantia eſt dandum manda-
tum de immittendo illi, contra quem in prima inſtantia fuit pronunciatum, ſed
199 per viam ſententiæ eſt procedendum, † vt quemadmodum ei licuit appellare, con-
tra quem pronunciatum, ita & parti aduerſæ licere poſſit, *l. pater, §. quindecim,*
ff. de legat. 3. Contrad. in l. vnica, quaeſt. 13. num. 17. C. ſi de moment. poſſeſſ. Rota in
vna Viterbien. fideicommiſſi 20. Martij 1602. coram Litta, Anconitan. aſſecuratio-
nis 1. Iulij 1602. coram Reuerendiſſ. Coccino Rotæ Decano, & ita ſi hoc primo modo
agat Iudex, conſtat iudicium fieri ordinarium, & appellabile.

Neque dicatur, quamuis detur appellatio à decreto de non immittendo, il-
li aduerſus quem fuit prolatum, non tamen eidem dari appellationem etiam à
decreto de alio immittendo, quamuis enim in iudicio ſimplici hoc verum ſit,
tamen in hoc duplici contrarium erit aſſerendum, ex eo enim quod datur appel-
latio à decreto contra me lato de non immittendo, nec inanis, & futilis ſit talis
200 appellatio, quod non eſt dicendum, † cum leges nihil fruſtra permittant, *l. hec*
ſtipulatio, §. Diuus, ff. vt legatorum nomine caueatur, l. non cogendum, §. Sabi-
nus, ff. de procurator. cap. 2. de probation. l. 1. ff. quod met. cauſ. l. 1. in fin. ff. ad
municip. §. quibus primo, Conſtit. Cod. l. 3. in princip. ff. de iureiur. neceſſe eſt vt
detur quoque ſaltem in conſequentiam, à decreto de altero immittendo, alio-
qui appellans non poſſet proſequi appellationem ſuam, & futiliter omnino appel-
laſſet, Si verò ſecundo modo, aut non ſatisfacit Iudex vtrique iudicio, quod eſt
abſurdum, & euitandum, Cum enim ambo æquè principaliter agant, vtrique
æque primo ſatisfaciendum, ne fiat perſonarum exceptio, Aut decretum de vno
immittendo vim habet æque principaliter etiam decreti de alio non immittendo,
& ita per idem vtrique iudicio ſatisfacit æque, ita vt in eo virtualiter duo decreta
contineantur non minus ac ſi ſeiunctim prolata, & idem dicendum, quod ſupra,
iudicium nempè fieri ordinarium, & appellabile, cum is contra quem pronuncia-
tum appellare poſſit.

201 Neque dicatur † declarationem tacitam reſpicientem merita petitorij, quæ fit
per proceſſum ad vlteriora, nimirum per immiſſionem ſpreta aduerſarij inſtan-
tia, non parere mixturam, nec facere cauſam appellabilem ad Rotam deciſ. 100.
num. 29. par. prima, alioqui ſequeretur vt nunquam eſſet locus legis noſtræ re-
medio, quia ſemper qui pronunciat aliquem immittendum tacitè includit eum
202 eſſe vocatum, non vero alium, † hoc enim procedit quando vnus venit vt actor,
alter vt reus excipiens, nam tunc ſufficit vt actorem principaliter includat, altero
in conſequentiam excluſo, quia vnicum eſt iudicium, ſecus vero quando ambo
veniunt, & æquè principaliter agunt, nam tunc duo ſunt iudicia, æque principali-
ter à duobus intentata, & ambo æquè principaliter terminanda, aut per ſe-
paratas pronunciationes, aut ſi per vnicam, quæ tamen habeatur, ac ſi æquè
principaliter duas contineat, alioqui daretur vnum iudicium principaliter in-
choatum, & legitimum, quod remaneret indefinitum, & daretur exceptio per-
ſonarum, cum nulla maior ratio ſuadeat, vt magis vnum principaliter terminetur,
quàm aliud.

203 Secundo † in iudicio executiuo immiſſionis iudex procedit cortice verborum
inſpecto, & re ſuperficialiter attenta, & debet moueri, prout prima facies teſtamen
ti oſtendit, vt ſupra dictum in hoc eodem artic. num. 191. Et ſecundum primam fa-
ciem nullus eſſet immittendus, quia prima facie inſpecta, non apparet de quo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

teſtator ſenſerit, & ſic non eſt locus huic iudicio, meritò alio erit agendum, & per conſequens ordinario.

Tertiò, quia nullum diſcrimen, aut diuerſitatis ratio videtur afferri poſſe inter producentes diuerſa diuerſorum teſtatorum teſtamenta, & diuerſa eiuſdem teſtatoris, & idem eiuſdem; ſi enim producentes diuerſa, parem habent titulum ideò ſe inuicem impediunt, quo minus executiue agant, quanto magis dicentur parem habere, & per conſequens ſe impedire qui idem afferunt teſtamentum? cum certum ſit nullam, ne minimam quidem imparitatem afferri poſſe, in cæteris poteſt eſſe vnum teſtamentum verum, aliud falſum, vnum prius aliud poſterius, vnum à non poſſidente tempore mortis confectum, aliud a poſſidente, vnum per aliud reuocatum, & ita venientes poſſint habere titulos impares, nihilominus quia prima facies attenditur, vt pares accipiuntur, at ſi eundem producant, vel ambo habeant verum, vel ambo falſum, vel ambo reuocatum,
204 vel ambo non reuocatum, &c. Vnde non ſolum † intrat regula à paritate ratio-
205 nis *ad l. illud, ff ad l. Aquil.* † verùm à maioritate *ad Authent. multò magis, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Quartò, ſi executiue agendum, vterque immittendus, quia vterque æquè primo executiuum iudicium intentat, & nulla maior ratio in vno, quàm in alio excogitari poteſt, nam vterque idem teſtamentum, vterque eandem apparentiam; alioqui res non eſſet probabiliter dubia, Ad vtrumque immittere eſt impoſſibile, ergo eſt impoſſibile vt executiuè agatur, vnde conſequens eſt vt ordinariè.

Ad primum reſpondendum, vel quæſtionem non eſſe iuris ſimpliciter, ſed habere admixtam facti quæſtionem, quia non ſolum vis verborum teſtatoris eſt perpendenda, verùm mos eiuſdem loquendi, conditiones prætendentium, maior, vel minor affinitas, ex quibus poſteà in facto firmatis reſultare poſſit iuris coniectura quem nam vocauerit, hæc autem diligens examen, & altam requie-
206 runt indaginem, † ideò non ſunt in hoc iudicio perpendenda ad cumulatos ſupra *in hoc eodem artic. num. 187. quibus addo Socin. iun. conſil. 75. num. 2. vol. 1. & conſil. 97. num. 45. volum. 2. Bero. conſil. 57. volum. 2. Deciſ. Neapol. 14.*
207 *num. 4. Gozad. conſil. 7. num. 17.* † Vel quatenus eſt quæſtio iuris, & iuris ambigui, recipientisque varias interpretationes, in quo variæ reperiuntur interpretum ſententiæ eſt enim materia coniecturalis, in qua agitur de interpretanda, & quaſi diuinanda mente defuncti, quam valdè ambiguam, nemo mediocriter in iure verſatus eſt, qui planè non intelligat, & ideo idem iudicandum, quod de quæſtione facti *ad Bartol. in l. cum prolatis, ff. de re iudic. Roland. à Vall. conſil. 22. num. 36. volum. 3. Socin. conſil. 59. col. 2. Capic. deciſ. 10. num. 19. Rimin. iun. conſ. 352. num. 13. & 71.*

208 Ad ſecundum † reſpondetur non eſſe abſurdum, vbi cumulatur petitorium cum poſſeſſorio, non dari actualem diſtinctionem inter actorem, & reum, ſed poſſe vtrumque rationem vtriuſque habere, quemadmodum in ſimplici poſſeſſorio, qua de re ſupra diximus *in hac quæſtione num. 38. & ſeq.*

SVM-

SVMMARIVM
Septimi Articuli.

208 *Contradictor legitimus per modum actionis eſt quicunque legis noſtræ beneficium intentare poteſt.*

209 *Plures non dantur eiuſdem rei inſolidum poſſeſſores.*

210 *Inſtituto in quota competit legis noſtræ beneficium remiſſiuè, & eſt legitimus contradictor aduerſus uniuerſalem hæredem.*

211 *Intellige ratione ſuæ quotæ, & vt non facit cauſam ordinariè tractari, ſed vterque in ſua parte executiuè immittitur.*

212 *Generi per ſpeciem derogatur.*

213 *Teſtamentum totum eſt legendum, vbi quæritur in qua parte in teſtamento inſtitutus ſit immittendus.*

214 *Ius non habens in eo, quod petit, eſt reijciendus.*

215 *Inſtitutus vniuerſaliter, inſtituto in quota non adeunte, per ius accreſcendi in totum fit hæres.*

216 *Inſtitutus in quota, vel in re ſingulari, hærede vniuerſaliter inſtituto non adeunte, in totum fit hæres.*

217 *Mandatum de immittendo pro tota hæreditate obtentum ab eo, qui ius tantum in parte habebat, in totum eſt nullum, & reuocandum.*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Quando venit ex eodem teſtamento, & parem prætendit titulum quantum ad genus, quia nempè fuerit inſtitutus, non verò quantum ad ſpeciem, aut numerum, quia nec in eadem inſtitutione dicat ſe vocatum, neque in æquali, ſed cum alter fuerit vniuerſaliter inſtitutus, hic in quota, puta in tertia fuit vocatus.

IN huiuſmodi articulo duæ conſtituendæ inſpectiones, aut enim iſte venit petendo immiſſionem in ea parte tantùm, in qua inſtitutus, ita vt agatur de excludendo hærede ab illa parte ſola, Aut vero venit petendo immiſſionem in omnẽ hæreditatem, quaſi per ius accreſcendi tota ſibi debeatur; quia fortè alius hæres ſit incapax, primæ inſpectionis determinatio propria eſt huius loci, cum fundetur contradictio in ſolo titulo pari, ſitque verè directa non per modum exceptionis, ſed per modum actionis; ſecunda vero non pertinet adhunc locum, cum contradicatur per formam exceptionis, opponendo de incapacitate, & de ea alibi.

Licet enim incapacitate ſuppoſita, veniat inſtitutus in parte per viam actionis, tamen dum de eà dubitatur, venit excipiẽdo, vt declarata incapacitate poſtea agat, vnde via exceptionis præcedit viam actionis, & ſi fortè eodem tempore de vtraq; agatur, ſemper iudicium incapacitatis, & ſic exceptionis natura eſt prius, cum iudicium actionis ab eius determinatione pendeat, vnde de tali caſu erit agendum quando de contradictione per modum exceptionis agemus.

Quantum igitur ad primum, pendet eius determinatio à quæſtione, nunquid
208 huic inſtituto liceat hoc remedium intentare, † Quatenus enim liceat intentare, catenus legitimus erit contradictor, cum tota contradictio conſiſtat in intentando æquali-

æqualiter eodem remedio, vt ſupponitur in terminis quæſtionis.

209 Probatur autem hæc ſententia, † nam cum plures non poſſint dari eiuſdem rei
poſſeſſores inſolidum *vulg. l.ſi vt certo §.ſi duobus vehiculum,ff.commod. l.duo, ff.*
de precar.l.3.§.ex contrario.ff.de acquiren.poſſeſ. incluſio vnius erit neceſſaria,alte
rius excluſio, *l.Pretor ait,ff. de Iudic. l.Tribunus,§.fin.ff. de teſtamen.milit. vbi*
Bald. & Cuman.cap.non ne de præſcriptio. Quamobrem quatenus admittitur, ſeu
210 immittitur in quota inſtitutus,catenus excluditur inſtitutus vniuerſaliter,† An au
tem inſtituto in quota competat hoc remedium, & pro qua portione *Menoch. de*
adipiſc.remed.4.num.114. Achill.Perſonal. de adipiſc. num.182. & nos alibi latè
explicabimus.

211 Declaranda hęc determinatio,vt quatenus † In quota inſtitutus eſt legitimus cō
tradictor aduerſus inſtitutum vniuerſaliter,nō ſit eo modo, quo alius vniuerſaliter
in alio teſtamento inſtitutus,vt nimirum impediat viam executiuam, ſitque in cau
ſa, vt ordinarie agatur, ſed vterque in ſua parte executiue immittatur, & ratio di-
ſcriminis eſt, quia primo caſu reſpectu eiuſdem rei allegant vtræque partes parem
212 titulum,hic vero reſpectu rerum diuerſarum, † cum enim generi per ſpeciem dero
getur, *cap.generi per ſpeciem extra de regul.iur.* Conſtat inſtitutionem in quota
excludere vniuerſaliter inſtitutum à tanta portione, Vndè ſi vnus inſtitutus in ter-
tia,alter dicitur tantum in duabus tertijs; quare cum non concurrant pari titulo re
ſpectu eiuſdem rei, nō ſe mutuo pellent,prout facerent,ſi ambo vniuerſaliter diuer
ſis teſtamentis inſtituti,hinc ſequitur nō proprie hic contradictores appellari,quia
nemo alterum impedit reſpectu eius partis, in qua vocatus,ſed ambo pro ſua por-
tione remedium intentantes, ambo conſequuntur,quod ſi vel inſtitutus in quota,
pura tertia, vellet prætendere immiſſionem in tota, quia non eſt vocatus in tota,
fruſtra cōtenderet,non enim ſolum ad inſtantiam contradicentis, ſed & ex ſolo of-
ficio Iudicis (qui eatenus debet immittere, quatenus ex lectura teſtamenti appa-
213 ret vocatum, † quod intelligendum toto teſtamento inſpecto *ad l.in ciuile.ff.de*
214 *legib.* & ſic inſpecta aliorum inſtitutione) † tanquam ius non habens eſſet reijcien
dus, *cap.ad primum extra de offic.Vicar. vbi Innoc. facit cap.examinata extra de*
iudic.l.res aliena de rei vendic. Ancharan.conſ.297. num.6. & alia ſupra cumula-
ta in hac quæſt.num.144. Eodem modo dicendum de inſtituto vniuerſaliter, cum
enim ex lectura teſtamenti appareat inſtitutionem illius locum tantum in parte ha-
bere,eſt quoque eodem modo à Iudice ex officio reijciendus reſpectu illius partis,
ad quam ius non habet.

Hoc tamen in vtroque eſt intelligendum iure accreſcendi circumſcripto,hoc eſt
215 non datis illis caſibus,in quibus ei eſt locus, † Inſtitutus enim vniuerſaliter inſtitu
to in re particulari, vel in quota non adeunte, per ius accreſcendi in totum fit hæ-
216 res, † quemadmodum etiam inſtitutus in quota,vel etiam in re ſingulari,vel nullo
alio inſtituto, vel inſtituto non adeunte, totam conſequitur hæreditatem, *l.1. §.ſi*
ex fundo.ff.de hæred.inſtit.l.quoties,§.ſi duo, l.ſi alterius,& l.Titius,ff.eod.l.ſi qui
ff.ad S.C.Trebell. §.ſed ſi quis Inſtit.quib.mod.teſtamen infirm l.ex facto in princ.
vſque ad §.rerum. ff.de hæred.inſtit. l.qui non in princ. ff.eod tit.l.cohæredi. §.fin.
ff.de vulgari ſubſtit. Vndè talibus caſibus euenientibus, non erunt partes Iudicis
reijcere à Iudicio reſpectu partis non expreſſæ, cum per ius accreſcendi petens im-
miſſionem, in eam quoque optimum ius dicatur habere.

Declaratur ſecundo, vt ſi fortè tunc, cum vnus erat modo dicto in aliqua parte
contradictor,ita vt alter non fuiſſet in tota hæreditate immittendus, ſi tamen obti-
217 nuerit mandatum pro tota, † illud in totum ſit nullum, & reuocandum *ad tradita*
per Bartol.in l.ſi non ſortem, § ſi centum,& ibi Innocen.num.2.ff.de conditio.indeb.
Bald.in l.certi conditio, §.quoniam, num.3.verſic.ſecundus,ff.ſi cert.petat. Afflict.
deciſ.218.num.3. & 4.Put.deciſ.323.lib.1.& paſſim tenet Rota,vt fuit deciſum in

vna

vna Fauentina bonorum 3. Iunij 1588. coram Card. Plato, vbi aliæ deciſiones referuntur, *& in vna Romana ſpolij 13. Decembris 1604. coram Archiepiſcopo Bonon.* vbi complures alij allegantur.

SVMMARIVM
Octaui Articuli.

218 *Inſtitutus in re certa cum facultate capiendi propria auctoritate, eſt legitimus contradictor.*

219 *Intellige vt non ſolum impediat aduerſarium in ea re immitti, ſed ipſe ſummariam immiſſionem obtineat.*

220 *Inſtitutus in re certa ſine facultate capiendi propria auctoritate, non eſt legitimus contradictor aduerſus vniuerſaliter inſtitutum.*

ARTICVLVS OCTAVVS.

Quando venit eodem teſtamento, & ſimili titulo inſtitutionis, fuit tamen in re aliqua ſingulari inſtitutus, puta in fundo Titiano.

IN huiuſmodi quoque articulo ſpectant ad hunc locum tractare, An reſpectu eius rei ſolius, in qua fuit inſtitutus, ſit legitimus contradictor, ita vt petendo, & obtinendo immiſſionem, excludat hæredem vniuerſalem, quominus in hac re im mittatur.

Pendet eius determinatio à determinatione nunquid ita inſtituto competat legis noſtræ, remedium, ſi enim competet, erit contradictor, & aduerſarium excludet; ſin minus, non erit contradictor. † Quia igitur inſtituto in re certa cum facultate capiendi propria auctoritate competit legis noſtræ beneficium; Inſtituto verò ſine hac facultate nō competit *ad tradita per Menoch. de adipiſc. remed. 4. numero 116.* & nos alibi latè explicabimus, conſequens eſt, vt inſtitutus in re certa cum facultate capiendi propria auctoritate, legitimus ſit contradictor, † non ſolū ad excludendum aduerſarium à poſſeſſione eiuſdem rei, ſed etiam iuſtè agat ad obtinendam ſummariam immiſſionem in ea iuxta ea, quæ notauimus in ſuperiori articulo, quæ optimè hic faciunt † Inſtitutus vero ſine hac facultate non eſt legitimus contradictor, cum enim de eo agamus contradictore, qui per accidens contradicit, æque primò petendo immiſſionem, hic verò non æque primò immiſſionem petat, indubitatum eſt huius generis contradictorem non eſſe, An verò rectè per modum exceptionis contradicat, infrà ſuo loco explicabimus, videlicet *quæſtione 10. artic. 1. vbi agemus* de fideicommiſſario in re certa vocato, qui non videtur ab hærede in re certa inſtituto differre, quando talis hæres non habet facultatem capiendi propria auctoritate.

(Margin numbers beside the paragraph above: 218 at "det; ſin minus", 219 at "cum facultate capiendi", 220 at "culo, quæ optimè".)

SVMMARIVM
Noni Articuli.

221 *Subſtitutus directè non eſt legitimus contradictor aduerſus inſtitutum, quando nihil obijcit, quod ſit eius iuris excluſiuum.*

222 *Subſtitutus vulgariter, inſtitutione non deficiente, non admittitur.*

223 *Subſtitutus obijciens aliquid inſtituto,*

tuto, quod ſit eius iuris excluſiuũ, ſi incontinenti non probet, non eſt legitimus contradictor.

224 *Altam indaginem requirentia non admittuntur in hoc iudicio.*

225 *Hæres etiam extraneus, qui nõdum hæreditatem adiuit, neque de iure illam adire poteſt ob iuris impedimentum, non poteſt impediri, quominus ex legis noſtræ beneficio immittatur.*

Fallit ſi de illius incapacitate ſtatim doceatur num. 235.

226 *Hæres ſcriptus prius ex legis noſtræ beneficio poteſt eſſe poſſeſſor, quàm ſit hæres.*

227 *Hæres ſcriptus ex legis noſtræ beneficio poteſt fieri poſſeſſor, quamuis nunquam poſſit fieri hæres.*

Fallit ſi incontinenti probetur non poſſe fieri hæredem, num. 236.

Declara ſi non ſolum incontinenti, ſed ſine aliqua haſitatione, probetur hæredis incapacitas, probationeſque nullas patiantur exceptiones, num. 239.

228 *Hæreditas ex teſtamento falſo adiri non poteſt.*

229 *Exceptio falſi non impedit immiſſionem ex legis noſtræ beneficio.*

230 *Subſtitutus directè probans incontinenti aliquid excluſiuum iuris inſtituti hæredis, eſt aduerſus illum legitimus contradictor.*

231 *Exceptiones excluſiuæ iuris hæredis inſtituti, quæ incontinenti probantur, nec altam requirunt indaginem, admittuntur ad impediendam immiſſionem ex legis noſtræ beneficio.*

232 *Et ad impediendam diſpoſitionem ſtatuti continuantis in hæredem defuncti poſſeſſionem.*

233 *Filia eſt immittenda ex hoc beneficio in poſſeſſionem bonorum etiam feudalium patris, & agnati in alio iudicio petere debent.*

234 *Fallit ſi incontinenti incapacitas filiæ ab Agnatis probetur.*

237 *Contradictores legitimi ſunt ad impediendam immiſſionem quicunque dicere poſſunt, hodie conſtat, hodie agatur.*

238 *Dolo facis, regula eſt in cauſa, vt euitentur circuitus inutiles.*

240 *Exceptiones, quæ patiũtur aliquas replicationes, vel oppoſitiones, dicuntur altam requirere indaginem.*

241 *Altam indaginem requirentia, non poſſunt impedire, aut ſuſpendere legis noſtræ beneficium.*

NONVS ARTICVLVS.

Quando venit ex eodem teſtamento, & diuerſum prætendit titulum, nimirum ſubſtitutionis directæ.

PRo determinatione breuiter cum hac diſtinctione eſt procedendum: Aut ſimpliciter vt ſubſtitutus contendit cum inſtituto, & ei vult præferri, nihil tamen inſtituto obijcit, quod ſit eius iuris excluſiuum; Aut verò aliquid obijcit, quod ſit
221 excluſiuum iuris inſtituti. † Si primum, conſtanter aſſerendum non eſſe contradictorem, neque aliquo modo legis noſtræ beneficium, aut impedire, aut retardare poſſe,

poſſe,tum quia ſubſtitutio fit in defectum inſtitutionis,& ſub conditione ſi inſtitu-
222 tio deficiat,vt in princ.Inſtit.de vulgar.† Ideo non purificata conditione,& ſic nõ
deficiente inſtitutione non admittitur, *l.ſi quis ſub conditione,ff.de conditio. Inſtit.*
gloſ.Bart. & alij in l.Lucius,ff.de hered. inſtit.l.quamdiu prior 3.ff.de acquir. he-
red.l.quamdiu inſtitutus,ff.eod.l.eum in teſtamento,ff.de hered.inſtit. l ſi mater,§.
fin.ff.de vulg.ſubſtit. hinc dicitur fieri in ſecundo gradu. *l.1.ff.de vulg.* quia ei ſolũ
eſt locus deficiente primo , tum quia ita expreſsè cautum fuit ſupra in l.1. hoc tit.
vt ſi in hoc iudicio contendant inſtitutus,& ſubſtitutus,ille,qui primo loco inſtitu-
tus eſt,admittatur.

Secundo verò caſu, quando ſubſtitutus aliquid obijcit inſtituto, quod ſit illius
iuris excluſiuum,rurſus eſt diſtinguendum, Aut non probat incontinenti id, quod
obijcit,ſed in eius probatione alta eſt neceſſaria indago; Aut incontinenti probat,
223 neque alta indago eſt neceſſaria.† Si primum,eſt aſſerendum non eſſe contradicto
224 rem , neque alio modo aut impedire, aut retardare poſſe immiſſionem , † Regula
enim in hac materia ſæpius eſt repetita requirentia altã indaginem non admitti in
hoc iudicio ad impediendam immiſſionem. *Dec.conſil.424.& 477.col.fin. & 588.*
volum.2. Rol.à Vall d.conſil.1.num.21.& latius conſil 98.num.40.volum.3. Angel.
conſil.134. Quidam nomine , Bald.conſil.442. Non tangendo ſubſtantiam volum.1.
& melius , conſil.128. Præmiſsis verbis vol.3. Bero.conſil.57.num.3 volum 2. ſi ſe-
cundum,incontinenti nempè probet quid excluſiuum iuris ipſius hæredis, res pau
lò obſcurior eſt , ideò examinanda .

Et primò aſpectu videtur dicendum non impedire, aut retardare immiſſionem,
quod probatur .

225 Primò quia † hæres etiam extraneus, qui nondum hæreditatem adiuit,quinimò
neque de iure illam adire poteſt ob iuris impedimentum,vt puta,quia habetur pro
non ſcripto,eo quod teſtamentum ſit falſum ad ea,quæ habentur *in l.1.cum gloß.*
ff.de his, qui pro non ſcript. vel quia teſtamentum ſit nullum præteritione filij legi-
timi,& naturalis, *ad principium Inſtit.de exhæred.liber.l.1.ff.de iniuſto rupto,&c.*
non poteſt impediri quominus ex legis noſtræ beneficio in poſſeſſionem mittatur
226 *ad tradita per Bero. d.conſ.57. num 4.* † Quinimo hæres ſcriptus prius poteſt eſſe
227 poſſeſſor ex legis noſtræ beneficio, quàm hæres , † Imo vero huius legis beneficio
poteſt etiam effici poſſeſſor, licet nunquam poſſit fieri hæres , *l.cum falſum in fin.*
228 *ff.de acquir.hæred.iuncta l.2.ſupra hoc tit.in l.eum falſum habetur,* † hæreditatem
229 ex teſtamento falſo adiri non poſſe, *In l.2.habetur,* † inſtitutum immittendum in
poſſeſſionem non obſtante exceptione falſi, Vndè conſtat eum qui non poteſt adi
re hæreditatem, & ſic non poteſt fieri hæres,poſſe tamen ex lege noſtra fieri poſſeſ-
ſorem, & ita ſenſit *Dec. conſ.220.in fine. Deciſ.Neapolit.14 num.4. Goz.ad.conſ.7.*
num.17. Socin.iun.conſ.75.num.29.volum.1. Rolan.à Valle,conſ.98.num 42.vol.2.
Bero. d.conſ.57.num.5. Quamuis igitur allegentur, & probentur incontinenti ali-
qua excluſiua iuris hæredis inſtituti, quia etiam ſi nequeat eſſe hæres, nihilominus
poteſt fieri poſſeſſor ex legis noſtrę diſpoſitione, fruſtra probabuntur ad impedien
dam eius immiſſionem .

230 † Contrarium tamen eſt verius , quod probatur receptiſsima in hac materia re-
231 gula , † exceptiones excluſiuas iuris inſtituti, quæ incontinenti probantur, neque
altam requirunt indaginem, admitti ad impediendam immiſsionem, *Innoc in ca-*
pit.2.de cauſ poſſeß. Angel.in l.12.ſupra hoc tit.& in l.Certi ,C.de interdict. Bart.in
l.ſi de vi, ff.de iudic. Abb. in cap. cum olim de cauſ.poſſeſſ. Dec.conſ.219.ſub num.1.
232 *verſic. ſed in caſu noſtro ,* quinimo non ſolum immiſsionem impedit , † ſed etiam
diſpoſitionem ſtatuti continuantis poſſeſsionem defuncti in heredem, *ità Menoch.*
de adipiſcen.remed.4 num.579. Peregrin.artic.48 num.33. Rimin.iun.conſil.352.
numero 65.

Hinc

233 † Hinc quamuis filia debeat mitti in poſſeſſionem bonorum etiam feudalium
patris, *cap.1.vbi gloß.de controuerſ.inter maſcul.10.Andr.in additio. ad ſpecul.tit.*
de teſtamen,§.penult.in fin. Dec.conſ.424.colum.fin.& conſ.467.colum.penult. Rol.
à Vall.conſil.48.num.6.volum.4. & Agnatus poſtea deberet petere in alio iudicio,
234 vt dicunt ijdem Doctores,& nos infra dicemus *quæſt.19.num.18.* † Si tamen exce
ptio incapacitatis filiæ liquidata reperiatur, vel agnati habeant probationes in prō
ptu,bona eſſe feudalia, & talis qualitatis, vt fœminæ ſint incapaces,non admittitur
fœmina, ſed ſtatim excluditur,ità *Zuccard.in l.noſtra num.486. Campeg.inter con-*
ſil.Bruni, conſ 2.num.9. Gozad.conſ.50.num.26. Senat.Pedemon. deciſ.26.num.3.
& 4.Rolan.à Vall.conſ.2.num.38.volum.3. Menoch.d.remed.40.num.381. Rimin.
iun.conſ.352.num.67. & latè dixi *infra quæſt.19.nu.70.artic.* At veniens iure ſub-
ſtitutionis directæ, ſimul allegat exceptionem huiuſmodi, & incontinenti probat,
ergo, &c.
235 Ad contrarium reſpondendum illud procedere, † quando de incapacitate hære-
dis, de nullitate, aut falſitate teſtamenti non poteſt incōtinenti doceri, ſed alta in-
236 dago eſt neceſſaria, † Et in his terminis poteſt fieri poſſeſſor ex lege noſtra qui nō
potuit fieri hæres,quando nempè non probatur incontinenti non poſſe fieri hære-
dem, faciunt ad hanc diſtinctionem quæ in argumento pro affirmatiua dicta fuere,
237 per quæ contrarium argumentum declaratur; hinc illud receptū, † vt quando poſ-
ſunt aduerſarij dicere hodie conſtat, hodie agatur, legitimi ſint contradictores ad
impediendam immiſſionem, ita *Andr.de Iſern. Prepoſ. Alex. Martin. Laudenſis, &*
Aluarott.in cap.1.§.inter filiam, ſi de feud.fuer.controuerſ. Gozad.conſ.7.num.2.
& preclarè Natta, conſil.511.colum.2. poſt Iaſon.conſil.138.colum.fin.volum.4. &
238 *conſ.152.colum.2. Anchar.conſ.146.col.2.* † maximè ita ſuadente regula, Dolo fa-
cis, per quam euitantur circuitus inutiles *l. Dominus teſtamento, ff. de condiction.*
indebit.
239 Id tamen † intelligendum, quando verè, & ſine aliqua hæſitatione incontinen-
ti probatur hæredis incapacitas, vel nullitas inſtitutionis, ſecus ſi probationes ali-
quas patiantur oppoſitiones, vel replicationes,faciunt tradita *à Butr.in capit.cum*
contingat notab.3.de reſcrip. Imol.in cap.conſtitutus de fil.presb. Dec.conſ.474.nu-
240 *mero 3.& in cap.licet cauſam, num.15.de probat. Soc.226.nu.4.* Et ratio eſt † quia,
ſi exceptiones paterentur aliquas oppoſitiones,vel replicationes,dicerentur requi
241 rere altam indaginem, vndè venirent in alio iudicio examinandæ, † neque poſſent
impedire,neque ſuſpēdere poſſeſſorium hoc legis noſtræ ſummarijſſimum *ad Dec.*
conſ.424.& 467.col.final. Rolan.à Vall.conſ.1.num.72.volum.1. & latius, conſ.40.
vol.2. Rimin. Iun.conſ.69.num.24.& 25. & ſæpius fuit repetitum.

S V M M A R I V M
Decimi Articuli.

242 *Eccleſia per fideicommiſſum ſubſti*
tuta, propria auctoritate capere
poteſt. Remiſsiuè.
243 *Veniens directè ſi concurrat in hoc*
beneficio cum veniente obliquè præ
fertur.
Fallit quādo obliqua diſpoſitio æqui
pollet directæ, vt num.263.
245 *Inſtitutus directo ex ſola oſtenſione*
teſtamenti non cancellati, facit no-
torium ſe hæredem, & abſque
alia probatione immittendus.
246 *Vocatus oblique ex ſola oſtenſione*
teſtamenti non facit notorium ſe
immittendum, ſed aliæ legitimæ
probationes ſunt neceſſariæ.
246 *Intentantes æqualiter legis noſtræ*
beneficium per concurſum ſe inui-
cem impediunt, quando æque ad
immiſ-

immiſsionem obtinendam perueni
re poſſunt.
Fallit ſi ex ſola teſtamenti oſtenſio-
ne notoriè apparere poteſt de requi
ſitis, & conditionibus illius vt
num. 267.

247 Prior tempore potior Iure.

248 Fideicommiſſarius non poſsidens re
gulariter non eſt legitimus contra-
dictor aduerſus hæredē petentē im
miſsionē: fallit ſi per modū actionis
non vero exceptionis agat n. 268.

249 Fideicōmiſſarius debet capere à ma
nu hęredis ĕt in illis caſibus, in qui
bus iura trāſeunt ſine reſtitutione.
Fallit ſi hæres nondum poſsideat, nā
tunc fideicommiſſarius capit ex au
ctoritate iudicis, vt num. 271.

250 Fideicommiſſarius, cui non compe-
tit legis noſtræ beneficium, non eſt
legitimus contradictor aduerſus hę
redem hoc beneficium intentantem.

251 Fideicommiſſarius, cui facta eſt re-
ſtitutio verbalis, eſt legitimus con
tradictor aduerſus hæredem im-
miſsionem petentem.

252 Si vero non eſt facta reſtitutio, nec
ſumus in illis caſibus, in quibus
propria auctoritate capere poteſt,
non eſt legitimus contradictor.

253 Si vero habeat facultatem capiendi
propria auctoritate, ita vt ei ab ini
tio legis noſtræ beneficium compe-
tat, legitimus dicitur cōtradictor.
Declara vt ſit contradictor non ad
efficiendum, vt iudicium ordina-
riè agatur, ſed vt excluſo hære-
de, executiuè immittatur, vt nu-
mero 272.
Declara ſecundo id verum eſſe, quan
do ex lectura teſtamenti planè, &
abſque vlla dubitatione apparet de
fideicommiſſo tali, vt certum ſit
ab initio legis noſtræ beneficium
competere, ſecus ſi aliqua interpre
tatione opus eſſet, vt num. 274.
Declara poſtremo, vt pro ea parte
immittatur fideicommiſſarius ex-
cluſo hærede, pro indiuiſo tamen
cum eadem pro qua conſtat iura
in eum tranſlata, vt num. 275.

254 Contradictores legitimi ſunt oēs,
quibus ęque beneficium hoc cōpetit.

255 Fideicommiſſario, cui facta eſt reſti
tutio verbalis, legis noſtræ benefi-
cium competit.

256 Factū propriū nemo impugnare pōt.

257 Reſtitutio verbalis iura oīa, et actio
nes in fideicōmiſſarium transfert.

258 Fideicommiſſarius ſolus poſt reſti-
tutionem verbalem hæreditarias
actiones intentare poteſt.

259 Fideicommiſſarius vtiles, non vero
directas actiones conſequitur, me-
diante reſtitutione, directæ vero
penes hæredem manent.

260 Actiones directæ licet maneant pe-
nes hæredem poſt uerbalem reſtitu
tionem, inefficaces tamen ſunt, &
earum exercitium fideicommiſſa-
rio quæſitum.

261 Contradictor legitimus eſt quicunq;
allegat quid excluſiuum iuris hæ-
redis, & illud incōtinenti probat.

262 Incluſio vnius eſt excluſio alterius,
hoc idem num. 270. & num. 287.

263 Fruſtra nihil faciunt leges.

264 Poſſeſſores plures eiuſdē rei inſoli-
dum non dantur, & num. 288.

266 Aequipollentium idē eſt iudicium.

269 Fideicommiſſarius debet capere à ma
nu hæredis.

273 *Fideicommiſſarius veniens ex eodem teſtamento ad petendam immiſsionem, quomodo differat ab hærede eodem modo veniente.*

ARTICVLVS DECIMVS.

Quando venit ex eodem teſtamento, & diuerſum prætendit titulum, nempè fideicommiſsi vniuerſalis.

HIc caſus raro quidem in facto euenire poſſe videtur, vt enim eueniat, neceſſe illud eſt, vt fideicõmiſſario competat facultas capiendi propria auctoritate, puta, quia eã conceſſerit teſtator, & fideicõmiſſum ſit purum, tunc enim huiuſmodi beneficiũ fideicõmiſſario competet iuxta traditã ſupra *hac ead. q. nu.* 172. Et quæri poteſt, An concurrens cum hærede ſit legitimus contradictor fruſtra autẽ videtur quis alterum hęredẽ inſtituere, quando vult totã hæreditatem ad alterum recta via peruenire, quãobrem cum hęredis inſtitutio, dato tali caſu, videatur vana, & perperam facta, non videtur contingere poſſe, vt quis hoc modo diſponat, Nihilominus euenire poteſt vt ita diſponat teſtator, ſi non alia cauſa, ſaltẽ, vt repudiante fideicõmiſſario, inſtitutus hæreditatem conſequatur, quãuis enim alio modo eundem effectum conſequi potuiſſet, inſtituendo eum, cui per fideicõmiſſum hæreditatem reliquit, & vulgariter eum ſubſtituendo, quẽ hæredem inſtituit, nihil tamen repugnat, quin & ſuperiori modo diſponere poſſit, & eundẽ conſequatur effectum, Addamus aliquando poſſe fideicõmiſſarium propria auctoritate capere, quamuis teſtator hoc
242 non diſpoſuerit, quod in † Eccleſia ſubſtituta cõtingit, vt ſupra admonui, & dicetur in decima quęſtione, quo quidẽ caſu, cum potuerit credere teſtator reſtitutione opus eſſe, credere potuit ſe non inutiliter hæredem inſtituere; Accedat tandẽ Trebellianicæ commodum non raro in tali fideicommiſſo cadere poſſe, ſi nempe non fuerit prohibita eius detractio, quo caſu ex inſtitutione illud ſaltem commodi habebit grauatus, vt hanc detractionem conſequatur.

243 Videtur igitur primo aſpectu negatiua ſententia tenenda, † Primò quia quando concurrunt veniens directo ad hæreditatem, & veniens oblique, is præfertur, qui venit directo, tradit *Bero. conſ.* 57. *nu.* 10. *vol.* 2. At fideicommiſſarius venit oblique, & inſtitutus directè, ergo &c.

245 Secundò, quia inſtitutus directo ſola oſtenſione teſtamenti non cancellati, non aboliti, nec vitiati, abſque eo, quod alia probatio per eum fiat, immittitur in poſſeſſionẽ, ex ſolo enim teſtamento efficitur notorium & liquidum Iudici ipſum hæredẽ
246 ſcriptum, eſſe in poſſeſſionem bonorum immittendum *ex l. noſtra*, † Quod non contingit in alijs, quibus hoc beneficium cõpetit, in illis ex ſola oſtenſione teſtamenti res non efficitur notoria, nec liquida Iudici; ſed requiruntur aliæ legitimę probationes, vt declarat *Bart. in l. noſtra in §. 1. in 4. col. & Bero. d. conſ.* 57. *nu.* 1. Si igitur in hærede directo nulla probatione eſt opus, & continuo poteſt immitti, ſecus in fideicommiſſario, in quo aliqua dilatione eſt opus, videtur dicendum fideicõmiſſarium
246 nullo modo per concurſum impedire poſſe hæredis immiſſionẽ, † Intentãtes enim æque principaliter idem beneficium, per concurſum ſe impediunt, quando ęque ad immiſſionem obtinendam peruenire poſſunt, at ſi non æque, poſterior non vide-
547 tur impedire poſſe priorem, † cum prior tempore ſit potior iure, *cap. qui prior de regul. iur. in 6. l quoties, ff. de regul. iur.*

248 Tertio, quia † fideicõmiſſarius non poſſidens, regulariter non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredẽ, *Bart. in l. noſtra n.* 22. *Bald. ibid. n.* 42. *Salyc. n.* 21. *Alex. nu.* 24. *Iaſ. nu* 28. *Dec. nu.* 40. *verſ.* 2. *ampliatur, & nu.* 48. *Zuccard. num.* 197. *Curt. iun. conſ.* 92. *nu.* 1. *Boer. deciſ* 156. *num.* 1. At ſumus in fideicommiſſario non poſſidente, ſed petente immiſſionem, ergo &c.

249 Quartò, quia etiam in illis caſibus, in quibus ius tranſit ſine reſtitutione, † debet

tamen

tamen fideicommiſſarius capere poſſeſſionem à manu hæredis, *Alex.conſ.82. Proſpectis his nu.4.vol.2.allegat Bald.in l.penul.infra ad Trebell.Dec.conſ.424.nu.10. Zuccard.hic num.226.* Ergo non poteſt impedire hæredem, ſed ei expectandum eſt, vt primo hæres poſſeſſionem obtineat, quam ipſe poſtea ab eodē conſequatur.

Pro determinatione diſtinguendum, Aut fideicommiſſatius eſt in aliquo ex illis
250 caſibus, quibus competere poteſt, † Primò caſu aſſerendum nullo modo cōtra-
dictorem eſſe poſſe; loquimur enim de eo contradictore, qui per concurſum in-
tentando idem remedium aduerſarium impedit, In hoc autem fideicommiſſario,
non datur huiuſmodi concurſus, ſicque res euadit terminos huius articuli. Secun-
do caſu, quando hoc beneficium intentare poteſt, tunc, aut non competit illi ab ini-
tio hoc beneficium, puta, quia ſimus in caſu, in quo non competat niſi facta reſti-
tutione, aut verò ſumus in illis caſibus, in quibus ab initio competit, puta quia da-
ta eſt facultas capiendi propria auctoritate; Si primum ſubdiſtinguendum, Aut fa-
251 cta eſt reſtitutio verbalis, aut non eſt facta, † ſi facta eſt, aſſerendum videtur legiti
252 mum eſſe contradictorem, † ſi non eſt facta, negandum videtur eſſe talem, quia
253 non competit ei hoc beneficium, † ſi ſecundum, quando ab initio ei competit hoc
beneficium, & ſic non ſerius, quàm hæredi, aſſerendum legitimum eſſe contradi-
ctorem, ita tenet *Zuccard.in l.noſtra,num.428.* vbi poſtquam ſtatuit fideicommiſ-
ſarium non poſſidentem non eſſe legitimum contradictorem, & ampliauit etiā ſi in-
continēti de iure ſuo doceat, limitat ampliationē quando ſumus in caſu, in quo ius
tranſit ſine reſtitutione, qui eſt caſus noſter, ſequitur *Menoch.de adipiſ.rē.4.n.633.*

Ex his duæ reſultant concluſiones affirmatiuæ, prima fideicommiſſarium, cui fa-
cta eſt verbalis reſtitutio, legitimum eſſe contradicentem, ſecunda habentem ab
initio facultatem capiendi propria auctoritate, legitimum eſſe contradictorem.
254. Prima concluſio probatur, primò † quia omnes, quibus hoc beneficium compe
tit, legitimi ſunt contradictores per concurſum aduerſus alios illud intentantes, *ad*
255 *Menoch.de adipiſcen.remed.4.num.633.verſic.1.illis in caſibus,* † At is, cui facta
eſt reſtitutio verbalis, eſt talis, competit enim ei hoc beneficium, vt ſupra hac *ead.
queſtione,num.172.& trad.Bald.hic num.39. Alexand.num.7. Iaſon.num.8. Dec.
num.25.Zuccard.num.165.172.& 374. Mantua num.96.Menoch. qui plures cu-
mulat,de adipiſcen.remed.4.num.181.& 189.Socin.iun.conſ.92.num.8.lib.1.Rim.
iun.conſ.625.num.38.Bertazol.conſ.43.num.18.Bero conſ.58.num.2.lib.2.Peregr.
de fideicommiß.art.48.num.12.* Ergo, &c.
256. Secundò, quia † hæredi obijcere poteſt eum venire contra factum proprium,
ſi talem immiſſionem prætendat ad excluſionem eius, cui facta eſt reſtitutio contra
257 *l.ſicut C.de actio.& obligat.* † Maximè, quia per talem verbalem reſtitutionē om-
nia iura, & actiones in fideicommiſſarium tranſlata ſunt, *l.1.§.1.l.facta, l.reſtitu-
ta, l.ità tamen, §.qui ex Trebellian. l.quamuis, l.poſtulare, §.ſed & in huiuſmodi,*
258 *ff. ad Trebellian.* † Vndè fideicommiſſarij eſt tales actiones poſt reſtitutionem in-
259 tentare, non verò hæredis, † licet enim in fideicommiſſarium vtiles tantum actio-
nes tranſeant, directæ vero maneant penes hæredem grauatum, *l.1. in princ.ff.ad*
260 *Trebellian.l.fin.de tranſact.* † inefficaces tamen ſunt apud hæredem, qui poſt reſti
tutionem agere nequit, ſed earum exercitium acquiſitum eſt fideicōmiſſario, quo-
niam hæres reſtituendo, fideicommiſſarium ſuo loco poſuit *l.qui quadringenta ff.
ad Trebellian. Paul.& Alex.nu.26.Ripa num.13.in d.l.1. Peregr.de fideicom.art.2.
nu.50.* cum igitur non hæres, ſed fideicommiſſarius actiones, & remedia hæredita-
ria intentet, conſequens eſt vt legis noſtræ beneficiū competat fideicōmiſſario non
hæredi, ita ut fideicommiſſarius illud intentans omnino hæredem excludat.
261 Secunda verò cōcluſio probatur primo quia † allegās quid, quod ſit excluſiuū iu
ris hęredis, & incōtinenti probās legitimus eſt cōtradictor ad impediendā illius im
miſſionē, *l.ſi eum vbi Caſtr.C.de nō num.pec.Abb.in c.cum non liceat n.15.de præſcr.*

Crauett.in reſponſ.pro Genero nu.400. Abb conſ.64.nu.20. Menoch.conſ.1.nu.321. Surd.deciſ.344.nu.20. dixi ſupra in hac eadem quæſt. num.223.

At allegans fideicommiſſum cum facultate capiendi propria auctoritate, vel aliquid ſimile, per quod ei competat immiſſio ex hoc beneficio, allegat quid excluſi-
262 uum iuris hæredis, † quia incluſio vnius eſt excluſio alterius, *l. Prætor. ff de iudic.l. tribus,§.1.ff.de teſtam.milit.*& duo non poſſunt inſolidum immitti *ad l.ſi vt certo, § ſi duobus vehiculum, ff. commod. l.duo, ff.de precar. l.3.§.ex contrario, ff. de acquiren. poſſeſ.* & quia in continenti probat, nimirum ex inſtrumento teſtamenti non cancellati, quod dicitur facere probationem probatam, vt ſępe repetitum, ergo &c.

Secundò, quia aut fruſtra hoc remedium competeret fideicommiſſario ab initio, niſi hęredem illud quoque intentantem impedire poſſet, nullum enim vnquam cõſequeretur effectum, ſi hæres æquè ipſe venire poſſet, & fideicommiſſario excluſo poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum conſequi; Aut duo immitteren-
263 tur, & ſic duo darentur poſſeſſores; neutrum horum eſt dicendum, ergo &c. † Non primum, quia leges nihil fruſtra admittunt, *§.quibus t.conſtit.C.l.hæc ſtipulatio,§.diuus, ff.vt legat.nomin.caueat. l.non cogendum, §.Sabinus, ff.de procurat. l.1.ff.*
264 *quod met.cauſ.l. 1. in fin.ff. ad Municipal.cap.2.extra de probat.* ergò &c. † Non ſecundum, quia repugnat dicto *l.ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum, ff.commodat. l.duo, ff.de precar.*

265 Ad primum reſpondendum, † venientem per directã diſpoſitionem non excludi à veniente per obliquam, quando obliqua non æquipollet directæ, ſecus ſi æquipolleat, vt in caſu noſtro, in quo cum ſupponamus hoc beneficium competere fideicommiſſario ab initio, includimus diſpoſitionem fideicommiſſariam, & obliquã
266 æquipollere inſtitutioni directæ, † æquipollentium enim idem eſt iudicium *Corn. conſ.256.num.23.vol.1.Iaſon.in l.ſi conſtante in princ.nu.32.ff.ſol.matr. Surd.deciſ.251.num.3.* procedit itaque argumentum in fideicommiſſario ſimplici, cui non competit hoc beneficium, vel ſi competit, id contingit tantum facta reſtitutione, & ſic poſt immiſſionem hæredis.

267 Ad ſecundum reſpondendum, † in alijs, quibus competit legis noſtræ beneficiũ hærede excepto, non ſufficere ſolam teſtamenti oſtenſionem, quando in teſtamento non æque apparere poteſt de requiſitis, & conditionibus illorum, ac de requiſitis, & conditionibus hæredis; At ſi in teſtamento æque de his conditionibus quoad alios apparere poſſit, æque quoad alios faciet notoriè eis competere hoc beneficium. Exemplum ſi quis veniret vt hęres hęredis, non poteſt ex primo teſtamento probare hanc conditionem, ſe hæredem hęredis, ideo teſtamentum non facit notorium illum immittendum, idem in fideicommiſſario ſub conditione, quia conditionem eueniſſe aliundè probandum, ſecus in fideicommiſſario puro cum facultate capiendi propria auctoritate; Non minus enim ex lectura teſtamenti fit notorium Iudici illum eſſe imittendum, quam de hęrede fieri poſſit, Vnde cũ in primo fideicommiſſario non poſſit eſſe locus immiſſioni eodem tempore, quo in hęrede, non dabitur concurſus, & per conſequens neque contradictio, quę illius impediat immiſsionem; In ſecundo verò vt eodem tempore poſsit eſſe locus, dabitur concurſus, & contradictio immiſsionem impediens.

268 Ad tertium reſpondendum † fideicommiſſarium non poſsidentem, non eſſe legitimum contradictorem per modum exceptionis: at per modum actionis, nempè quando ei competit idem beneficium ab initio, ſecus eſſe. Ratio differentię eſt, quia quando non competit hoc beneficium, nullum ius adhuc habet in rebus fidei-
269 commiſſo ſubiectis, cum nondũ ſupponatur facta reſtitutio, † debeatque capere à manu hæredis *l.reſtituta, ff.ad Trebell. §.reſtituta Inſtit. de fideicommiſſ. Rip.in l. Centurio, num.51.ff.de vulg. & pupill. Dec.conſ.424.nu.18. & in l.noſtra num.48.*

Zucard.

*Zuccard.num.*417. *Socin.iun.conſ.*75. *num.*18.*lib.*1. *Rolan.conſ.*10. *num.*71.*lib.*1. At ſi competat hoc beneficium ab initio, tunc quoque dicitur ius habere, ideo non eſt mirum ſi opportunus ſit contradictor. Secunda ratio differentiæ eſt, quia veniens per modum actionis neceſſario allegat, & incontinēti probat titulum æquipollentem, quamuis ſit fideicommiſſi, quo fieri poteſt legitimus contradictor iuxta dicta in ſolut. ad primum, quinimò allegat titulum excluſiũm hæredis, certum eſt enim hæredem quantum ad eam partem attinet, quam fideicommiſſarius propria auctoritate capere poteſt, nullum ius in concurſu cum illo habere, eodem ius ſuum

270 exercente, & ſic immiſſionem intentare † cum incluſio vnius ſit excluſio alterius *l.cum Prætor.ff.de iudic.* allegantem autem titulum excluſiuum iuris hæredis, legitimum eſſe contradictorem dixi ſupra in primo argumento pro affirmatiua, & alibi ſæpe.

271 Ad quartum reſpondendum † in illis caſibus, in quibus ius tranſit ſine reſtitutione fideicommiſſarium debere capere à manu hæredis, quando hæres iam poſſidet, At ſi nondum poſſideat, quamuis ſtatuamus non poſſe fideicommiſſarium propria auctoritate capere, vt loquitur *Bald.* in argumento allegatus; poteſt tamen capere ex auctoritate Iudicis, quod ſufficit quantum ad rem noſtram attinet, vt petendo immiſſionem ex auctoritate Iudicis, hæredem ab immiſſione excludat, ita ſoluit *Zuccard. d.num.*48.

272 Declara primò, † vt ſit legitimus contradictor, non ad efficiendum, vt iudicium ordinariè agatur, ſed vt habita ſummaria cognitione de potioritate iurium, & cognito fideicommiſſo executiuè, excluſo hærede, immittatur fideicommiſſarius, vt in ſimili caſu dixi ſupra *art.*5. *num.*180.

273 Hinc notandum † diſcrimen inter fideicommiſſarium ex eodem teſtamento venientem ad petendam eandem immiſſionem, & hæredem venientem ex eodem teſtamento, quia dicat ſe eum eſſe, qui in tali vocatus eſt, vel etiam venientem ex alio teſtamento, quia dicat illud eſſe validum, Quando enim quis venit, vt fideicōmiſſarius in eodem teſtamento vocatus, eſt contradictor non ad efficiendum vt cauſa ordinariè tractetur, ſed ad efficiendum, vt ſecum de potioritate iurium ſummariè agatur, & ſi appareat ex lectura teſtamenti eum habere iura potiora ad obtinendā executiuè immiſſionem hærede excluſo, Si vero veniat vt hæres, vel in alio, vel in eodem teſtamento inſtitutus eſt contradictor ad efficiendum cauſam ordinariè tractari, vt ſupra *artic. primo, & ſecundo.*

Ratio autem diuerſitatis eſt, quia in caſu fideicommiſſarij ex ſola teſtamenti apparentia conſtare poteſt fideicommiſſarium habere potiora iura; Vndè nihil repugnat, quominus executiuè agatur. In caſu vero hæredis nō ex ſola figura teſtamenti res dijudicari poteſt, nam ſi duo ſunt, cum ambo non cancellata, nec abolita teſtamenta oſtendant exteriori figura attēta, vterque hæredum immittendus eſſet, ideo cogimur ad altiorem confugere indaginem, quæ cauſam faciat ordinariè tractari, vt dixi in *prædicto art.*1. Si vero ambo ex eodem teſtamento ſe vocatos affirment, & res ſit aliquo modo dubia, adhuc ad extrinſecas probationes altam requirentes indaginem confugiendum, *vt in d.art.*2. Item vtcunque fideicommiſſarius fateatur omnia ab hærede allegata, nempè eum inſtitutum in teſtamento efficaci, & teſtatorem tempore mortis poſſediſſe, nihil tamen impedit quin in eodem teſtamento appareat, ſe ipſum, excluſo hærede immittendum, vnde in continenti ex ſola lectura eiuſdem teſtamenti ab hærede prolati appareat fideicommiſſarij iura prætenſionem hæredis excludere, ſecus ſi veniat cum alio teſtamento, ſi enim fateretur allegata ab aduerſario, nempè teſtamentum ab eo prolatum efficax eſſe, & attendendum, non eum excluderet, ſed à cauſa caderet, Vndè inter hos neceſſe eſt vt oriatur quæſtio plurimum facti habens, & ſic aliam requirens indaginem, quæ faciat cauſam ordinariè tractari.

274 Hinc oritur ſecunda declaratio, † vt ſi ex lectura teſtamenti planè appareat de fideicommiſſo tali, vt ab initio competat hoc remedium, tunc vera ſit determinatio propoſita, quia verè ſine aliqua conditione fuerit fideicommiſſum relictum cum facultate capiendi propria auctoritate; Secus ſi de fideicommiſſo non planè ex prima lectura appareret, ſed interpretatione eſſet opus, & ſi appareret de fideicõmiſſo, non planè appareret competere ab initio hoc beneficium, quia non fuiſſet data facultas capiendi propria auctoritate, vel ſaltem dubium eſſet, tunc enim quia ex parte inſtituti omnia ſupponuntur certa, nõ verò ex parte fideicommiſſarij, & ideo reſpectu illius alta, & diligens eſſet neceſſaria indago, non impediret alterius immiſſionem *ad Dec. conſ. 424. & 477. Rolan. à Vall. conſ. 1. nu. 71. & latius conſ. 98. num 40. vol. 3.* & alios complures ſæpius in hac propoſitione ſupra allegatos dixique in ſimili ~~caſu not.~~ caſu ſupra *art. 5. num.* 179.

275 Declaratur tertiò, † vt pro ea parte immittatur fideicommiſſarius excluſo hærede pro indiuiſo tamen cum eodem hærede, pro qua conſtat in eum iura translata, Ita vt ſi fideicommiſſum in tota hæreditate fuerit vniuerſaliter relictum, omni detractione prohibita, tunc cum prohiberi potuit, in totam hæreditatem inſolidum ſit immittendus, ſi verò pro parte tantum, puta dimidia, fuerit relictum fideicommiſſum, vel detractionibus aliquibus ſit locus, ita vt forte vel ſolum dimidia hæreditatis pars, vel tres quartæ, aut cõſimilis hæreditaria portio ad eum ſpectaret, is pro tali portione, hæres verò pro reliqua parte pro indiuiſa hæreditate immittantur ad not. *in l. locus vbi gloſſ. & Doct. ff. de acquir. poſſeſſ. & Socin. in l. 3. §. incertam ſub num. 5. ff. de acquir. poſſeſſ. & tradita in vna Interamnen. de Paradiſijs prima Iulij 1607. coram R. P. D. Pamphilio, & in vna Ceſenat. de Aldinis 24. Ian. 1611. coram Reuerendiſſ. D. Coccino Rota Decano, & Viterbien. bonorum 10. Iunij 1602. coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, & dixi in ſimili ſæpius, potiſſimum infra quæſt. 10. num. 140.*

S V M M A R I V M,
Vndecimi Articuli.

276 *Legatarius*
Fideicommiſſarius ſingularis
Donatarius cauſę mortis
} *non ſunt legitimi contradictores aduerſus heredem inſtitutum.*

277 *Legatarius*
Fideicommiſſarius ſingularis
Donatarius cauſa mortis
} *non habent legis noſtrę beneficium, & illud intentantes nulliter agunt.*

278 *Fallit ex mente Beroi ſi contradicant per modum exceptionis. Remiſſiuè.*

279 *Fallit ſecundò in illis caſibus, in quibus competit immiſſio.*

282 *Saluianum interdictum competit pro legatis.*

280 *Fallit tertiò, quando legata habent executionem paratam.*

281 *Fallit quartò, quando legatarius intentat Saluianum interdictum.*

283 *Saluianum interdictum locum habet vbicunque competit hypotheca.*

ARTICVLVS VNDECIMVS.

Quando venit ex eodem teſtamento, & diuerſum prætendit titulum, nempè, fideicommiſſi ſingularis, donationis cauſa mortis, de re ſingulari.

276 NEgatiua † ſententia eſt tenenda, cùm enim † nulli horum competat hoc bene-
277 ficium, vt eſt communis omnium ſententia, de qua Zuccar. hic nu. 336. & 337. conſtat eos illud intentātes, nulliter & de facto procedere, ideo nullum iuris oppor-
278 tunum effectum conſequi poſſe, *ad l. non dubium, C. de legib. cum vulgar.* † Nihilq. faciunt tradita à *Ber. conſ. 60. nu. 3. cum ſeqq. lib. 2.* vbi cenſuit legatarium eſſe contradictorem, quatenus enim vera eſſent dicta procedunt in contradictore ~~à Bero.~~ per modum exceptionis, de quo infra *q. 12. art. 1.*

279 † Fallit in illis caſibus, in quibus competeret immiſſio ex legis noſtræ beneficio, pro certa enim regula id habendum, quatenus quis immiſſionem prætendere poteſt, eatenus legitimum eſſe contradictorem ad impediendum, quominus alter immittatur, cùm plures reſpectu eiuſdem rei inſolidum immitti nequeant, vt ſæpè ſæpius repetitum, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commodat. l. duo, ff. de precar. l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ.*

280 † Fallit ſecundo in illis caſibus, in quibus in legatis teſtamentum habet executionem paratam; quamuis enim ceſſet legis noſtræ beneficium, ſi tamen alia via executiua legatario competat, certum eſt per eam excludi alterius immiſſionem.

281 † Fallit tertio quādo legatarius venit intentando Saluianum interdictum, quam-
282 uis enim non leuis controuerſia ſit, † An pro legatis competat, negatiuamque ſententiam totis viribus confirmare conetur *Menoch. de adipiſc. rem. 3. nu. 31. & fuſius in conſ 295. per tot* contraria tamen ſententia verior eſt eamque paſſim tenet *Rota præcipuè in vna Fauentina legati 24. Nouembris 1589. coram Card. Pamphilio, & in Bonon. de Lambertinis 20. Februarij 1612. coram R. P. D. Manzanedo*, in quibus
283 aliæ compluries allegantur, eiuſq. potiſſima ratio eſt, † quia vbicunq; datur hypotheca, Saluiano interdicto eſt locus, vt notatur *in l. 1. C. de Salu. interd. Aret. in §. item Seruiana Inſtit. de action. Neguſant. de pignor. in 3. memb. 8. par. num. 19.* & eſt communis opinio, de qua per *Gabriel. conſ 46. nu. 21. lib. 1. Sequitur Rota deciſ. 44. par. 1. Diuerſ.* pro legatis autem hypothecariam competere traditum eſt *in l. 1. C. comi. de legat. in §. noſtra, Inſtit. de legat. Iaſ. in d. l. 1. nu. 4. C. comm. de legat. Doct. in l. 1. ff. de leg. 1. ſequitur Rota in dicta Fauentina legati, & Bonon. de Lambertinis ſupra allat.* vbi aliæ deciſiones allegantur.

SVMMARIVM Duodecimi Articuli.

284 *Fideicommiſſarius aduerſus alium fideicommiſſarium venientem ex eodem teſtamento eſt legitimus contradictor ad efficiendum, vt cauſa ordinariè agatur.*

ARTICVLVS DVODECIMVS.

Quando venit ex eodem teſtamento, & ex eodem titulo, ſed obliquè, quia ambo ſe fideicommiſſarios prætendant.

284 EOdem † modo dicendum, quo, quando ſe inſtitutos prætendant, nimirum eſſe legitimum contradictorem ad effectum, vt ordinariè agatur. Ad id enim faciunt omnes rationes ſupra allatæ *in hac quæſt. art. 6. nu. 194.* quæ tanto magis procedunt, quanto frequentius contingere ſolet, vt dubitari poſſit, quis plurium fuerit

per

per fideicommiſſum ſubſtitutus, quam quis fuerit inſtitutus, ſolentq. conditiones, & c. ſus fideicommiſſorum ſæpè pendere, & à dubia facti determinatione, & à ſubtili, & inter Doctores agitata iuris quæſtione, quæ faciunt, vt cauſa ſit ordinariè agenda, *ad tradita d. art. 6. num.* 207. & multis in locis repetita.

SVMMARIVM decimitertij Articuli.

285 *Donatarius cauſa mortis eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, quando immiſſionem prætendit iuſtè in bona donata, & eodem tempore hæres petit immiſſionem. Declara vt eodem modò excludat hæredem, quo ipſe includitur, vnde ſi, puta in tertia includitur, à tertia excludit, & ambo pro indiuiſo admittuntur, nu, 291.*

286 *Contradictor legitimus is dicitur, cui competit immiſſio.*

289 *Donatarius cauſa mortis propria auctoritate poſſeſſionē capere poteſt.*

290 *Authoritate propria qui capere poteſt, facilius capit authoritate iudicis.*

ARTICVLVS DECIMVSTERTIVS.

Quando venit ex diuerſa diſpoſitione, nempè donationis cauſa mortis.

NVllum vidi in his terminis hunc articulum tractantem, in facto autem contingere poteſt, vt donatarius cauſa mortis immiſſionem prætendat mediante Iudicis decreto in bona ſibi donata, eodem tempore hæres petat immiſſionem in omnibus bonis poſſeſſis à defuncto tempore mortis, & ita in bonis etiam ſub hac donatione cauſa mortis compræhenſis.

Omiſſis pluribus dubitandi rationibus alibi ponderatis, quæ etiam in hoc caſu dubitationem facere poſſent, negatiuam ſuadentes, & quia non poſſidet, & quia nihil ab eo petitur, cum nondum quicquam poſſideat, & quia eius non intereſt hæredem immitti, vtcumque enim immittatur, nihil amittit, quia adhuc nihil habet, vt ſupra, *& in 5. & in 10. art.* huius quæſtionis, & propoſuimus, & diluimus conſtan-
285 ter. † Affirmatiua ſententia eſt tenenda, quæ hac præcipua ratione probatur.
Ei, cui de iure competit immiſſio, competit quoque contradictio ad alterum excludendum; At donatario cauſa mortis competit immiſſio, igitur & contradictio ad
286 excludendum, † Maior probatur ex regula ſæpius probata, eum eſſe contradictorem, cui competit immiſſio, de qua inter cæteros *Menoch. rem. 4. adipiſcen. nu. 633.* in illis verbis, illa eſt ratio, quia huic beneficium huius conſtitutionis conceditur,
287 quę neceſſaria ratione demonſtratur, † in incompatibilibus enim incluſio vnius eſt excluſio alterius, *l. Prætor ait, ff. de iud. l. tribus*, §. *fin. ff. de teſtam. milit. vbi Bal. & Curtan.* alios citat *Beck. conſ. 55. nu. 11. Rolan. conſ. 61. nu. 11. vol. 3.* Incompatibilia autem ſunt, vt ſimul in eadem bona, & donatarius, & hæres immittantur, cum ſæ-
288 piſſimè dictum, † non poſſe plures dari eiuſdem rei poſſeſſores in ſolidum, vulgatiſſima *l. ſi vt certo*, §. *ſi duobus vehiculum, ff. commodat. l. duo, ff. de precar. l. 3.* §. *ex*
289 *contrario, ff. de acq. poſſ.* † Minor verò probatur, quia donatarius cauſa mortis propria auctoritate poſſeſſionem capere poteſt, *l. 1.* §. *ſi quis ex mortis cauſa vbi Doctor.*
290 *ff. quorum legat. Menoch. de adipiſc. rem. 2. num. 81.* † ergo multo magis authoritate Iudicis *Rol. à Vall. conſ. 28. num. 17. lib. 3. Menoch. de adipiſc. rem. 4. num. 633. in fin.*
Quod ſi non competat fortè in indiuiduo immiſſio ex legis noſtræ beneficio, quam

tamen,

tamen,non vigente diuerſa ratione inter teſtamentum & donationem,quantum ad rem noſtram attinet, competere arbitror, ſufficit tamen hunc poſſe ex auctoritate Iudicis immitti, vt hæres excludatur.

191 Declarat vt donatarius eo modo excludat hæredem,quo ipſe includitur,vnde ſi in quota includitur,puta,quia tertia,vel dimidia pars donata, à tertia,vel à dimidia excluder,ideò vterque immittetur,quilibet pro ſua parte pro indiuiſo, ad tradita *in l.locus,vbi gloſ.& DD.ff.de acquir poſſeſſ. Socin.in l.3. §.incertam ſub num.5.ff.de acq.poſſ. faciunt tradita à Rota in vna Interamnen.de Paradiſiis 1. Iulij 1607.coram R.P.D. Pamphilio, & Ceſenaten. de Aldinis 24. Ianuarij 1611.coram Reuerendiſſ.Coccino Rota Decano,& Viterbien.bonorum 10.Iunij 1602.coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.* Si in re ſingulari includitur, à re ſingulari excludet,quia fortè donata fuerit domus, vel fundus Tuſculanus, & ratio eſt, quia cum veniat ad excluſionem alterius per ſui incluſionem, eatenus debet excludere, quatenus includitur, vt naturalis ratio ſuadet, Effectus enim debet eſſe proportionatus ſuæ cauſæ,*l.cum pater, §.dulciſſimis,ff.de legat. 2.l.cum tale, §.falſum, ff.de condit.& demonſtrat.l.non dubium,C.de legi. Bald.in l.iubemus,C.ad Velleian. Soc. conſ.24.num.12.vol.1.*

TERTIA QVÆSTIO.

TErtia quæſtio principalis quando contradictor venit per viam exceptionis ſolum ex eo, quia fuit citatus ab hærede, non allegans nec titulum, nec poſſeſſionem, Continet autem ſex articulos.

Primus, Quando citatus venit ante ſententiam;ſeu iuſſum de immittendo,& citatio fuerat pura, cui æquipollet quando quis fuit citatus coram executore literarum Apoſtolicarum, & eodem modo comparuit.

Secundus,Quando venit ante dictam ſententiam,& citatio fuit conditionalis, ſi ſua putat intereſſe.

Tertius,Quando venit poſt dictam ſententiam,ſed ante immiſſionem, & citatio fuit pura.

Quartus, Quando venit poſt dictam ſententiam, ſed ante immiſſionem, & citatio fuit conditionalis ſi ſua putat intereſſe.

Quintus,Quando venit poſt dictam ſententiam,& immiſſionem,ſiue citatio fuerit conditionalis, ſiue pura.

Sextus, An Clericus coram Iudice ſeculari citatus eodem modo fiat contradictor, quo laycus.

SVMMARIVM primi Articuli.

1 *Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam ad inſtar beneficij legis noſtræ.*

2 *Executor, qui poterat via executiua, & extraiudiciali procedere, quamuis citauerit, poteſt executiuè agere non minus, ac ſi non citaſſet.*

3 *Et quando in aliquibus proceſſit iudicialiter, non per hoc facit ſe mixtum executorem, ſed ommiſſa via Iudicis poteſt ad aliam reuerti.*

4 *Arbiter, qui poteſt procedere vt arbiter,& vt arbitrator, poteſt facere aliquos actus vt arbiter, & aliquos vt arbitrator.*

5 *Iudex electa via ordinaria, non poteſt redire ad executiuam.*

6 *Exequutor citando non dicitur eligere*

gere viam ordinariam, ſed ex abundanti id facere ad pleniorem cognitionem obtinendam.

7 Exequutori non eſt prohibitum vti aliquibus actibus iudicialibus.

8 Arbitrator licet non teneatur procedere vt Iudex, poteſt tamẽ ſi vult.

9 Variatio in iudicio fieri nequit, quando apparet viam ordinariam eſſe electam.

10 Citatio non rarò in executiuis locum habet, licet in aliquibus non ſit neceſſaria.

11 Variatio in executiuis eſt licita, ita vt de vna via executiua in aliam executiuam admittatur tranſitus.

12 Citatio reſpicit perſonam, non verò cauſam. Declara vt nu. 37.

13 Teſtium dicta non videtur approbaſſe pars, quæ induxit, licet perſonas approbauerit.

14 Teſtium inhabilitatem pars opponere nequit, quæ eos induxit, licet contra eorum dicta poſſit opponere. Declara, vt num. 38.

15 Contradictor non eſt, ne ad minimum quidem effectum, cuius non intereſt hæredem immitti.

16 Calumnioſè agere legibus non conceditur.

17 Replicatio (tua non intereſt) omnem excludit exceptionem.

18 Appellatio in his, quæ ſpectant ad momentaneam poſſeſſionem non datur niſi ab inordinato proceſſu.

19 Citatus veniens ante ſententiam, ſeu iuſſum de immittendo legitimus eſt contradictor, quando citatio fuit pura.

Limita ſi notoriè appareat hunc citatum nullum ius habere, vt infra numero 50.

Declara, vt procedat ſi opponat exceptiones tangentes defectum iudicij poſſeſſorij, ſecus ſi ea opponat, quæ reſpiciunt petitorium, vt infra num. 51.

Declara ſecundo, vt procedat concluſio in citatione voluntaria, ſecus neceſſaria vt infra num. 52.

20 Citatio approbat citatum in communi, vt in iudicio contendere poſſit, & particulariter in legis noſtræ iudicio.

21 Citans aliquem vt talem, videtur vt talem approbare.

22 Citans aliquem vt ciuem, quamuis fortè non eſſet, opponere nequit illum non eſſe ciuem.

23 Citans poſt tempus conceſſum ad retrahendum non poteſt lapſum temporis opponere.

24 Citans aliquem vt tutorem, vel curatorem, vt talem approbat.

25 Declara quantum ad citantis damnum, non quantum ad robur iudicij in damnum pupilli.

26 Approbatio partis nihil contra legem irritantem operatur.

27 Nec quantum ad Iudicem.

28 Iudicis intereſt ne iudicium reddatur eluſorium.

29 In iudicijs quaſi contrahitur.

30 Argumentum à contractu ad quaſi contractum valet.

31 Citatus ſi veniat ad contradicendum ſolummodò poſt ſententiam, admittitur vt contradictor.

32 Exequutor literarum Apoſtolicarum procedit ad inſtar legis noſtræ, verum non executiuè tantum, ſed omninò extraiudicialiter, quando in

in literis non reperitur aliqua clauſula ſonans iudicialem indaginem, neque aliquis poſſidere datur, de cuius præiudicio agatur.

33 *Exequutor in beneficio legis noſtræ Iudex eſt.*

34 *Iudex, quamuis citauerit, viam mutare poteſt, & non expectato, vel non audito citato, & vlterius proſequi, pars verò non poteſt induere Iudicem, vt citatum non audiat, nec expectet, & ad extra iudicialem viam reuertatur.*

35 *Iudex duas habet publicas auctoritates, & neutri renunciare poteſt.*

36 *Litigatores in iudicio quaſi contrahunt, neque à tali quaſi contractu recedere poßunt.*

39 *Citatus quamuis dicatur habilis; ſi tamen compareat, & non oſtendat ſe iuſtam habere contradicendi cauſam, condemnandus.*

40 *Reus in ſuis exceptionibus dicitur actor.*

41 *Reus ſuam debet exceptionem probare, quando ſuam intentionem actor probauit.*

42 *Intereſſe ne per occupationem vnius fiat difficilior acquiſito poſſeſſionis alteri, eſt ſufficiens ad excludendam calumniam contradicentis, maximè concurrentibus adminiculis.*

43 *Probatio dubia non releuat.*

44 *Poſſeſſio ſola non facit contradictorem, quando dubium eſt an detur titulus.*

45 *Replicantis partes ſunt probare fundamentum ſuæ intentionis, quando reus ſuam exceptionem fundatam habet.*

46 *Intereſſe aliquod vltra poſſeſſionem & titulum poteſt in contradictore conſiderari, maximè in beneficialibus.*

47 *Poſſeſſionem qui capere poteſt propria auctoritate, ſi Iudicem adiecit huiuſmodi facultatem perdit, & tenetur via iudiciaria procedere.*

48 *Executiua via qui poterat agere, ſi ordinariam elegit, eandem proſequi tenetur.*

49 *Citatus ſi tempore primi iuſſus comparuit, & eius contradictio fuit repulſa, non amplius poteſt audiri, quando ſummariè de illius iure cognitum eſt, & Iudex decreuit allegata ab eo tanquàm nullius ponderis eſſe reijcienda ſecus, quando inauditus fuit repulſus.*

53 *Solutio coacta non conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi.*

54 *Citatus non poſſidens vi citationis, quamuis ſit contradictor ad effectum, vt retardetur via executiua, donec deliberet An cedere, An contendere velit, non ſit tamen contradictor ad efficiendum, vt cauſa ordinariè tractetur.*

55 *Contradictor legitimus non eſt, qui parem titulum non habet, niſi incontinenti de iure ſuo doceat.*

56 *Poſſidens cum impari titulo in hoc iudicio tentando, eſt citandus, alioqui diceretur ſpoliatus.*

57 *Prædo per citationem non efficitur contradictor.*

58 *Citatio iuncta cum poſſeßione citati non habet vim impediendi viam exequutiuam.*

59 *Hæres poſſeßionem bonorum vacantium propria auctoritate capere poteſt.*

Fru-

60 *Fruſtra leges nihil operantur.*

61 *Citatio tantum operatur, quantum legitimatio perſonæ.*

62 *Legitimatio perſonæ non facit cauſam ordinariè tractari.*

63 *Legitimatio perſonæ in cauſis vtcunque ſummarijs eſt neceſſaria.*

64 *Citatus eſt audiendus, & ſummariè ſunt perpendenda, quæ ab illo allegantur, quæ ſi videntur leuia Iudici, eſt eijciendus appellatione remota, ſi verò videntur alicuius pōderis, declarabit Iudex non dandā immiſſionē, ſed ordinariè procedendū.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando citatus ab hærede venit ante ſententiam, ſeu iuſſum de immittendo, & citatio fuerat pura; Vel citatus à prouiſo Apoſtolico coram literarum executore, venit ante eundem iuſſum; A pari enim procedunt, ✝ cum in executore literarum Apoſtolicarum procedatur ad inſtar beneficij legis noſtræ Mohed. deciſ. 13. vt lite pendentè *cum alijs cumulatis ſupra* q. 2. num. 2.

1 PRo faciliori, & magis diſtincta huius articuli determinatione, veritateque exactius indaganda (res enim, & in iudicijs frequens, & ſubtilis admodum, & non perfectè omninò ab interpretibus explicita non leuem operam, & ſtudium requirit) duas inſpectiones conſtituo. Altera eſt, an citatus ſit legitimus contradictor ad effectum, vt retardet viam executiuam, donec ſibi edito libello, vel ſaltem rudi aliqua petitione, deliberare poſſit, an cedere, an contendere velit, & donec ſua iura coram Iudice deducere poſſit, an verò liberum ſit Iudici, nullo exhibito libello, nulla expectata deliberatione, nullis rationibus auditis in via executiua pergere immittendo hæredem. Secunda erit ſi faciamus citatum hoc modo contradictorem eſſe, an vlterius ſit etiam contradictor ad hunc effectum, vt faciat cauſam ordinariè tractari omiſſa omnino via executiua.

Quantum ad primam inſpectionem attinet, videtur dicendum nullo modo contradictorem eſſe, neque facere poſſe, vt per breue aliquod temporis momentum retardetur immiſſio.

2 Primò quia ✝ vbi executor poterat via exequutiua, & extraiudiciali procedere, licet citauerit, poteſt nihilominus executiuè agere non minus, ac ſi non citaſſet; quia videtur potius citaſſe ad cautelam, quàm ad præcludendum ſibi viam extraiudicialem.

Ita Bald. in c. dudum, num. 18. in fin. extra de præſcriptionibus, qui in hæc verba loquitur, forte dici poſſet, quod omiſſa via iudicij, poſſet tranſire ad aliam viam argumento ſupra de cauſ. poſſeſſ. & propriet. potius enim videtur citaſſe ad cautelam, quàm vt præcludat ſibi viam poteſtatis argumento *in l. 3. ff. de milit. teſtam.*

Sequitur Felin. d. c. dudum, num. 22. qui poſtquàm docuit executorem non teneri aſſumere partes Iudicis, paulò inferius ſubnectit, Et amplia iſtam concluſionem etiam ſi executor ex abundanti citet, & quædam agat, quæ ad iuſtificandā eius intentionem tendant, quia propter hoc non facit ſe mixtum, quod ampliat ex ſententia *Baldi in l. neq; Natales, C. de probat. num.* 17. vt ſi citauerit, non teneatur expectare, quia licet aſſumpſerit partem Iudicis in citando; tamen poteſt ab hac via recedere, aſſumendo partes ~~Iudicis~~ executoris, quod totidem verbis dixerat loco citato Bald. addendo rationem his verbis, Nam cum habeat duplicem poteſtatem, & vtraque ſit publica, non poteſt alteri renunciare, iuxta notata *in l. eum qui, ff. de iuriſd. omn. Iud.*

Hoc

Hoc idem tradiderat ante Felinum *Anchar.* ab eo citatus *conſ.* 222. quod mihi eſt
224. *num.* 2. *in princ.* in illis verbis, Nec minus quis executor dicitur, licet citet, & ex
abundanti quædam agat, quæ ad iuſtificandam eius intentionem tendant.)

Sequitur *Bero. conſ.* 14. *nu.* 8. 9. *&* 15. vbi repetit dicta *Ancharani*, & allegat *Car-
dinal. in conſ.* 76. quod mihi eſt 75. *Incipiente Reuerende Pater*], allegatam etiam ab
eodem Felino vbi ſupra.

Hanc opinionem in terminis citationis ſequitur *Rota in vna Vercellen. Coadiu-
torie* 25. *Ianuarii* 1608. *coram Illuſtriſs, Lancellotto, & Pacen. Puritatis* 11. *De-
cembris* 1609. *coram R. P. D. Manzanedo*, vbi Ancharani conſilium canonizatur.

3 Et vniuerſaliter † quando in aliquibus proceſſit iudicialiter, non per hoc facere
ſe mixtum executorem, & omiſſa via Iudicis poſſe ad aliam tranſire, vltra allegatos
fuit reſolutum à *Rota in vna Hiſpalen. canonicatus* 10. *Aprilis* 1606. *coram Archie-
4 piſcopo Bononienſi*, vbi allegatur ſimile eius, † qui poteſt procedere vt arbiter, & vt
arbitrator, poteſt enim facere aliquos actus vt arbiter, aliquos vt arbitrator, *ad Ho-
ſtienſem in c. Quintauallis, nu.* 10. *circa medium, Ioan. Andr. ſub nu.* 8. *Ant. de Butr.
ſub nu.* 14. *de iureiur. & plenè dicta in vna ciuitatis Caſtelli, ſeu nullius* 14. *Ianua-
rii* 1605. *coram eodem Reuerendiſs. Ludouico Archiepiſcopo Bononien. & in alia Pi-
ſtorien. canonicatus* 17. *Iunii* 1615. *coram R. P. D. Caualerio.*

Sequuntur *Moderni de Mareſcottis lib.* 2. *var. reſol. c.* 1. *nu.* 154. *&* 155. qui deci-
ſionem Ludouiſij, & allegata in ea adducunt, & approbant.

Si igitur citatio non attenditur, & non obſtante citatione poteſt Iudex eodem
modo procedere, etiam non expectato citato, videtur aſſerendum nullo modo face-
re contradictorem, ita vt neque exhibendus libellus, nec concedenda dilatio, aut ad
deliberandum, aut ad opponendum aliquid in iudicio.

Neque quicquam facit in contrarium opinio *Marci Antonii Antonini lib.* 1. *va-
riar. reſolut.* 29. qui ſentit ſtante huiuſmodi citatione, & actibus iudicialibus ordi-
5 nariè agendum, † & quod electa via ordinaria, non poſſit Iudex redire ad executiuã,
allegat *Lancell. de attent. par.* 2. *c.* 4. *limit.* 3. *nu.* 8. *cum ſequen. Ceſar. de Graſſ. de ſent.
excomm. deciſ.* 2. *Rota Romana in nouiſſ. deciſ.* 227. *num.* 2. *par.* 3. *Theſaur. fori Eccleſ.
par.* 2. *c.* 17. *nu.* 18. qui Antoninus ſententiam Felini ſupra citati non eſſe tenendam
tradit, Tum quia eſt contra communem, Tum quia Doctores ab eo allegati, quos
profitetur in fonte vidiſſe, non dicunt illud, ad quod allegantur.

Quamuis enim indubitata ſit ſententia electa via ordinaria non licere ad execu-
tiuam reuerti, quod vltra allegata ab *Antonino* probatur *c. vt qui duos de elect. in* 6.
tradit Galleſ. de oblig. Camer. par. 3. *quæſt.* 2. *num.* 4. *tradit plene Rota in vna Medio-
lanen. legati* 30. *Octobris* 1585. *coram Illuſtriſſ. Cardinali Pamphilio, & in Roman.
pecuniaria* 22. *Iunij* 1598. *coram Litta*, quæ refertur *in par.* 4. *Nouiſſimarum, de-
6 ciſ.* 847. falſum tamen eſt, † executorem citando, aut quid ſimile faciendo, quam-
uis & citatio, & ſimilis actus ſpectarent ad iudicium ordinarium, eligere viam ordi-
nariam, dicitur enim id ex abundanti facere, & ad pleniorem cognitionem, vt ſen-
7 tiunt præcitati Auctores, † non enim executori eſt prohibitum vti aliquibus acti-
bus iudicialibus, † facit ſimile arbitratoris, qui licet non teneatur neceſſariò proce-
dere vti Iudex, poteſt tamen, ſi vult *Hoſtien. in c. Quintauallis ext. de iureiur. Rim.
ſen. conſ.* 98. *num.* 16. *Anchar. conſ.* 208. *poſt num.* 10. *Card. conſ.* 29. *nu.* 23. *plenè Rota
in vna Ciuitatis Caſtelli hereditatis, ſiue nullius* 14. *Iunij* 1605. *coram Reuerendiſſ.
Ludouiſio Archiepiſcopo Bononien.* hinc poteſt aliquos actus facere vt arbiter, ali-
quos vt arbitrator, vt ſupra diximus.

Cum tamen citando non eligat viam ordinariam, licet executiuè ſemper agere,
9 non obſtãtibus actibus iudicialibus. † Hinc ſi ab initio fortè petitoriũ iudiciũ fuiſſet
à parte inchoatũ, ita vt appareret viam ordinariam fuiſſe electam, tunc verum eſſet
variationẽ nõ licere, & hoc modo procedit Antonini opinio, & aliorũ ſup. citatorũ.

In quantum vero *d. Antoninus dicit Felini* opinionem eſſe contra communem, verum eſt, ſi data eius opinione ordinaria via electa, ad executiuam fieret tranſitus, quod ex opinione Felini non ſequitur, cum in terminis, in quibus loquitur Fel. non eſſet via ordinaria electa, ſed ſolum nonnulla geſta, quæ in ordinaria geri ſolent, dum verò ſubnectit allegatos à Felino, non dicere id, ad quod allegantur, fallitur profectò, nam & *Anchar. citato conſ.* 224. *& Bald. in d l. neque natales* eo modo loquuntur, quo ſupra retulimus, & idem affirmat *Cardin. Zabarel. à Beroo* quoque allegatus, ita vt omninò illud aſſerant, ad quod allegantur.

10 Vel ſecundo animaduertendum, † citationem non rarò in executiuis quoque locum habere, licet in aliquibus non ſit neceſſaria, ita vt ſi per eam diceretur electa via

11 adhuc tamen eſſe poſſet executiua, licet non ita expedita; † in executiuis autem licita eſt variatio, ita vt de vna via executiua in aliam admittatur tranſitus *ad Doct. Bart. in l. conſentaneum, in penul. quæſt. C. quomod. & quand. Iud. tradit Caputaq. deciſ.* 50. *nu.* 5. *par.* 1. *Galleſ.* qui ita in vſu eſſe teſtatur *in tract. ad form. Camer. oblig. ad tertiam partem oblig. Cam. q.* 2. *nu.* 2. *fol. mihi* 47.

Secundo, quia ſi eſſet legitimus contradictor, ob eam eſſet rationem, quia citatio faciat legitimum contradictorem, quaſi per eam approbatus fuerit, vt contradictor, quinimò ad contradicendum prouocatus, Verum hoc non videtur ſufficere,

12 quia † citatio reſpicit perſonam, non verò cauſam, ad hoc autem, vt quis ſit legitimus contradictor, non ſolum neceſſe eſt, vt quoad perſonam ſit ſufficiens, niſi quoque iuſtam habeat contradicendi cauſam, quod autem per talem citationem cauſa

13 non approbetur, manifeſtum redditur exemplo teſtium, † in quibus ſi pars eos in-

14 duxerit, videtur perſonam approbaſſe, non verò dicta, † ideò non poteſt de eorum inhabilitate opponere *gloſ. in* §. *licet, in verb. ſupplicijs in auth. de teſtib.* At contra eorum dicta rectè opponet *Abb. in c. cauſam il primo, extra de re iudic. & probatur in l. ſi quis teſtibus,* C. *de teſtib. Pariſ. conſ.* 88. *num.* 84. *lib.* 3.

15 Tertio quia † non videtur legitimus contradictor, nec ad minimum quidem effe-

16 ctum, cuius non intereſt hæredem in poſſeſſionem immitti, † Videtur enim merè calumnioſè contradicere, cùm ſua non interſit *contra l.* 2. *C. de iur. iur. propter calum. dand. & princ. cum tot. tit. Inſtit. de pœn. temere litig. & c.* 1. *vbi gloſ. extra de iuram.*

17 *calum.* † hinc replicatio (tua non intereſt) omnem ſolet exceptionem excludere, *l. locì corpus,* §. *competit, ff. ſi ſeruit. vend. l. poſthumus,* §. *ſi quis ex his, ff. de inoff. teſtam. Dec. conſ.* 312. *num.* 4. *&* 5. *Cranett. conſ.* 182. *nu.* 8. At citati, ſi non poſſideat, nec titulum habeat, non intereſt hæredem in poſſeſſionem immitti, ergo &c.

Minor apparet, nullam enim iacturam facit, neque quoad vis præſens, neque quoad ſperatum, ſeu futurum, non quoad præſens, quia cum non poſſideat, ſola autem poſſeſſio tribuatur hæredi, nihil ammittit, non quoad futurum, quia, cum nullum habeat titulum, nihil impoſterum prætendere poteſt in eas res, de quarum poſſeſſione hæredi concedenda agitur.

Quarto ex mente C*urtij num.* 73. *verſ. mihi non pateat &c.* quia hoc modo citatio noceret citanti, & ideò fatuus eſſet, qui aliquem citare faceret.

Quinto, quia repugnat doctrina *Bart. d. num.* 21. *verſ. ille vero*, qui fuit citatus, quo loci ſtatuit, ſi ille, qui fuit citatus, tempore primi iuſſus comparuit, & eius con-

18 tradictio fuit repulſa, non poſſe amplius audiri, † cum in hoc iudicio momentaneæ poſſeſſionis non poſſit appellari, ſi enim citatio faceret legitimum contradictorem, non poſſe repelli, & repulſus appellaret, cum in iudicio momentaneæ poſſeſſionis appelletur ab inordinato proceſſu ſecundum *Bald. in c. ex conqueſtione, col.* 2. *&* 10. *de reſtit. ſpoliat. & Dec. hic, col.* 2.

Sexto, quia ita tenet *Curt. hic nu.* 73. *verſ.* 3. *concluſio, & ante eum Dec. licet non ita deliberatè num* 45. *verſ. item eſt aduertendum, & ſupra num.* 176.

19 † In contrarium eſt communis Interpretum ſententia arbitrantiũ tum in cõmuni

citationem

20 †citationem approbare citatum, vt in iudicio contendere poſſit, tum in ſpecie no-
ſtra,& in particulari approbari citatum, vt hæredi petenti immiſſionem contradice-
re poſſit *Bar.hic nu.21.verſ.quando venit poſt iuſſum, Bald.nu.42.* dicens alias non
fuiſſe admittendum, niſi docuiſſet de ſuo intereſſe, ſed eius perſonam fuiſſe per ci-
tationem firmatam,& ita cõcludit debere audiri abſq; eo, quod doceat de intereſſe,
*Caſtr.nu.11.Alex.nu.38.& 46.Curt.nu.73.Felin.in c.cum inter nu.11.& ibi Dec.
nu.16.ext.de excep.Vant.in trac.de nullit.in tit.quis poßit dicere de nullitate,nu.22.
Zuccar.hic nu.405.Perſonal.de adipiſc.nu.69. Menoch.de adipiſc.remed.4.nu.555.
Idem conſ.180.ſub nu.54.verſ.quod bona allodialia,& conſ.722.num.12.Burſatt.
conſ.129.nu.17. & 18.lib.1.Innoc.in c.cum inter,col.1.de except.Bart.in l.cum mu-
lier,nu.43.verſ.preterea ff.ſol.matr.Bald.in l.2.circa fin.C.de pact. Fel.& Imol.in,
c.cum inter,nu.11.& ibid.Dec.nu.16.de except.Ang.Aret.conſ.94.nu.1.Decian.re-
ſponſ.41.nu.46.vol.3. Rimin.iun.conſ.585.nu.3.& 4. Butr.in c.dilecta,nu.7.de ex-
cept.* Multos vniuerſaliter de citatione loquentes congerit *Surd.deciſ.104.num.9.
& 10. Idem conſ.114.nu.3.* vbi quod citatus ſimpliciter ad iudicium cenſeatur pro
legitimo contradictore approbatus, qui allegat *Rol.conſ.29.nu.8.vol.2. Sapiam,&
alios, Seraph.deciſ.144.num.5.& deciſ.193.nu.1.*& fuit dictum *in vna Mediolanen.
vſurarum 11.Decembris 1591.& 13.Aprilis 1592.coram Cardinali Pamphilio.*
Probatur autem primo, quia citatio eſſet omninò inanis, nullumq. prorſus effe-
ctum pareret, quod abſonum videtur, niſi approbando citatum faceret legitimum
contradictorem, ita ex aliorum mente arguit *Rimin.iun. d.conſ.585.nu.4.*

21 Secundo quia † citans aliquem vt talem, videtur eum, vt talem approbare, At in
impetrando legis noſtræ beneficio, non poteſt quis aliquem citare, niſi vt contradi-
ctorem, ergo vt talem approbat, Maior probatur innumeris propemodum exẽplis,
22 † Citans enim aliquem vt Ciuem, quamuis fortè non eſſet, non poteſt opponere illi
non eſſe Ciuem, *ita Rebuff.in concordat.ſub tit.de conſtit.ad verſ.Eccleſiarum in gl.
23 intereſſe putantes*, † & citans poſt tempus conceſſum ad retrahendum non poteſt
lapſum temporis opponere, quia ex quo iam fuit citatus, cenſetur habilitatus, *Ce-
poll.cautel.68.incip.ſi petens ſe immitti, Iaſ.in l.de pupillo, §.ſeruo,ff. de nou. oper.
24 nunciat. Rebuff.loco vbi ſupra.* Item † citans aliquem vt tutorem, vel curatorem, vt
talem approbat *Bald.in l.licet,C.de procur.& in l.cum mulier,ff.ſol.matr. Angel.in
l.non idcirco,§.fin.ff.de iudic.Cepol.conſil.68.incip.ſi petens, & 203. incipit ſi facis
quem, ſequitur Iaſ.in l.de pupillo,§.ſeruo ff.de nou.oper.nunc. Bologn.in 1.par. in-
terp.in l.ea quidem, C.ſi ma.ita fu.al. Marian.in c.quoniam frequenter, §. quod ſi
ſuper,col.20.in fin 8.queſt.de lit.conteſt.Fel.in c.exhibita,in princ.de iud.col.2.Ca-
tel.Cotta in 2.par. memoralium in verſ.citatio habilitat. Hippol.Marſil.in l.ſi quis
ne queſt.col.33.ff.de queſt. Paul.Caſtr.conſil.12.lib.1.incip.tota diſputatio, Neuiz.
conſ.17.nu.8 qui ſupradictos allegat, Marſil.in rubr.ff.de fideicomm.nu.68.Canal-
cant. de tutor.num.297.vbi allegat Alex.Fel.& Beninten.Surd.deciſ.104.num.9.
& 10.& deciſ.108.num.12.& 13. vbi vide alia exempla.*

25 Nota tamen † hoc eſſe intelligendum quantum ad citantis damnum, vt non poſ-
ſit opponere nõ eſſe tutorem, non quantum ad robur iudicij in damnũ pupilli, leges
enim iudicium irritant quantum ad damnũ pupilli attinet, *l.non dubium,in fin.C.de
tutor.vel curat.qui ſatiſd.cog.* cum pluribus cumulatis *per d.Neuiz.d.conſ.17.nu.9.*
26 † Approbatio enim partis nihil contra legem irritantem operari poteſt, *ad l.pacta,
27 que contra col.1. C.de pact.cum alijs ibidem deductis*, † Item quantum ad iudicem
nihil facit talis approbatio, quia ſic citatus adhuc à iudice repelli poteſt, niſi legiti-
28 me ſuam perſonam † eius enim intereſt ne iudicium reddatur eluſorium, *Barb.c.1.
col.3.de libell.oblat.nu.10. Lancell.in l.vbi pactum,col.fin.C.de teſtam. Hippol.in l.ſi
quis ne queſtio,col.3.de queſtor. cum alijs per Nevizan.adductis d.conſil.7.num.11.*

29 Tertio probatur, † quia in iudicijs quaſi contrahitur, † & valet argumentum à
30

contractu ad quaſi contractum, *l. ſi pupilli, §. ſi quis ita ff. de neg. geſt. l. apud Iulianũ, §. fin. cum l. ſeq. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. ea. l. ait Prætor in princ. iuncto §. non ſolum, & ſeq. ff. de minor.* At citans in iudicio quaſi contrahendo approbat citatum, vt contradictorem, ideò non poteſt à quaſi contractu recedendo cum poſtea contradictorem negare *ad l. ſicut, C. de action. & obligation.*

31 Quarto ex mente *Menoch. d. remed. 4. nu. 555.* probatur † quia iſte citatus ſi etiam veniat ad contradicendum ſolummodò poſt ſententiam, admittitur vt legitimus contradictor, vt *in 3. articulo* infra videbimus, multo magis eſt aſſerendum admitti, quando venit ante ſententiam.

Ad primum argumentum, quod maximi ſanè ponderis eſt, cogitabã, an respondendum aliquod diſcrimen intercedere inter executorem litterarum Apoſtolicarum, & executorem in beneficio legis noſtræ, quamuis enim † in executore litterarum procedatur ad inſtar huius beneficij ad ſupra cũmulata, nihilominus is non ſolum procedit executiue, verum extraiudicialiter abſolutè, quando in litteris non reperitur aliqua clauſula ſonans in iudicialem indaginem, neque aliquis poſſidens datur de cuius præiudicio agatur, in his enim terminis loquuntur ſupra allegati Auctores, & potiſſimum Rota, cùm dicatur electus non tanquàm Iudex, ſed tanquam vir diſcretus ad tradita per *Hoſtien. in d. c. dudum, nu. 5. circa finem, ext. de præſumpt.*
32

33 † Executor verò in beneficio legis noſtræ Iudex eſt, licet executiuè agat, & ſummario iudicio, vt colligitur *ex tex. ibi* (competenti Iudici oſtenderit) verùm quia vis argumenti, & ſimilitudinis non conſiſtit in hoc, quod agatur iudicialiter, vel extraiudicialiter, ſed ex eo, vt quemadmodum, quia alter citauit, cum non teneretur, poteſt procedere, quaſi non citaſſet, ita alter, quemadmodum enim executor litterarum Apoſtolicarum, quando citauit, non tenetur proſequi citationem, quia non tenebatur citare ad tradita *per Hoſtien. in d. c. dudum, nu. 5.* ita executor teſtamenti in vim legis noſtræ, quia neque iſte tenebatur citare, non enim loquimur de eo citato, quem citari erat neceſſe, is enim etiam non citatus, erit contradictor; præterquam quod nullo dato poſſeſſore, aut contradictore opportuno extraiudicialiter quoque in noſtro remedio agitur nulla ſolemnitate ſeruata.

34 In eam poſtremò ſententiam incidi, poſſe † quidem Iudicem viam mutare, & non expectato, vel non audito citato, vlterius proſequi, & redire, vel pergere in via executiua, Partem verò non poſſe inducere Iudicem, vt citatum non expectet, vt eum non audiat, & ad viam extraiudicialem reuertatur, neq; excipere poſſe de illegitimitate perſonæ, quæ per citationem ab ea fuit approbata, duas autem diuerſitatis rationes, vel ad ſummum tres animaduerto, quæ me facilè in hanc ſententiam

35 trahunt, prior eſt, quam *ſupra num. 20. ex Baldo indicaui*; † quia Iudex duas habet publicas auctoritates, quarum neutri, quia publicæ ſunt, renunciare poteſt, Vnde cum non poſſit renunciare auctoritati agendi extraiudicialiter, quamuis ex aliquibus, ſecundum formam iudicialem proceſſerit, poteſt ad viam extraiudicialem redire, Pars verò non tractat de renunciando publicæ auctoritati, ſed priuato ſuo cõmodo, hinc quamuis potuiſſet ab initio non citando procedere aliter agendo huic

36 commodo renunciaſſe videtur, cui planè renunciare poterat. Altera eſt ratio, † quia pars in iudicio quaſi contrahit, vt etiam ſupra diximus, meritò à quaſi contractu recedere nequit *ad l. ſicut, C. de act. & oblig.* Iudex non æquè ideò in ſua manet libertate, in qua erat ab initio; Addamus tertiam diuerſitatis rationem, quæ eſt partem citando aliquo modo Iudici perſuadere ſe conſciam eſſe alicuius iuris citati, Quamobrem ſi poſteà via mutata velit à citatione recedere, ſuſpicionem præbet, ne callidè viam mutet, vt præcludat aduerſario viam impediendi immiſſionem, quam fortè iuſtè impedire poſſet, In Iudice, ſeu executore non oritur hæc ſuſpicio, tum quia non citauit ſua cauſa, ſed cauſa partis, & ea vt plurimum inſtante, tum quia non agitur cauſa illius, ſed aliena, ideò nulla datur ſuſpicandi occaſio.

Ad

37 Ad ſecundum reſpondetur † citationem approbando perſonam, approbare in re noſtra cauſam, quia perſona non poteſt eſſe legitima, niſi eo quod iuſtã habeat cau-
38 ſam, † neq; quicquam facit ſimile teſtium, in quibus licet perſona fuerit approbata, non tamen dicta eorum approbata dicuntur, Non enim ex impugnatione dictorum ſequitur quominus in iudicio, vt teſtes admittantur, at in caſu noſtro impugnatio cauſæ faceret, quominus admiſſus quoad perſonam in iudicio eſſe poſſet, & ita approbaretur, & reprobaretur, Vnde adnotandum cauſam non poſſe impugnari quantum ad id, vt in iudicio eſſe poſſit tanquàm legitima perſona, in tantum enim eſt approbata cauſa, in quantum tribuit ius ſiſtendi in iudicio non autem quantum confert ad victoriam reportandam, vel ad effectum, vt citatus aliquid conſequatur, ad hoc enim neceſſe eſt poſtea, vt doceat de ſuo intereſſe, *ita Sebaſt. Sapia in l. noſtra, num. 98. Rota in Mediolanen. vſurarium 13. Aprilis 1592. coram Cardinali Pamphilio.*

Et hoc eſt quod ſignificauit *Angel. conſ. 98. incipit iuſtiſſimi Domini ſub num. 1.*
39 dum ſtatuit, † quamuis citatus dicatur habilitatus, tamen ſi comparet, & oſtendit ſe habere iuſtam cauſam contradicendi, condemnabitur, vel repelletur, & rationem
40 affert quia † reus conuentus dicitur eſſe actor in exceptionibus ſuis, *l. in exceptionibus, ff. de exception.* quod eo magis verum, quia in quocunque indubitata eſt concluſio, & ſi per ſe verus eſſet reus, & per conſequens legitimus contradictor, ſi non probat ſuas exceptiones, condemnatur, vel repellitur, ſi tamen ſuam intentionem
41 probauerit actor, † debet enim reus probare omnia neceſſaria, vt ſua exceptio concludat *l. 1. C. de probat. d. l. in exceptionibus, Aym. conſ. 226. num. 8. Put. conſ. 406. lib. 2. Rota in Bononien. apothecarum 17. Decembris 1604. coram Reuerendiſſ. Archiepiſcopo Bononien. & Roman. incendij 27. Nouembris 1606.*

Ad tertium reſpondendum, quinimò ſua intereſſe hæredem in poſſeſſionem non immitti, quandoquidem eo non immiſſo, & ſic bonis vacantibus facilius poterit ea
42 conſequi, quàm ſi fuiſſent iam occupata, † quamuis enim hoc intereſſe non videatur per ſe ſufficiens ad efficiendum legitimum contradictorem, vt infrà dicam *q. 5. art. 2. argum. 4 pro ſecunda opinione, & in reſponſione 2. ad ſecundum*, eſt tamen inſufficiens ad excludendam calumniam, potiſſimum concurrentibus adminiculis, & citationis, & tituli tacitè allegati, vt paulò poſt dicam; quod autem bona nunquàm ad illum peruenire poſſint, cùm titulum non habeat, reſpondendum, non eſſe intelligendam quæſtionem quãdo omnino conſtat nullum habere titulum, aut cauſam, ob quam talia bona prætendere poſſit, ſed quando eam tunc non allegat, poſſet tamen habere, & in proceſſu cauſæ allegare, & diſcutiendum proponere, nam etiam ſi non alleget titulum, quando eſt citatus ab initio, ſi tamen ſe audiri inſtat, interimq. petat hæredem non immitti, tacitè ſaltem, & in communi cauſam aliquam, & ſic titulum allegare videtur, neque dicatur huiuſmodi titulum tacitè allegatum quaſi
43 ſub dubio allegari, & dubium eſſe, ideò non releuare, cum vulgaris ſit regula, † probationem dubiam non releuare *ad l. neque natales, C. de probat. & c. in præſentia,*
44 *extra de probat.* nam dixi *infra q. 4. num. 66.* ob quam regulam ſtatui ſolam † poſſeſſionem non facere legitimum contradictorem, quando dubium eſt an detur titulus, id enim verum, quando contradictio fundatur principaliter in titulo, ita vt titulus ſit mentio contradicentis ſecus ſi fundetur in alio, ita vt contradicens habeat fundatam ſuam exceptionem; licet enim replicatio actoris fundetur in non titulo, tunc ſufficit talem replicationem non habere fundamentum clarum, hoc eſt clarè
45 non apparere de non titulo, † Partes enim replicantis ſunt probare fundamentum ſuæ replicationis, quando reus ſuam exceptionem fundatam habet, facit *tex. in dict. l. in exceptionibus, ff. de except. in tot. tit. Inſtitut. de replicat.* in illiſque eodem modo procedit regula dubiam probationem non releuare *ad l. neque natales, C. de probat.*

46 Secundò reſpondendum vltra poſſeſſionẽ & titulum † poſſe dari aliquod intereſſe ſaltẽ in beneficialibus, ſi fortè quis vellet in poſſeſſione canonicatus immitti, vel vi litterarũ Apoſtolicarum, vel vi prouiſionis ab ordinario obtentæ, & capitulum citaret, cuius, quamuis neq; poſſideat, neq; titulum habeat, poteſt tamẽ intereſſe ne immittatur ratione priuilegiorum, quorum vigore vel puritas ſanguinis, aut iura Ciuitatis, aut quid ſimile eſſet neceſſarium, tunc enim Capituli intereſt, ne carens huiuſmodi conditionibus immittatur, an autem huiuſmodi intereſſe ſufficiat, quia etiã deficiente citatione eſt valde conſiderabile, inferius agam, vel ſi contra prouiſum ab ordinario prætenderet ſimultaneam collationem, hinc conſtat citatum non ſemper calumnioſè contradicere, quamuis poſſeſſione, & titulo careat.

Ad quartum reſpondendum citationem non nocere citanti, in eo ſi quidem prodeſt, vt ſi citato contradicente, nihilominus immiſſus fuerit, qui, rationibus vtriuſque perpenſis apparuerit æquiorem fouere cauſam hæredem, non poterit poſteà contradictor inſtare, vt immiſſio reuocetur, quaſi non fuerit citatus, ſuaque intereſſet.

Præterquam quod non eſt abſurdum fateri fatuũ eum eſſe, qui nec poſſidentes, nec ti-
47 tulum habentes citat, ideò ſuæ fatuitatis pęnas ferre, ſicut in ſimili † qui poteſt propria auctoritate poſſeſſionem capere, ſi Iudicem adiuerit, huiuſmodi facultatem perdit, & tenetur via iudiciaria procedere, ſeruatis ſcilicet in iudicio ſeruandis, proſequi ius illud, quod aliàs liberè ex ſe exercere valuiſſet, vtendo propria auctoritate, *l. ſi quis rem, ff. de recept. arbitr. Bald. in l. 2. num. 29. de ſeruit. & aqu. & in l. eadem num. 13. ibi poſtquam Iudex eſt aditus, C. de locat. & in l. 1. nu. 2. C. de execut. rei iudic.* cum alijs infinitis, de quibus per *Card. Manticam*, qui hanc materiam benè digerit *de coniectur. contract. lib. 22. tit. 22. nu. 15. Surd. deciſ. 92. nu. 74. & fuit dictum coram Cardinali Lancellotto in vna Bononien. domus 5. Nouembris 1599. & coram Reuerendiſſ. Archiepiſcopo Bononien. in Mediolanen. bonorum 18. Aprilis 1603. & coram Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno in Ariminen. deuolutionis bonorum 27. Iunij 1608. & in Romana de Arronijs 15. Ianuarij 1614. coram R. P. D. Vbaldo.*

48 Et ſicut etiam † qui poterat via executiua, & via ordinaria agere, ſibi imputare debet ſi fatuus fuit, eligendo ordinariam, quam ſemel electam omnino proſequi tenetur, nec regulariter recedere poteſt, *c. vt qui duas de elect. in 6. Galleſ. ad oblig. Cameral. par. 3. q. 2. num. 4. plenè Rota in vna Mediolanen. legati 30. Octobris 1585. coram Cardinali Pamphilio, & in Romana pecuniaria 22. Iunij 1598. coram Litta, quæ refertur in par. 4. nouiſſim. deciſ. 847.*

49 Ad quintum reſpondendum doctrinam *Bart.* intelligendam, † non quando citatus contradictor inauditus fuit repulſus, ita enim eſſet contradictor, & non admitteretur vt talis, quod repugnat, ſed quando ſummariè de illius iure cognitum ſit, & decreuerit Iudex allegata ab eo, tanquam nullius ponderis eſſe reijcienda, & contradictione, quæ iniuſta apparuit, non obſtante, hæredem immittendum tunc enim & fuit admiſſus vt contradictor, & proceſſus non fuit inordinatus, & contradictio repulſa, & non dabitur appellatio.

Ad ſextum reſpondendum auctoritatibus enarratorum præpollere communem ſententiam, tanto magis quia conſtat eorum rationes ſolui poſſe, quibus (fortè ſolutionum ignari) fuere decepti.

Declaranda eſt determinatio propoſita occaſione tertij argumenti, eiuſque ſo-
50 lutionis † vt locum non habeat ſi notoriè appareret hunc citatum nullum ius habere poſſe, quod tamen rarò admodum apparere poterit, certum enim eſſet cum tunc merè calumnioſe agere, quod non eſſe permittendum *in dicto 3. argumento* ſupra probatum fuit.

51 Declaratur ſecundo hæc propoſitio † vt ſic per citationem habilitati audiantur, ſi op-

ſi opponant exceptiones tangentes defectum iudicij poſſeſſorij ex parte agentis,puta teſtamentum eſſe cancellatum, vel quod defunctus non poſſidebat; Si enim opponunt ea,quæ tangunt petitorium,non ſunt audiendi,vt rectè *Alex.in l.fin.n.23. verſic.& iſto caſu, quem canonizauit Rota apud Statil.Pacif. & deciſ.44.nu.2. & coram Seraph. deciſ.29.nu.3.* & fortè ratio eſt, quia eſt citatus ad contradicendum in iudicio poſſeſſorio, & non in petitorio, vnde habilitatur ad poſſeſſorium, non ad petitorium.

52 Declaratur tertio,† vt verum quando citatio voluntaria,ſecus in neceſſaria *Bartol.in l.2.nu.7. & ibi Salyc. C.de his quæ vi mè. ve cauſ.tex. in l. rem legatam ff.de*

53 *adminiſtr.legat. Seraph.deciſ.*144.*nu.*6. facit etiam ſimile † coactæ ſolutionis,quæ non conſtituit in quaſi poſſeſsione ſic exigentem, *l.2. C.quod met.cauſ.l.ſi ob turpem,ff.de condit.ob turp.cauſ.Rom.conſ.*369.*nu.* 14. *& ibi Adden.littera M. Achill. de Graſſ.deciſ.*11.*de penſio. Put.deciſ.*8.*eod.tit. Caputaq. deciſ.*333. *&* 334. *nu.*3. *in fine, & ſeq.par.*2.*cum ſexcentis concordantibus.*

Exemplum eſt ſi quis poſſideat,in eo enim neceſſariam eſſe citationem communiter receptum *Bart.hic num.*16.*Bald.num.*48.*Riminald.conſ.*494 *num.*33. *Socin. conſ.*13.*num.*5.*lib.*4.& nos alibi dicemus,& ideo non facit legitimum contradictorem, vt citatio ſcilicet per ſe ſola, & vt talis, ſi enim hoc loci citatus erit contradictor,non erit in vim citationis, ſed in vim coniunctæ poſſeſſionis,& ita non vt citatus ſimpliciter,ſed & vt poſſidens; ita fuit reſolutum *in vna Varmien.Canonicatus* 3.*Decembris* 1604.*coram Illuſtriſſ.& Reuerendiſs.Cardinali Melino*,quemadmodum neque facit legitimum contradictorem,niſi ille opponat exceptiones excludētes iudicium poſſeſſorium,vt ſupra dictū, *& Rota in d.Varmien.Canonicatus*,quid autem vna cum citatione operetur poſſeſſio,inferius ſuo loco attingemus,cum eius determinatio egrediatur terminos præſentis articuli.

Quantum ad ſecundam inſpectionem, An citatus non ſolum ſit legitimus contradictor modo,de quo ſupra,verum etiam vlterius ad efficiendum,vt cauſa ordinariè tractetur via executiua omnino omiſſa.

54 Breuiter † negatiua ſententia eſt tenenda,quicquid contra male videatur ſentire *Menoch.de adipiſcen.rem.*4.*num.*555.qui ſuum errorem communi ſententiæ adſcribere videtur,dum inquit. Primus eſt caſus, cum is, qui non poſſidet, nec detinet, fuit citatus, & ad iudicium hoc venit, vt impediat ſummarium proceſſum, atque ita vt curet cauſam ordinariè tractari, quo in caſu ſentiunt omnes hic hunc eſſe legitimum contradictorem. Eandem ſententiam amplexus eſt, *conſ.*180.*nu.*54.*verſic.*quoad bona allodialia, *& conſ.*722.*nu.*7.*verſic.*4.*ſuffragatur*, vbi allegat *Bero. conſil.*89.*in fin.lib.*2. qui tamen nihil ad rem, *& Burſattum, conſ.*129.*num*.17. *&* 18. *lib.*1. qui forte per errorem allegatus, quia nihil in eo reperij, quod faciat ad rem, *& Ioſephum Ludouic.deciſ.*43.*num.*21.

Probatur autem hæc negatiua contra Menochium.

Primò quia ne quidem poſſidens, & citatus ſimpliciter, vt poſſidens, & citatus facit cauſam ordinarie tractari,niſi aliqua deducat, per quæ congruum ſit iudicem declarare non eſſe hæredem immittendum,ſed cauſam ordinariè tractandam,puta

55 parem titulum, † parem enim titulum non habens,non eſt legitimus contradictor, niſi in continenti de iure ſuo doceat, *ad Rotam in vna Elnen. præceptoriæ* 10. *Iunij* 1610.*coram Reuerendiſs.Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen.& infra latius di*

56 *cam ſuo loco*, † & tamen eſt citandus,alioquin diceretur ſpoliatus, *cap.licet Epiſcopo de præben.in* 6.cum alijs,de quibus per *Felin.in cap.cum olim extra de re iudic. Zu*

57 *card. hic num.* 372. † Cum igitur prædo per citationem non efficiatur contradictor

58 ad impediendam viam executiuam, conſtat † citationem iunctam poſſeſſioni, non habere hanc vim,quod eo magis aſſerendum, quia ſi poſſeſſioni coniuncta haberet hanc vim,ſequeretur,vt legis noſtræ beneficium eſſet vanum, & inutile,dato enim

poſſeſ-

poſſeſſote,quia neceſſaria eſt citatio, vt dixi,nunquam competeret hoc beneficium aduerſus poſſidentem,nam aduerſus non citatum non competit,quia eſſet eum ſpoliare,aduerſus citatum,neque quia eſt contradictor ad efficiendum vt cauſa ordina-
59 riè tractetur, non dato vero poſſeſſore,eo non eſt opus,† quia poteſt hæres propria auctoritate bonorum hæreditatiorum vacantium poſſeſſionem capere *l.cum heres, ff.de acquir.poſſeſ. Bart.in l.noſtra,num.16.Bal.nu.3. Dec.nu.4. Zuchard nu.107. Alex.in l.à Diuo Pio §.ſi ſuper rebus,nu.27.in fin.ff.de re iudic. Rip.in rubr.ff.quorum legatorum,num.2. Plotus in l.ſi quando, num.85.& 93.C.vnde vi, Durant.in tract.de art.teſtan.tit.2.caut.20.num.2.Calcan.conſ.67.colum.2.in fin. Pariſ.conſ. 54.num.1.& ſeq.lib.3. & conſ.37.num 22.eod.lib. Soc.iun.conſil.75.num.10.lib.1.*
60 hinc ſequeretur hoc beneficium perperam introductum , cum tamen † leges nihil fruſtra operentur, *§.quibus primo conſtit.Cod.l.hac ſtipulatio, §.diuus,ff.vt leg.nomin.cauea.l.non cogendum,§.Sabinus,ff.de procurat.l.1.§.quod met.cauſ.l.1 in fin. ff.ad Municip. cap.2. extra de probat.*

61 Secundò, quia † tantum operatur citatio, quantum legitimatio perſonæ, citans enim nihil aliud facit, quàm quod approbat perſonam citati,neque poteſt amplius à limine iudicij eam arcere, quaſi perſona non legitima, vt probaui ſupra in prima inſpectione in ſecundo argumento pro affirmatiua,& confert doctrina Innocentij, *in cap cum inter extra de except. Sequitur Alex.hic num.23.& alii relati per Zu-*
62 *chard. num.*405. At quicunque † legitimauit ſuam perſonã probando ſuum intereſſe,nõ per hoc facit cauſam ordinarie tractati, alioqui nullum daretur iudiciũ ſummarium,
63 † cũ in cauſis vtcunque ſummarijs ſemper legitimanda perſona, vt ſæpius iam dictum ad *Alexan. poſt Bart. & Salycetum in l.2. num.5.* hoc titulo cum alijs latè alibi deductis, cõſequens ergo eſt,vt citatio legitimando ſimpliciter perſonam non faciat contradictorem ad effectum vt cauſa ordinarie agatur.

Tertiò, facit Doctrina *Bartoli* ſupra allegata *in 4.argum.* Si enim citatus faceret cauſam ordinarie tractati,is contradictione admiſſa repulſus appellare poſſet, quod tamen negat Bartolus, hinc ſequitur id quod diximus in ſolutione dicti ar-
64 gumenti, † vt citatus ſit audiendus, & ſummarie ſint perpendenda, quæ ab eo allegantur, quæ ſi Iudici leuia videbuntur, reſpuet eum , & is repulſus non appellabit, ſed immittetur hæres,ſi vero videbuntur tanti ponderis,vt executiue non ſit agendum,declarabit non eſſe dandam immiſſionem, ſed cauſam ordinarie tractandam , quo caſu non eſt citatio,quæ faciat contradictorem ad effectum,vt cauſa ordinarie agatur,ſed ea,quæ allegantur à citato,puta titulus par, aut quid conſimile oppotunum ad huiuſmodi effectum.

Dubitandum contingit quid iuris in capitulo citato à prouiſo , vel Apoſtolico ; vel ordinario de Canonicatu , in quo licet non detur neque poſſeſsio , neque titulus dicti Canonicatus, poteſt tamen dari aliquod intereſſe,puta vt ſeruentur priuilegia capituli, neque concedatur canonicatus , niſi quibus talia priuilegia competunt, puta,vel Ciuibus tantum,vel oriundis ex puro ſanguine,qua de re fuſius ſuo loco agam , vbi quoque in ſimili de ordinario diſſeram , cuius forte intereſſe poteſt prouiſum apoſtolicum non immitti in poſſeſsionem beneficij ob ius conferendi prætenſum.

SVMMARIVM ſecundi Articuli.

65 *Ius ſuum à nemine ſine facto illius eſt auferendum.*

66 *Citatio cum clauſula ſi ſua putauerit intereſſe, tacente, & non comparente citato, ad vlteriora proceditur.*

67 *Sententia lata tacente, & non comparente citato ſupradicta conditione non minus nocet , ac noceat illi,*

illi, contra quem contradicentem eſt lata.

68 *Vni per alium non eſt iniqua conditio inferenda.*

69 *Citatio cum prædicta conditione facit citatum actorem.*

Declara vt num. 83.

70 *Alexander contra ſentit, qui vult quod faciat reum.*

71 *Conditione purificata, diſpoſitio pro pura habetur, purum enim & purificatum æquiparantur.*

72 *Conditio ſi ſua putauerit intereſſe purificatur per apparentem, & ſummariam probationem.*

73 *Citatus ſub dicta conditione admittitur ad probandum ſua intereſſe.*

Declara vt num. 84.

74 *Conſequenti conceſſo, conceduntur quoque neceſſaria antecedentia.*

75 *Citatio conditionalis ſi ſua putauerit intereſſe non habilitat citatum, nec ipſe audiendus, niſi doceat ſaltem apparenter de ſuo intereſſe.*

76 *Conditio non purificata nihil ponit in eſſe.*

77 *Citatio ſi ſua putauerit intereſſe facit reum voluntarium, & ſi non compareat, non poteſt dici contumax; nec contra eum poteſt procedi tanquam contra contumacem.*

78 *Clauſula ſi ſua putauerit intereße comparendi facultatem in abſolutam citati voluntatem confert, facitque reum voluntarium, non neceſſarium.*

79 *Contrariorum contrarij ſunt effectus.*

80 *Citatum cum clauſula ſi ſua putauerit intereße, poſſe venire ad Iudicium, quomodo intelligendum.*

81 *Citatus cum ſupradicta conditione ſi non probabit ſua intereſſe opportuno tempore à Iudicio repelletur, & nullo modo erit contradictor, ſi verò probabit, admittetur, non vt ſimpliciter citatus, ſed per congruam ſuæ perſonæ legitimationem.*

82 *Simpliciter citatus non tenetur docere de aliquo intereſſe.*

85 *Citatus ſi ſua putauerit intereße, docto de intereſſe, legitimus eſt contradictor.*

86 *Citatus ſupradicta conditione, debet incontinenti, & promptè docere de ſuo intereſſe, & de cauſa contradicendi.*

87 *Citatus ſupradicta conditione, eſt contradictor ſecundum quid, hoc eſt quantum ad omnes alias conditiones, & requiſita in contradictore neceßaria, eo quod intereſt, excepto.*

88 *Clericus citatus ſub hac conditione, poteſt coram Iudice ſeculari comparere.*

89 *Citatio ſupradicta conditione eſt potius quædam monitio, ſeu edictum ad exquirendam voluntatem, & ideò non eſt arctatoria, nec arguit ſuperioritatem.*

90 *Citatus cum dicta conditione, cum veniat ſponte, dicitur potius actor, quàm Reus.*

91 *Citatio cum prædicta conditione, dicitur impropria citatio.*

92 *Neque inducit litis pendentiam.*

93 *Iudicium factum cum Clerico vigore citationis prædictæ coram Iudice ſeculari nonnullis reputatur nullum.*

94 *Citatio prædicta, ſecundum aliquos facit reum neceſſarium.*

95 *Non tamen eſt vera hæc ſententia, niſi in caſibus, in quibus citati poſſident.*

96 *Citatio prædicta, ſi fuerit facta cum comminatione ſi in termino ſibi aſſignato non cõparuerit citatus, contra eum procedendum fore, æquiparatur puræ, & facit eodem modo legitimum contradictorem.*

97 *Ideo ſi hoc modo citatus fiat contumax, contra illum proceditur abſque alia citatione.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando citatus venit ante ſententiam, & citatio fuit conditionalis cum clauſula, ſi ſua putat intereſſe, an ſit legitimus contradictor.

AFfirmatiua ſententia videtur amplectenda, nempè hoc modo citatum, legitimum eſſe contradictorem.

Probatur autem primò, ſi citatus cum clauſula, ſi ſua putat intereſſe, non eſſet legitimus contradictor, neque poſſet in iudicio venire ad contradicendum, & impediendam aduerſarij intentionem, ſequeretur, vt poſſet ab illo omne ius, quod ha-
65 bet, auferri, ſine facto illius, † At conſequens eſt falſum, *l. id, quod noſtrum eſt, ff. de*
66 *reg. iur.* ergò & antecedens. Conſequentia probatur, quia † eo tacente, & non comparente, proceditur ad vlteriora, non obſtante nõ comparitione, *Socin. in tract. de citat. art. 22. q. 14. Rebuff. in tractat. concordatorum ſub tit. de conſtit. ad verſiculum,*
67 *ſeu §. eccleſiarum in gloſ. intereſſe putantes,* † & ſi eo tacente, & non comparente fuerit ſententia lata, ei nocet, non minus, ac illi, contra quem contradicentem eſt lata, nocet enim omnibus cum hac cõditione citatis *Innoc. in c. fin. extra de maior. & obed. Alexan. in l. de vno quoque, in princ. col. vlt. de re iud. notat Bart. in l. filius familias, §. diui, col. 3. verſ. fortè etiam non præiudicaret, ff. de legat. 1. Alex. conſ. 86. num. 4. in 2. Ruin. conſ. 202. num. 2.* Si ergo non erit legitimus contradictor non poterit comparere, & ita ferretur ſententia ei præiudicans, & ius ſuum auferens, quan-
68 do contradicendo rem defendere nequit, † ita etiam vni per alium iniqua inferretur conditio, citato enim eam inferret conditionem, vt ſemper à cauſa caderet, comparens enim reſpueretur, quia non eſſet legitimus contradictor, non cõparens adhuc pateretur damnum ſententiæ, Aduerſarius verſa vice ſemper commodum conſequeretur, quod eſt omnino contra regulam *vni per alium de reg. iur. in 6.*

69 Secundò hæc † citatio facit actorẽ, *Caſtrenſ. in l. teſtamenta omnia, C. de teſtam. in l. libertus ff. de in ius vocan.* & ante eum *Innoc. in c. dilecti ante finem de except. per tex. in c. exhibita de Iud. ſequitur Roman. in l. de pupillo, §. ſeruus, ff. de nou. oper. nunc. Decian. conſ. 21. num. 1.* & multi infra allegandi, *num. 90.* At certum eſt actorem reo contradicere, & ideo legitimũ contradictorẽ eſſe, ergo talis citatio facit cõ-
70 tradictorem, † Quod ſi fortè ſequamur doctrinam *Alex. in d. l. de pupillo*, vbi videtur ſentire talem citationem facere reum, eodem modo arguendo ſubnectemus, At reus eſt contradictor, ergo talis citatio facit contradictorem.

71 Tertiò † purificata conditione, citatio pro pura habetur, æquiparantur enim pura & purificata, *l. ſed & ſi de ſua circa finem, ff. de adit. hered. Iaſon. in l. quoties, num 3. ff. de verb. obligat. Surd. deciſ. 117. num. 6.* At in pura citatione fit legitimus contradictor, qui fuit purè citatus ergo & in conditionata, conditione purificata.

72 Verum † facillimè hæc conditio purificari poteſt, cum ſufficiat apparens probatio, &

tio,& ſummaria *ad Bald.hic num.42.Dec.num.45.* & alios infra in determinatione quæſtionis allegandos,ergo facillimè erit contradictor.

73 Quartò † certum eſt hoc modo citatum admittendum eſſe ad probandum, an ſua interſit, nec ne, In hoc enim omnes omnino conſentiunt,at non poteſt admitti ad id probandum,niſi concedatur,vt veniat ad iudicium,& interim exequutio ſuſpendatur, donec ſaltem ſummariè de iure ſuo doceat, id autem efficere cum non poſſit, niſi intelligat quid ab actore petatur, & quam ob cauſam, vt poſſit primum cognoſcere,an petita ab actore obtineri ſua interſit,quod non poteſt cognoſci,niſi per libelli æditionem,conſequens erit vt poſſit in iudicio inſtare libellum ſibi exhi-
74 beri iuxta tenorem, *l.1.ff.de eden.* Quando enim † conſequens eſt permiſſum,conceduntur quoque neceſſaria antecedētia,ſine quibus ad illud perueniri nequit, *l.2. ff.de iuriſd.omn.iud.* §.*idemque iuris Inſtit.quib.ex cauſ.man.non liceat.*

Quintò, ita videtur ſentire, *Dec.hic nu.45. Curt.iun.conſ.73. Zuchard.nu.406. Peregr.conſ.24.num.1.lib.4. Decian.conſ.21.num.1.*

75 In contrarium eſt veritas,& omnium ferè auctorum ſententia arbitrantium † citationem conditionalem non habilitare perſonam, niſi appareat purificata conditio,& ideo citatum ſi ſua putat intereſſe,non dici approbatum,nec audiendum,niſi doceat de ſuo intereſſe, ſaltem apparenter, & ſummariè, *Alberic.in l.3.ff.ad exhiben Bald.hic num 42.Caſtr.in l.libertas aduerſus ff.de in ius vocan. Roman.in l.de pupillo,§.ſi ſeruo,ff.de nou. oper.nunc. Alex.in l.in Prouincia,§.ſi in publico eodem tit.de nou.oper.nunc.Felin.in c.cum inter num.12.extra de except. Cagnol.in l.diffamari,num.15.C.de ingen.manumiſſ.Thom.Ferret.cautel.205.Capic.deciſ.8.numero 2.& ſeq.Rolan.conſ.29.num.8.& ſeq.*

76 Probatur primò, ex tritiſſima ratione, † conditionem non purificatam nihil ponere in eſſe *l.cedere diem,ff. de verb.ſignif.* antequam vero appareat de intereſſe, non eſt purificata conditio,ideò citatio,ſeu illius effectus collatus in hanc conditionem,nondum in eſſe poſitus eſt, Vndè perinde eſt, ac ſi non citatus.

Secundò, quia citatio ideo videtur facere legitimum contradictorem, vel quia approbat citatum vti talem, quod ſupra dictum, vel quia cogit ad comparendum, ne in pœnam contumaciæ contra illum, tanquam contra contumacem procedatur; Verum in citatione conditionata non approbatur niſi purificata cōditione,nec cogitur comparere in pœnam contumaciæ, ergo &c. Minor quantum ad primum pa-
77 tet iam probata; Quantum ad ſecundum † probatur, quia talis citatio facit reum voluntarium, & ſi non comparet, non poteſt dici contumax, nec contra eum poteſt procedi tanquam contra contumacem, *Ang.in l. Conſentaneum,C.quom.& quand. Iud.Bald.Salic.Bellon.Ang.Aret.Alex.*& alij multi,quos citat,& ſequitur *Felin.in c.cum inter verſ.limita 2.de except.*vbi ſubdit fuiſſe per Rotam annullatum quendam proceſſum, in quo fuerat quis citatus cum illa clauſula, id etiam tenuit *Socin. in tract.citat.art.20.num.22.& ſeq.Surd.deciſ.26 num 8.* vbi rationem ex Decio
78 affert † quia talis clauſula comparendi facultatem in abſolutam citati voluntatem confert, qui non tenetur comparere ſi non vult, & ſi verè & cum effectu ſua interſit,ita vt dicatur effici reus volūtarius, non neceſſarius, *ita Bald.Caſtr. Rimin. in l. teſtamenta omnia, C.de teſtam. Caſtr.in l.ſi libertas, la prima in fin.ff.de in ius vocan.Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio, col.5.verſic.ſolum,* ergo reſtat videre, *ff.ſi cui plus quàm per leg.Falc.* & ante omnes *gloſ.fin.in l.ea quidem, C.ſi mancipia ita fuer.manumiſſ.* quam ſequitur *Roman.in l.de pupillo, §.ſi ita in publico,vbi etiam Alexand. in fin num.15.ff.de nou. oper.nunc.Curt.iun.conſil.252.num.27.verſic.ad aliam Iaſon.in leg. noſtra numero 24. Surdus dicta deciſio.26. numero 5. Rota in nouiſſ.deciſ.18.de dol.& contum. Latè Seraph. deciſ.512.num.3.*

Confirmatur hoc ſecundum argumentum, ſi enim verum eſt quod iam dictum, talem citationem non facere contumacem, quod etiam confirmatur ex traditis à

Bald.

Bald.in cap.vni.colum.4.verſ.& nota quod non pot.num.36.de milit.vaſſal.in vſib.
79 *feud.* ſequitur,vt nec faciat contradictorem,† Cum enim contrariorũ contrarij ſint
effectus,potiſſimum quando circa eandem rem conſiderantur *ad l.qui accuſare.ff.*
de accuſ. ſi comparitio in citato facit contradictorem,non comparitio faciet cõtu-
macẽ, habẽt enim rationẽ contrarij contradictor legitimus,& contumax. Rurſus ſi
non cõparitio citati non facit contumacẽ, neque comparitio faciet contradictorẽ.
80 Ad primum reſpondendum † poſſe quidem venire ad iudicium citatum cũ clau-
ſula,& conditione prædicta,non vero abſolutè, vt contradictorem eo in potentiori
ſignificatu accepto,talis enim is dicitur,qui ſtatim impedit proceſſum executiuum,
& cogit vt ordinariè agatur,neque in ſecundo ſignificatu,prout importat quẽ poſ-
ſe in iudicio executiuo actum ſe opponere, & immiſſionem impedire, donec ſecum
de potioritate iurium agatur,Verum ad hunc effectum,vt admittatur ad probandũ
ſua intereſſe,vt fuit concluſum in quarto argumento,& hoc modo ad ſternendam
ſibi viam,per quam poſtea contradictor in ſecundo ſignificatu euadere poſſit, & al-
legando poſtea vel teſtamentum abolitum , vel teſtatorem tempore mortis nõ poſ-
ſediſſe, ſe immiſſioni opponere , Vndè admittitur ad id, quod eſt præparatoriũ ad
contradicendum,quo modo nullus ferme videtur,qui non poſſit eſſe contradictor,
nullus enim contradicere volens arcetur à legitimatione perſonæ , qua legitimata ,
81 fit poſtea merus contradictor. Hoc igitur intereſſe,aut probabit,aut non, † ſi non
probabit intra opportunas dilationes, repelletur, & ſic non erit contradictor, ſi ve-
ro probabit,tunc quidem euadet contradictor ad impediendam viam executiuam ,
donec ſecum agatur ; Verum non ſimpliciter vt citatus, & ſic per ſolam citationem
factus habilis, & legitima perſona, ſed per congruam legitimationem, quæ in ſim-
82 plici citatione non eſt neceſſaria , † Vnde ſimpliciter citatus non tenetur docere de
aliquo intereſſe, cum per citationem eius perſona ſit approbata, vt ſupra diximus ,
tradit Felin.in c.conſuluit,num.16.verſ.2.nota de offic.deleg.Cotta in memor.verſ.
citatio,Deciſ.Peruſ.91.par.2. Præterea qui hoc modo legitimauit perſonam,profe
cto probauit, vel poſſeſſionem,vel titulum, vel aliud quodpiam intereſſe,puta priui
legiorum,ad ea quę ſupra dicta ſunt in ſuperiori articulo,num.42.& ideo eſt cõtra-
dictor vt habens titulum,vel poſſeſſionem,vel intereſſe priuilegiorum,quibus datis
egredimur præciſos articuli terminos,incidimus enim in prætendentem eſſe cõtra-
dictorem non ſimpliciter,quia citatus, ſed quia citatus & poſſidet, vel & citatus, &
titulum habet, vel illius intereſt ob priuilegia & iura ſua,de quibus ſeparatim infe-
rius agendum. Datis his terminis non amplius ſequitur damnum,& inconueniens,
de quo in argumento, ſi enim probabit intereſſe,erit contradictor,ſi non probabit,
nullam patietur iacturam, cum nihil ſua interſit.
83 Ad ſecundum † reſpondendum citationem propoſitam facere actorem probato
intereſſe, cum nihil operetur, niſi purificata conditione,vt diximus in primo argu-
mento, At probato intereſſe egredimur terminos noſtræ diſputationis , vt diximus
in reſpõſione ad primum eodem modo dicendum ſi ſequamur eorum ſententiam,
qui volunt hanc citationem facere reum, facit enim reum probato intereſſe ob ra-
tiones antea allatas, potiſſimum , quia conditionalis.

Ad tertium eadem reſponſio , quando enim purificata eſt citatio , iam probatur
intereſſe , & ideo iam exceſſimus diſputationis noſtræ terminos.
84 Ad quartum † admittendum verè eo quidem modo eſſe contradictorem, quate
nus admittitur ad probandum intereſſe , & interim ſuſpenditur proceſſus executi-
uus, donec ei libellus,vel aliqualis ſaltem petitio edatur, vt ex ea cognoſcẽs an ſua
interſit, nec ne, aut illud probet,aut foro cedat,nõ vero eo modo,quo aut contra-
dictor proprie accipitur, & in eminentiori ſignificatu ; Eſt enim qui facit cauſam
ordinarie tractari,neque eo modo,quo ſimpliciter citatus,qui nullo probato inter-
eſſe admittitur ad contradicendum in iudicio executiuo.

Ad quin-

85 Ad quintum reſpondendum † *Deeium*, Curtium, *& Decianum*, & quoſcum-
que affirmatiuam ſententiam amplectentes, eſſe intelligendos purificata conditio-
ne,& ſic docto de intereſſe, quemadmodum negatiuam tenentes, ſunt intelligen-
di non purificata conditione, & ſic non probato intereſſe, ita vt omnes omnino
86 in vnam conueniant ſententiam, † ſub prædicta conditione citatum debere in con-
tinenti, & promptè de ſuo intereſſe docere, & de cauſa contradicendi, vt rectè
animaduertit, *Peregrin. dicto conſil.24. nu.11. lib.4.* Vndè licet ex forma loquen-
di videantur Doctores in contrarias ire ſententias, in effectu tamen idē ſentiunt.
87 Vel ſecundo reſpondendum † hoc modo citatum eſſe contradictorem ſecundum
quid, licet non abſolutè, hoc eſt quantum ad omnes alias conditiones, & requi-
ſita in contradictore neceſſaria, eo quod intereſt, excepto, ita vt nihil aliud ei poſ-
ſit opponi, niſi ſua non intereſſe, Citatio enim hanc ſolam conditionem habens,
in reliquis purè approbat, facit vulgatum illud, exceptionem firmare regulam in
non exceptis, *l.quaſitum, §.idem reſpondetur, ff.de fund.inſtrumen.* & hoc modo
intelligendus eſt *Decius*, vt ipſe ſemetipſum declarat *dicto num.45.verſic.ſed ad-
uertendum.*

Declaratur vt eo modo, quo diximus, laycum ſic citatum poſſe comparere ad
allegandum ſuum intereſſe, eſſeque admittendum ad illud probandum; Eodem
88 modo † Clericus coram Iudice ſeculari ſic citatus, comparere poſſit, ſi vera eſt opi-
nio eorum, qui arbitrantur hoc modo Clericum coram Iudice layco vocari poſſe,
89 † quaſi hæc citatio dicatur potius quædam monitio, ſeu edictum ad exquirendam
voluntatem quàm vera citatio, & ideo non eſſe arctatoriam, neque arguere ſuperio
ritatem, *ad Bald. Iaſon. Caſtrenſ. Alexan. & alios in l.teſtamenta omnia, numero 4.
C.de teſtamen. Ancharan.conſ.333. An dubia Bald in cap fin. de offic. Iudic. Panor-
mit. & Barbat. in cap. cum iam de off.deleg. ſequitur Iaſon. in l. 1. colum.4. ff.de iu-
dic. Rebuff in concordat ſub rubric. de Conſtitution. ſuper verſ. Eccleſiarum in gloſſ.
intereſſe putantes, verſic.inſuper Clericus,* qui ferè omnes ſupra allegatos adducit
*Afflict. deciſ.2. num 9. & deciſ.24. num.8. Rota in nou. deciſ.18. de dol. & contum.
alias 419. num.2. vbi allegat Hoſtien. & Felinum in capit. dilecti extra de except.
Paleott. deciſ. diuerſ. deciſ.559. par.3. lib.3. num.2. Rota deciſ 229. par.2. nu.2. Bald.
in l.vltima, verſ. item quia citatio, quæ fit de herede, C.de teſtam. Paul. de Caſtr. in
l. libertus la prima, ad fin. ff.de in ius vocan. Mandoſ. commiſſ.1. in verbo intereſſe pu-*
90 *tantes, verſic. quæro,* † Et hoc modo citatus cum veniat ſponte, dicaturque potius
actor, quam reus, tendatq; citatio potius ad commodum, quàm damnum *ad Caſtr.
Rimin. & alios in d.l. teſtamenta, num.7. C.de teſtam. Idem Caſtr. in l. libertus, ff.de
in ius vocan. Afflict. deciſ.2. numerò 9. vbi multos allegat, Boer. deciſ.69. num.27. &
ſeq. Couarru pract. quæſt. cap.8. num.3. verſic. rurſus Rolan. à Vall. conſ.29. lib.2. Mo-
hedan. deciſ 9. de iudic. alias 229. Roman in l. de pupillo poſt num.14. & ibi Iaſ. in §.
Seruo, ff.de nou. oper. nunc. Dec. in cap. cum inter, nu.15. & ante eum Felin. nu.21.*
91 *de except. Farinac. de inquiſitione, quæſt.8. num.88.* † *& ideo dicatur impropria cita-*
92 *tio, vt per Bart. & alios in l.ea quidem, C.ſi mancipia ita fuer. alien.* † neque indu-
cat litis pendentiam; *ad Mandoſium commiſſione prima, in verb. intereſſe putantes,
verſic.2. quæro.*

93 Quid vero dicendum ſi contraria opinio eſt verior † vt iudicium factum cum Cle
rico vigore huius citationis coram Iudice ſeculari ſit nullum, quam tenent *Capic.
deciſ.8. num.3. Decius conſ.158. columna 2. Aym. conſil.13. colum final. Alexand.*
94 *in l.de pupillo, §. ſi ſeruo, ff. de nou. operi. nunciat.* † qui voluit hanc citationem fa-
cere reum neceſſarium, quod etiam ſentire videntur, *Phanuc. de inuentar. par.3.
numero 21. Gram. deciſ.61. Dec. conſil.699. Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſio.380. n.5.
& Surd. dec.26. n.11.* dicam infra vbi agam de citato poſſidente, non enim videtur
95 vera hæc poſterior ſententia, † niſi in illis caſibus, in quibus citati poſſident, contra-

riam enim illis non poſſidentibus rectè defendit, *Dec. in dicto capit. cum inter*, & *Felin. num.* 21. ſupra allegati, vt rectè admonet *Farinac. de inquiſit. queſt.* 8. *numer.* 88. hic enim egrederemur terminos diſputationis propoſitæ, vbi agitur de citato non poſſidente.

96 Declaratur ſecundo, † vt ſi citatio hæc facta cum clauſula ſi ſua putat intereſſe, haberet adiectam comminationem, quod ſi in termino ſibi aſſignato non comparuerit, contra eum procedetur, perindè ac ſi pura fieret citatio abſque clauſula ſi ſua putat, &c. Ideo faceret legitimum contradictorem eodem modo, quo citationem puram facere iam diximus, *Capic. deciſ.* 8. *num* 4. *Roland. conſil.* 29. *numero* 18. *lib.* 2. *Perſonal. de adipiſcen. num.* 71. Vnde ſequitur, vt ſi cum prædicta comminatione citatus, eſſet contumax, contra illum abſque alia citatione procederetur, *Iaſ. in l. Sancimus, num.* 5. & 11. *C. de iudic. Dec. in capit.* 1. *num.* 36. *verſic.* 2. *limitatur de iudic. Marſil. in l. de vnoquoque, num.* 111. *ff. de re iudic. Cagnol. in l. diffamari, nu.* 16. *C. de ingen. manumiſſ. Perſonal. qui prædictos refert*, & ſequitur *in tract. adipiſcen. d. num.* 71. *Seraph. deciſ.* 512. *num.* 5.

SVMMARIVM Tertij Articuli.

98 *Multa facta tenent, quæ facienda non tenerent.*

99 *Comparens poſt contumaciam non videtur audiendus.*
Declara, vt ſaltem audiendus ſit refectis expenſis, & re integra, vt num. 102.

100 *Contumax ius ſuum amittit.*
Declara, vt num. 127.

101 *Citatus citatione pura ſi venit poſt ſententiam, & ante immiſſionem, legitimus eſt contradictor.*

103 *Veniens poſt ſententiam, & ante immiſſionem, re integra venire dicitur.*

104 *Amplia etiam ſi veniat poſt immiſſionem, ex primo tamen decreto.*

105 *Citatio particularis eſt neceſſaria in relaxatione mandati ad contradicendum ne illud relaxetur, etiam inter eaſdem perſonas, de eadem re, & coram eodem Iudice.*

106 *Comparens poſt contumaciam facit eam ceſſare, & pęnam ob eam irrogandam.*

107 *Communione ob contumaciam priuatus, congrua ſatisfactione exhibita reſtituitur.*

108 *Obedientia reſtituit, quòd abſtulit contumacia.*

109 *Sententia contra abſentem & contumacem lata, cenſetur potius lata ob contumaciam, quàm propter aliam cauſam.*

110 *Condemnatus de falſo, ſi in contumaciam fuerit condemnatus, videtur potius ob contumaciam condemnatus, quàm eo quod falſum commiſerit, & ideo poteſt inſtrumenta conficere.*

111 *Contumatia ceſſante, ceſſat pęna pro tempore futuro, non vero præterito.*

112 *Expenſæ iam factæ non dicuntur remiſſæ contumacia ceſſante.*

113 *Contumax non, niſi refectis expenſis, eſt audiendus.*

114 *Amplia etiam in minore.*

115 *Amplia ſecundò, vt etiam parte non petente ſint reficiendæ, quia debentur ob contemptum Iudicis.*

116 *Amplia tertiò, etiam ſi vnus dena-*

denarius deficeret.

117 *Amplia quartò, vt cum effectu ſint ſoluendæ.*

118 *Amplia quintò, etiam in ficto contumace.*

119 *Amplia ſextò, etiam nulla præcedente Iudicis ſententia.*

120 *Citatus domi, non eſt verus, ſed fictus contumax, & quandocunque Nuncius non refert ſe perſonaliter citaſſe.*

121 *Pœna refectionis impenſarum eſt impoſita à lege.*

122 *Pœnæ legali nunquam eſt locus, niſi prius per Iudicem declaratum fuerit, id eueniſſe, per quod pœna impoſita.*

123 *Amplia etiam, ſi ipſo iure pœna imponatur, vel ipſo facto.*

124 *Fallit quando ex actis conſtat Iudici, & parti id eueniſſe per quod pœna imponitur, non enim tunc declaratoria requiritur.*

125 *Notorium dicitur quod ex actis apparet.*

126 *Notorium habet vim ſententiæ.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando venit poſt ſententiam, ſed ante immiſſionem, & citatio fuit pura.

Videtur dicendum non eſſe legitimum contradictorem.

98 Primò, † quia multa facta tenent, quæ facienda non tenerent, *l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* ſed iam ſententia lata, ergo debet tenere hinc exequenda, merito fruſtra comparet contradictor.

99 Secundo, quia † comparens poſt contumaciam, non videtur audiendus *Aret. in rubr. Inſtit. de except. num. 30. verſic. aduertas tamen, Cagnol. in l. diffamari ſub numero 16. 18. & ſeq. C. de ingen. manumiſſ.*

At comparens poſt ſententiam comparet poſt contumaciam, ſi enim ſententia fuiſſet lata ante finem termini citationis, eſſet ipſo iure nulla, ideo ſupponendum congruo tempore latam, & ſic poſt contumaciam citati.

100 Tertio, † facit *l. ſi eo tempore 6. C. de remiſſ. pignor.* vbi videtur contumax ius ſuum amiſiſſe, verba hæc ſunt (ſi eo tempore, quo prædium diſtrahebatur, programmate admoniti creditores, cum præſentes eſſent, ius ſuum executi non ſunt, poſſunt videri obligationem pignoris amiſiſſe) ſi ergo citatus, ius ſuum opportuno tempore non exequatur, videtur ius ſuum amiſiſſe.

Quarto, faciunt rationes in primo articulo perpenſæ, quia citatio non approbat eum, & quia huius quantumuis citati nihil intereſt &c.

Quinto, afferri poſſunt auctoritates allatæ ſupra *quæſt. 2. artic. 2.* præcipue nempe *Rotæ, & Gonzalen.* & rationes ibidem pro eadem ſententia propoſitæ, *leg. cum idem de petit. hered.* & quia iura vigilantibus fauent.

101 In contrarium † eſt communis ſententia, cuius fuit auctor, *Bar. hic num. 21. verſic. quandoque venit poſt iuſſum Bald. num. 42. Iaſon. num. 27. Iacobin. nu. 45. & 46. Dec. num. 45. Zuchard. num. 405. Marſil. in l. ſi quis in quæſtione, nu. 34. ff. de quæſt. Menoch. num. 611. Probatur.*

102 Quia † Regula vniuerſalis eſt contumacem omni in caſu audiri debere, ſaltem refectis expenſis, dum tamen res ſit integra, *l. ſancimus, & ibi ſcribentes communiter, C. de iudic. Auth. & qui iurat in fine, C. de bon. auct. Iud. poſſ.*

103 At citatus † veniens poſt ſententiam, ſeu iuſſum de immittendo, eſt quidem contumax, venit tamen re integra, cum nondum ſit hæres immiſſus, ergo refectis

expenſis erit audiendus, quinimo *d. auth.* Et qui iurat videtur procedere in durio-
104 ribus terminis, nimirum † poſt immiſſionem in poſſeſſionem, quod tamen eſt intel-
ligendum de immiſſione ex primo decreto, quæ fit ad eum finem, vt debitor in bo-
nis vexatus veniat ad reſpondendum, vt ſentit *Zuchard. hic num.* 411. quo ſtante
res dicitur integra, cum talis poſſeſſio ius non tribuat.

Ad primum reſpondendum multa facta tenent, &c. non omnia, ideo non oritur conclusionis neceſſitas, ſi enim ad formam redigatur argumentum, ambę præmiſſæ erunt particulares, ex quibus non ſequitur neceſſaria illatio.

Secundò, per contradictorem non reuocatur ſententia, ſed ſuſpenditur effectus, nondum enim effectum obtinuit, ſupponimus enim hæredem nōdum fuiſſe immiſſum, ſi enim immiſſus fuiſſet, aliter eſſet reſpondendum, vt in art. 5. videbimus.

Ad ſecundum reſpondendum, vel non comparere poſt contumaciam, quia for-
tè ſententia iam lata, fuerit citatus ad contradicendum, ne exequatur, & ita ne rela
105 xetur mandatum vigore ſententiæ, † in cuius relaxatione particularem requiri cita
tionem (examinato punctualiter articulo, & reprobata antiquorum opinione con-
traria, quamuis communi, etiam inter eaſdem perſonas, & de eadem re, & coram
eodem Iudice) ſtatuit *Rota in vna Romana S. Thome* 10. *Nouembris* 1603. *& me-
lius* 17. *Decembris* 1604. *coram Reuerendiſs. Domino Coccino* Rota *Decano*, quam
refert *Marcheſanus in ſuo tractatu commiſſ. par. 2. fol.* 257.
106 Vel ſi poſt contumaciam compareat, † quia comparendo poſtea obedit, ceſſare
contumaciam, & ideo ea ceſſante, ceſſare quoque illius effectum, & ſic pęnam ob
eam irrogandam, *l. 1. §. ſi frater, verſic. & ſi quidem per contumaciam, ff. de collat.*
107 *bonor. in fin. & cap. ex literis extra de conſtitut.* vbi eſt textus expreſſus, † quod is
qui propter contumaciam communione priuatur, eiuſdem reſtitutionem obtinet
congrua ſatisfactione exhibita, quem textum valde notabilem dixit, *Bald. in cap.*
108 *vlt. colum. 1. tit. per quos fiat inueſt.* † Et ſubdit, quod contumacia abſtulit, reſtituit
obedientia.
109 Quamobrem cum † ſententia contra abſentem, & contumacem lata, cenſeatur
potius lata ob contumaciam, quàm propter malam cauſam, & ſic in pęnam con-
110 tumaciæ, *l. ſi ideo, ff. de euictio. ex qua Bart.* notat † condemnatum de falſo, ſi in
contumaciam fuerit condemnatus, videri potius condemnatus ob contumaciam,
quam eo quod commiſerit falſum, & ideo poteſt inſtrumenta conficere, quod re-
petit idem *Bart in l. Papinianus, §. meminiſſe in 3. notab. per eum text. ff. de inoff.
teſt. & in l ſi ſuperatur circa med. ff de pignorat.* Bald *in l. 2. colum. 2. verſic. ſecun-
dum*, & ibi etiam *Salic. in 11. oppoſit. C. quibus res iudic. noceat Panormitan. in cap.
in cauſis, colum. vltima, verſic. ſed ego vltra alios de ſenten. & re iudic.* Roman. *con-
ſil. 329 præſens conſultatio, columna 3. verſic. eſt enim iuris regula per multa ibi al-
legata, Felin.* qui & alios quoque allegat in *dicto cap. ex literis, colum. 10. verſic.
pro quo facit optimè*, & ibi quoque *Decius, columna 5. verſic. ſoluendo dicta*, fuitq;
pleniſſimè, & pluribus deciſionibus allegatis reſolutum *in* Rota *in vna Veneta do-
nationis 7. Nouembris* 1614. *coram R. P. D. Buratto.*

Cum inquam ſententia lata potius dicatur ob contumaciam, idem de mandato de immittendo erit aſſerendum, vt cenſeatur relaxatum potius ob contumaciam quam ob malam citati cauſam, & ſi contumax obediat, erit ſuſpendendum, donec de iuribus illius agatur, & appareat, an iuſtam, vel iniuſtam foueat cauſam.

111 † Quia vero ceſſante contumacia, ceſſat pęna pro tempore futuro, non vero præ-
terito *Bald. in leg. 1. in additio.* paulò ante finem, & ibi quoque *Iaſon. columna* 13.
112 *verſic. vltimo, nota ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* † conſequens eſt vt expen-
ſæ, quæ iam factæ ſunt, & reſpiciunt tempus præteritum, non dicantur remiſſæ,
113 Vndè ſequitur, † vt contumax non niſi refectis expenſis audiatur. *ad l. ſancimus,*

C. de

C. de indic. Auth. ei qui iurauit in fin. C. de bon. auctor. Indic. poſsid. l. prima, ff. ſi quis Iusdic. non obtemper. capit. nullus extra de preſcriptio. §. omnes auth. ſi de litigioſ. Auth. qui ſemel, & ibi Bartol. C. quomod. & quand. ind. Imol. in leg. 4. num. 1. de re indic. Angel. in leg. 1. §. 1. ff. ſi quis caut. Marſil. in repetit. l. de vnoquoque, numer. 197. ff. de re indic. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 116. de acquir. poſſeſſ. cum aliis citatis per Oſaſc. deciſ. Pedemont. 9. num. 12. & ita in re noſtra docuit *Zuchard. nu. 408. poſt Bartol.* & cæteros, ſequitur *Perſonal. in tract. de adipiſc. num. 73.*

Obiter vtilitatis ſtudio animaduertendum adeo verum eſſe vt citatus, & con-
114 tumax non, niſi refectis expenſis, audiatur, † vt etiam de minore hoc ſit aſſerendũ
qui non auditur, niſi refectis expenſis ſecundum, *Bartol. in l. finita, §. ſi fortè, ff. de dam. infect.* quem refert, & ſequitur *Iaſon. in d. l. ſancimus, num. 7. verſ. 3. extende, ff. de indic.*

115 Secundò, vt etiam † parte non petente ſint reficiendæ, debentur enim Iudicis
officio, & ob eius contemptum, quo caſu non requiritur partis citatio. Doctores *in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. Iaſon. in d. l. ſancimus, num. 4. & in 7. ampliat.*

116 Tertiò, † vt ſi vnus denarius deficeret non eſſet audiendus contumax ſecundũ
Iaſon. in l. ſancimus in 8. ampliatio. & in auth. qui rem, C. *de ſacroſan. Eccleſ. poſt Bald. in cap. conquerente, col. 1. extra de reſtit. ſpoliat. eſt tex. in §. omnem, & ibi Angel. in auth. de litig. tradit Decian. conſ. 38. num. 6.*

117 † Quartò, & cum effectu ſint ſoluendæ, nec ſufficiat depoſitum *Iaſon. vbi ſupra*
num. 2. & Dec. num. 6. vbi dicit hoc idem procedere, nedum in actore contumace, ſed etiam in reo, vt ibi per eum in verſ. & licet *Guid. Pap. quæſt. 66. poſt omnes.*

118 Quintò, vt non ſolum habeat locum in vero contumace, † ſed etiam in ficto ſe-
cundum magis communem Doctor. opinionem, de qua teſtatur, *Cephal. conſ. 770. num. 23.* & ſatis apertè probat *d. l. ſancimus*, vbi fictus contumax patitur primum decretum, neque poſtea auditur, niſi refectis expenſis, *Auth. ei qui iurat, C. de bon. auctor.* Iud. *poſsid. Bald. Caſtr. Salic. Iaſon. in d. l. ſancimus,* vbi dicunt ita practica-
119 ri, & potiſſimum *Iaſ. num. 15. & 16.* † Exemplum ſi fuerit domi citatus, quia is ve-
rus contumax non eſt, *Rota, deciſ. 16. de dol. & contum. in nou. refert, & ſequitur Dec. conſil. 34. num. 4. Rolan. à Vall. conſil. 47 num. 19. lib. 2. Menoch. conſil. 100. numer. 13.* vt quandocumque Nuncius non refert ſe perſonaliter citaſſe, hæc enim ſumitur interpretatio, vt ſit fictus contumax, *Bald. in l. properandum, §. & ſi quidem num. 18, C. de Iudic. ſequitur Ancharan. in Clem. 1. de dol. & contum. Alexand. conſil. 2. num. 7. lib. 3. conſil. 219. nu. 9. & 10. lib. 6. in l. 4. §. Pretor, ait nu. 9. ff. de damn. infect. Beuinten. deciſ. 57.*

Sextò, vt habeat locum etiam nulla precedente Iudicis declaratoria ſententia,
120 † Quamuis enim pena hæc refectionis expenſarum impoſita ſit à lege, nimirum
121 *à l. ſancimus, C. de iudic. cum concord.* † & penæ legali, nunquam poſſit eſſe locus, ni
ſi prius per Iudicem declaratum fuerit id eueniſſe, per quod pena impoſita eſt, *capit. 1. de homicid. in 6. Alexan. in l. ſi quis maior, num. 13. C. de tranſactio. Marſil. in*
122 *rubr. de falſis, num. 29.* † quod etiam videtur procedere ſi ipſo iure, vel ipſo facto
pena imponatur, *cap. cum ſecundum de heret. in 6. tradit Ruin. conſ. 85. nu. 6. lib. 4.*
123 *& conſ. 4. num. 8. lib. 5.* Nihilominus † quia ex actis conſtat Iudici, & parti de tali cõ
tumacia, non requiritur declaratoria, Ideo ſuperiora procedunt, ſi non conſtaret, *ita Ruin. conſil. 4. num. 20. lib. 5. & clarius, conſil. 117. eodem lib.* vt illum refert, & ſequitur *Natt. conſil. 364. numero nono, libro ſecundo,* ante hos *Bald. in leg. 1. colum. 4. verſic. ſcias autem, C. ex delict. defunct.* & ratio eſt, quam bene deducit,
124 *Cephal. dicto conſil. 770. numero 26.* † quia notorium dicitur, quod ex actis appa-
ret, *cap. cum contingat extra de reſcript. cap. cum olim de verborum ſignificat. Bart.*

in l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. Innoc. in c. ex inſinuatione in fin. & ibi Dec. num. 7. extra de appell. Aretin. §. omnis, numero 1. Inſtit. de verborum obligatio. Felin. in
125 *cap. ſi confiteri*t*, num. 6. de accuſatio.* † & nototium habet vim ſententiæ, vt dicit *Bero. in l. ictus fuſtium, ff. de his qui notan. infam.* Ideo conſequens eſt nullam declaratoriam ſententiam eſſe neceſſariam, rectè *Ruin. conſ. 181. num. 10. lib. 1. vbi plura allegat*, ſequitur *Cephal. d. conſ. 770. num. 27.*

126 Ad tertium reſpondetur † dictam *l. ſi eo tempore* procedere, non ſolum ſuppoſita contumacia, ſed re non amplius integra, diſtracto nimirum prædio, At nos loquimur re integra, nempè nondum data immiſſione.

Ad quartum occurrunt reſponſiones eiſdem rationibus, *in primo articulo allatis*.

Ad quintum quantum ad auctoritates, Reſpondendum eodem modo, quo ſupra, locum habere iudicio contradicente aduerſario geſto, non verò contumace, vel ſi contumace, qui non refecerit expenſas, quantum vero ad rationes eędem ſolutiones protſus ſunt repetendæ.

SVMMARIVM Quarti Articuli.

128 *Comparens poſt ſententiam expenſas reficit.*

129 *Citatus conditionaliter, ſi ſua putauerit intereſſe, quandocunque comparere poteſt, & per conſequēs etiam poſt ſententiam, abſque eo quod fiat contumax.*

130 *Citatus conditionaliter, ſi ſua putauerit intereſſe, veniens poſt ſententiam, licet ante actualem immiſſionem, non eſt legitimus contradictor.*

131 *Contradictor legitimus nemo fit ex eo ſolum, quod non ſit contumax, niſi habilia concurrant alia.*

132 *Citatus ſub conditione ſi ſua putauerit intereſſe, veniens poſt ſententiam, & ante immiſſionem, legitimus fit contradictor, cum primum probauit ſua intereſſe.*

133 *Impenſas non reficit, qui non eſt contumax.*

134 *Citatus ſub conditione ſi ſua putauerit intereſſe, veniens poſt ſententiam, reficit impenſas.*

135 *Priuilegia non ſunt multiplicanda.*

136 *Inducta ad vnum finem, non debent contrarium operari.*

137 *Citationem nihil operari eſt abſurdum.*

138 *Dolo, & deceptioni non eſt via aperienda.*

139 *Litigatores quamuis non citati, ſi tamen mala conſcientia abſuerint, non ſunt audiendi, niſi expenſis refectis.*

140 *Citatus ſub conditione ſi ſua putauerit intereſſe, quomodo non comparendo fiat contumax.*

141 *Citatus ſub tali conditione poteſt, vel comparere, vel non, ſi tamen velit, debet opportuno tempore.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando venit poſt ſententiam, ſed ante actualem immiſſionem, & fuerat citatus conditionaliter, ſi ſua putat intereſſe.

VIdetur affirmatiua ſententia amplectenda legitimum eſſe contradictorem per rationes pro affirmatiua in 2. artic. anteà propoſitas, quæ eodem modo in hoc articulo concludere videntur, cùm nullum diſcrimen intercedat inter comparentē
128 ante ſententiam, & poſt, eo excepto † vt comparens poſt ſententiam expenſas reficiat, *l. ſancimus, & ibi ſcribentes, C. de iudic. Auth. ei qui iurauit, in fine, C. de bon. auctor. iud. poſſid.* quæ differētia an procedat in caſu noſtro, paulò inferius attingemus.
129 Secundo † quia hoc modo citatus nunquàm fit contumax, ideò quandocunque comparere poteſt & per conſequens etiā poſt ſententiam. Antecedens probatur ex ijs, quæ ſupra, num. 79. ex quibus probatum eſt hoc modo citatum, eſſe reum voluntarium, ita vt ſi velit, comparere poſſit, ſi non compareat, non incidat in contumaciam, hinc non refectis expenſis ſemper comparere poſſe hoc modo citatum tradit *Felin. in c. cum inter, num. 12. verſ. de poſſeſſione, extra de except. & tradit Zuchard. hic num. 409. & 621.*
130 In contrarium † eſt veritas, quæ probatur ex determinatione ſecundi articuli argumento deſumpto à multò magis, ſi enim hoc modo citatus ante ſententiam comparens, non tamen eſt legitimus contradictor, quanto minus erit, ſi poſt ſententiam compareat? Confirmari poteſt omnibus argumentis in eodem articulo pro negatiua allatis, quæ ſi concludunt in comparente ante ſententiam, quanto magis concludent in comparente poſt ſententiam?

Non obſtant rationes pro affirmatiua in eodem articulo ponderatæ, nam in eodem ſolutiones habentur.

Non obſtat hoc modo citatum nunquàm contumacem, ideò ſemper comparere poſſe, & ita poſt ſententiam; Non enim tenet hæc conſequentia, non eſt contumax, ergo comparere, & contradicere poteſt, Nam & qui nunquàm fuerunt citati, & ij, quorum nihil intereſt, non ſunt contumaces, non tamen comparere, & contradice-
131 re poſſunt, Ad hoc enim, vt quis legitimus ſit contradictor, † non ſufficit non eſſe contumacem, ſed alia habilia in eo requiruntur, puta vt poſſideat, vt parem habeat titulum, vt ea concurrant, de quibus ſuis locis.
132 Declaratur tamen, † vt ſi probauerit ſua intereſſe, tunc legitimus euadat contradictor; tunc enim purificata citationis conditione perinde, ac ſi pure citatus, & purè vt contradictor fuiſſet approbatus, quo quidem caſu eſt quidem contradictor, non tamen vi citationis propoſitæ ſimpliciter, ſed quia ſua intereſt hæredem non immitti, quamobrem cum non poſſit intereſſe niſi ratione tituli, vel poſſeſſionis, erit contradictor non in vim citationis, ſed in vim tituli, & poſſeſſionis, vt diximus ſupra in ſecundo articulo.

Dubitandum hoc loci contingit, nunquid hoc modo citatus teneatur reficere impenſas, ſi poſt ſententiam compareat, necne.

Videtur primo negatiua ſententia amplectenda.
133 Primo quia † non contumax non reficit impenſas, At hoc modo citatus non comparendo non fit contumax ad *Felin. in d. c. cum inter, nu. 12. verſ. de poſſeſſione, extra de except.* & alia de quibus ſupra *nu. 79.* ergo comparens non reficit impēſas.

Secundo, quia ita tenet *Zuchard. hic num. 409. & 621.*
134 In contrarium eſt veritas, † quam tenuit *Bald. in d. l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pignor. & Achil. Perſonal. in ſuo tract. adipiſcen. num.* 80.
135 Probatur primo, quia † priuilegia non ſunt multiplicanda, *l. quod vero, ff. de legib. c. pri-*

c.priuilegia,3.diſtinct. Socin.iun.conſ.12. nu.16.lib.2. At citatus hoc modo habet priuilegium, vt non comparendo non reficiat expenſas, ſi idem quoq; haberet poſt ſententiam comparendo, duo eſſent priuilegia, ergo &c.

Secundo, ſi hoc modo citatus comparendo poſt ſententiam non reficeret impen-
136 ſas, † inducta ad vnum finem, & ſic in fauorem citantis introducerentur in contrarium, & ſic in odium, quod abſurdum, *l.quod fauore, ff.de legib.*

Antecedens apparet, quia hæc citatio cum hac conditione fuit inducta in fauorem citantis, ne purè citando faceret legitimum contradictorem eum, qui alioqui futurus non erat; operatur autem damnum, nempe amiſſionem impenſarum, vt qui hac cautela eſt vſus, impenſas non conſequatur.

Tertio ſi hoc modo citatus poſt ſententiam comparens non reficeret impenſas,
137 † citatio nihil operaretur, conſequens eſt abſurdum, *l.ſi quando, ff.de leg.1.c.ſi Papa de priuil.in 6.ergo &c.* Conſequentia probatur, quia non citatus non minus ſummariè docendo de ſuo intereſſe veniens poſt ſententiam eſt audiendus, quàm ſic hoc modo citatus ad tradita *per Menoch.in remed.4. adipiſc. nu.622. & 623.* & infra ſuo loco dicam, nullum ergo daretur diſcrimen, ſi quemadmodum iſte nullas reficit expenſas, ita neque citatus nihilque omnino citanti profuiſſet citare, quod non eſt dicendum.

138 Quarto † non eſt via aperienda dolo & deceptioni, *l.cum hi, §.ſi cum lis, ff.de tranſact.l.1.§.1.ubi gloſ.ff.Naut.Caupon.l.magis puto, §.ſi pupillus ff.de reb.cor.l.1.§.ille autem, C.de latin.libert.tollen.l.in fundo, ff.de rei vendicat.* & in hoc verſatur publica vtilitas, *l.ſi libertas, ff.de iur.patron. Crauet.* qui exornat *in conſ.811.num.3.* At ſi hoc modo citatus comparendo poſt ſententiam non refectis expenſis eſſet audiendus, ſanè aperiretur via, vt data opera non comparens, eſſet in cauſa, vt impenſas inanes citans faceret, & ſic vni per alium inferretur iniqua conditio contra c.vni per alium de reg.iur.in 6.merito &c.

139 Poſtremo facit textus *in d.l.ſancimus, in fin.C.de iudic.* † vbi quamuis non citati; ſi tamen mala conſcientia litigatores abfuerint, habetur non audiendus, niſi refectis expenſis; at profectò in mala eſt conſcientia, qui quamuis conditionaliter citatus, expectat impenſas fieri vſque ad ſententiam, deinde comparet, ergo &c.

140 Ad contrarium reſpondendum, † citatum ſub conditione non comparendo non fieri contumacem, quia videtur tacitè declarare ſua non intereſſe, at ſi compareat, neceſſariò ſaltem tacitè affirmat ſua intereſſe, ideo attenta eius tacita aſſertione, ſaltem quantum ad eum conditio eſt purificata, & ideò perinde eſt, ac ſi citatio eſſet pura, Vnde ſequitur idem dicendum, ac ſi purè citatus.

141 Secundo † reſpondendum hoc modo citatum, poſſe non comparere, & non comparendo non fieri contumacem; At ſi velit comparere, deberet opportuno tempore comparere; libertas enim illius in eo conſiſtit, vt compareat, vel non, non autem, vt compareat quando vult.

SVMMARIVM quinti Articuli.

142 *Citatus veniens poſt ſententiam, & immiſſionem, ſiue citatio fuerit pura, ſiue conditionalis, inſtans, vt immiſſio reuocetur, ſi non allegat aliquod ius excluſiuum iuris defuncti, debet ad iudicium petitorium, & ordinarium recurrere.*

143 *Poſſeſſio iuſta non eſt reuocanda.*

144 *Executionis uis maior eſt, quam rei iudicatæ.*

145 *Poſſeſſio eſt nulla quando quis ex falſo credito eſt immiſſus. Declara, vt num. 160.*

146 *Libertas non competit ei qui obtinuit à Prætore pronunciatum, libertatem*

bertatem ei deberi, quando huiuſmodi pronunciatum obripuit.

147 *Venditio bonorum nullius eſt momenti quando bona ab aliquo fuere poſſeſſa, & vendita quaſi latitantis, quaſi non latitaret.*

148 *Poſſeſſio iniuſtè, & nulliter capta eſt vitioſa, & non manutenibilis.*

149 *Etiam ſi Iudicis auctoritate fuerit acquiſita, quando Iudex iniuſtè, & nulliter proceſſit.*

150 *Etiam ſi nullo poſſidente Iudex immiſerit. Declara vt num. 172.*

151 *Contradictor legitimus eſt, cuius perſona per ſpetialem citationem fuit approbata. Declara vt numero 176.*

152 *Citatio noua in relaxatione mandati eſt neceßaria etiam ſuper eadem re, de qua fuerit iudicatum, & inter eaſdem perſonas. Declara vt numero 179.*

153 *Citatus veniens poſt ſententiam, & immiſſionem inſtans, vt immiſſio reuocetur eſt legitimus contradictor, ſecundum nonnullorum opinionem.*

154 *Contrarium tamen eſt verius.*

155 *Exceptiones de iure tertij non admittuntur in poſſeſſorio adipiſcendo.*

156 *Etiam ſi ius tertij ſit excluſiuum iuris agentis.*

157 *Legitimam perſonam in hoc iudicio non dicitur habere cuius non intereſt admitti.*

158 *Legitimatio perſonæ in iudicijs, vtrumque ſummarijs, & maxime in iudicio legis noſtræ eſt neceſſaria.*

159 *Poſſeßorem verum facit, & antiquum poßidentem ſua priuat poſſeßione Iudex qui rite procedit, licet non recte.*

161 *Occupans rem hæreditariam, hæreditate iacente pœnam non incurrit.*

162 *Titulum habens rem vacantem propria auctoritate capere poteſt.*

163 *Fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare debet.*

164 *Poſſeſsione conceſſa ex teſtamento cancellato intrinſece nulla eſt, non tamen per hoc aduerſarius via executiua poſsidente excluſo immittendus, ſed primo de nullitate agendum.*

165 *Poſſeſsio nulla, & iniuſta eſt reuocanda, ſi vtrumq. ſimul concurrat, ſecus ſi iniuſta tantum.*

166 *Nullum quod eſt nihil eſt.*

167 *Iniuſtum quod eſt aliquid eſt.*

168 *Sententia nulla nihil operatur, & nunquam tranſit in rem iudicatam.*

169 *Sententia iniuſta tranſire poteſt in rem iudicatam.*

170 *Res iudicata facit de albo nigrum, & æquat quadrata rotundis.*

171 *Iudex non rite procedendo non priuat poſsidentem ſua poſseſsione.*

173 *Venientes ab inteſtato, vt ſimplicieter tales, non ſunt legitimi contradictores.*

174 *Fallit ſi allegant quid excluſiuum iuris petentis immiſsionem.*

175 *Ius tertij quilibet allegare poteſt, quando eſt excluſiuum iuris aduerſarij, atque ſua intereſt illum excludi.*

177 *Illatio non fit ex diuerſis.*

178 *Exequutionis maior vis, quam rei iudicatæ.*

ARTI-

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando citatus venit poſt ſententiam, & immiſsionem, ſiue citatio fuerit pura, ſiue conditionalis & inſtat, vt immiſsio reuocetur.

HVnc articulum admodum obſcure attingunt DD. forte in hac re dubij, quid deliberent pro cuius determinatione, vt certa à dubijs ſeiungantur. Primo eſt
142 ſtatuenda huiuſmodi concluſio, † ſi hoc modo comparens nihil alleget, quod ſit excluſiuum iuris immiſſi, non eſt contradictor legitimus, neque aliquo modo operari poteſt, vt reuocetur immiſſio, ſed ſi aliquod ius habet, debet recurrere ad iudicium petitorium ordinarium.

143 Probatur autem hæc ſententia, Primo † quia iuſta poſſeſſio non eſt reuocanda, quæ Iudice auctore recte, & rite procedente fuit obtenta, *l. iuſte poſsidet, vbi Bart ff. de acquir. poſſ. c. quoniam frequenter, ext. vt lit. non conteſt. Ang. in l. clam poſsidere, §. qui ad nundinas, nu. 2. & ibi Iaſ. n. 20. Claud. de Seiſell. & alij,* & talis eſt poſſeſſio noſtra cum citato non comparente ſeruato termino opportuno fuerit hæres poſt decretum de immittendo immiſſus, vnde poſſeſſionem obtinet auctore Iudice rite, & recte procedente, vt nemo ambigit, ergo talis poſſeſſio non eſt reuocanda.

144 Secundo ex mente *Zuchar. nu.* 412. probatur quia † maior eſt vis exequutionis, quam rei iudicatæ, vnde illud excludit, quod non excludit res iudicata, *l. 1. vbi Bar. in 2 notab. infra de iur. & fact. ignor.* Quamuis igitur poſt ſententiam, ſeu iuſſum, & ſic poſt rem iudicatam veniens, reficiendo impenſas audiatur, ſecus tamen erit ſi veniat poſt exequutionem.

Tertio probatur, quia ita expreſſe tradit *Bar. in l. noſtra, nu.* 21. *prope finem, verſ. ſi vero non allegat ſe poſsidere, vel dicit ſe poſſediſſe, tamen fuit citatus, ſequitur Zuchard. num.* 412. *& Menoch. de acquir. poſſeſſ. remed.* 4. *num.* 629.

Si vero hoc modo comparens aliquid alleget, quod ſit excluſiuum iuris immiſſi, quia forte dicat teſtamentum cancellatum, vel teſtatorem tempore mortis, non poſſediſſe, res paulo eſt obſcurior, ideo examinanda.

Videtur primo aſpectu dicendum comparentem admittendum ad id probãdum, & ſi probauerit, reuocandam eſſe immiſſionem.

Primo faciunt iura per *Bart.* hic adducta, & *à Beroo* reperita *conſil.* 59. *num.* 2. *vol.* 1. *nimirum*.

145 Primo *tex. in l. 1. §. hæc verba, ff. ne ius fiat,* vbi quando † quis ex falſo credito eſt in poſſeſſionem miſſus, poſſeſſio eſt nulla, ita in re noſtra, quando eſt immiſſus ex teſtamento cancellato, aut cum ius non haberet, immiſſio eodem modo erit nulla.

Secundo *l. cum vero,* licet per errorem vterque alleget, *l. cum nemo,* quæ in tali titulo non reperitur, *§. obuentum, verſ. hoc ſenat. conſultum, ff. de fideicom. libert.* Vbi
146 † quando is, cui libertas non debebatur, quaſi deberetur obripuit à Prætore pronunciatum libertatem ei deberi ex diſpoſitione, *& beneficio Senat. Conſulti Rubricani,* non tamen libertas competit; Ita quando illi cui non debebatur immiſſio, nihilominus immiſſus ex legis noſtræ beneficio, quaſi immiſſione obrepta, poſſeſſio non dicetur competere. ~~Secundo~~ *l. Falcinius, §. ſi quis bona, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* licet *Bartol.* per errorem alleget, *§. quod in diem, & Bero.* quos ſi in diem,
147 quorum neuter in tali lege in meo libro reperitur, Vbi habetur, † ſi quis bona poſſideret alicuius quaſi latitantis, qui non latitabat, & vendiderit, conſequens erit dicere venditionem bonorum ſequutam nullius momenti eſſe. Ita in re noſtra videtur dicendum, ſi quis poſſeſſionem bonorum obtinuerit, quaſi inſtitutus in teſtamẽto non cancellato, non illud cancellatum reperiatur, vel in bona quaſi a defuncto poſſeſſa, quæ non poſſeſſa reperiantur, talem poſſeſſionem nullius eſſe momenti.

Secun-

148 Secundo quia † poſſeſſio iniuſte,& nulliter capta eſt vitioſa, & non manutenibilis *Menoch.de retinen.remed.1.nu.15.& ſeq. Rebuff.in praxi benef.tit de miſſion.in poſſeſſio.nu.37.Capic.deciſ.333.& 334.Rota in vna Cartaginen.canonicatus 20. Iu*
149 *nÿ 1614.coram R.P.D.Pirouano*, quod verum † etiam ſi Iudicis auctoritate fuerit adepta,quando Iudex iniuſte, & nulliter proceſſit non ſeruatis ſeruandis, & voluit *Rota in vna Agrigentina beneficÿ S.Auguſtini 12.Nouemb.1602.coram R.P.D.Corduba & Vigleuanen.beneficÿ 14.Februarÿ 1605.coram Reuerendiſſ.Ortimbergo Ar*
150 *chiepiſcopo Attrebaten.*quod etiam verum eſt † ſi nullo poſſidente Iudex immiſerit, ad tradita per *Ber.d.conſ.59.nu.2.vol.2.* At in re noſtra poſſeſſio iniuſte, & nulliter videtur capta,ſiquidem is tantum poteſt Iudicis auctoritate ex legis noſtræ beneficio, eam capere, in quo concurrunt eiuſdem legis requiſita, vt nempe oſtendat teſtamentum non cancellatum,& probet poſſeſſionem defuncti,vt aperte ex textu colligitur, quæ non videntur interueniſſe quando aduerſarius non interueniſſe allegar, & ſe probaturum offert, ergo &c.
151 Tertio,quia † ille cuius perſona per ſpecialem citationem in iudicio eſt approbata etiā ſi ſua non intereſt eſt legitimus contradictor;omnis enim citatus eſt audiendus,*c.cum inter de except.vbi Innoc.l.1. §.cui dicitur ,ff.ſi cui pluſquam per legem Falcid.Bar.hic nu.49.* At,iſte fuit citatus,vt ſupponitur,licet ante ſententiam, ergo &c. Quæ quidem ratio ſaltem concludit in citato ſimpliciter, licet non concludat in citato cum conditione, ſi ſua interſit, cum non reueletur ab onere probandi ſua intereſſe, vt ſupra diximus.

Quarto, Videtur ſaltem admittendus comparens poſt immiſſionem ſi non fuit
152 citatus lata iam ſententia in relaxatione mandati, † Cum enim in huiuſmodi relaxatione ſit neceſſaria noua citatio,etiam ſuper eadem re, de qua fuerat iudicatum, & inter eaſdem perſonas ad tradita per *Alex.in l.à Diuo Pio, §.in cōditione,nu.30. & ſeq.ff.de re iudic. Caſſad.deciſ.6.nu.2.de cauſ.poſſeſs.& propr. Rota in Taurinen. Cappellaniæ 24.Februarÿ 1576.coram Card.Blanchetto,& in Barchionum bonorum 26.Februarÿ 1582.corā Card.Seraphino, & in Romana S.Thomæ 10.Nouēb.1603. coram Illuſtriſs.Coccino moderno Decano, & in eadem 17. Decemb.1604. coram eodem Reuerendiſs.Decano*, vbi articulus examinatur, & contraria opinio reſpuitur tanquam minus æqua,hæc vero approbatur, tanquam ea, in qua magis iura incaleſcant, & æquior ſit; Vnde ſtatuitur immittentem in poſſeſſionem non præmiſſa huiuſmodi citatione ſpoliare.
153 Quinto,quia † ita tenet *Bart.hic ſub num.21. in fine verſ.* ſi vero non allegat, ſe poſſidere,ſequitur plene *Bero.d.conſil.59.* per totum, & videtur ſentire *Menoch.de acquir.poſſeſſ.num.629.* licet non admodum expreſſe.
154 In contrarium eſt veritas,comparens † enim poſt immiſſionem non eſt legitimus contradictor, ad inſtandum, vt ſummariè poſſeſſio retractetur, ſed ſi quid prætendit, debet petitorio iudicio agere.
155 Probatur, primo quia † vbi agitur in poſſeſſorio adipiſcendæ, non admittuntur exceptiones de iure tertij,*l.2.vbi gloſſ. in verb.quamuis ſup.hoc tit.* & ibi plene *Caſtren.circa finem,nu.3.verſ.iſta gloſſ.necnon Doct.communiter, Alexan. in l.noſtra,*
156 *nu.23. vbi loquitur*,† etiam ſi ius tertij ſit excluſiuum iuris agentis, *Idem Caſtr.in l.cum ſeruum prope finem, verſ.ſi autem,ibi non ageretur, C.de ſeruis fugit. Crott. conſ.119.num.10.verſ. præterea vbicumque , & pulchre Rota in vna Foroliuien. de Monſignanis 3.Iunÿ 1602.coram R.P.D.Penia.*

Verum allegare iura excluſiua intentionis immiſſi nihil aliud eſt, quam opponere exceptionem de iure tertij, ergo &c.

Secundo,quia veniens ad inſtandum,vt immiſſio reuocetur,aut ſummarie ſuam
157 legitimat perſonam,aut non,ſi primum, ſane probat ſua intereſſe, † cum nullus ad hoc iudicium dicatur habere legitimam perſonam, cuius non interſit hæredem nō admitti,

admitti, vt poſt *Bart. & Caſtren. Bero. conſ. 87 num. 23. lib. 2. Perſonal. de adipiſcen. num. 64.* qui non probato intereſſe neminem audiendum ſtatuit per *l. 1. ff. de appell.* At ſi probat intereſſe, probat aut titulum, aut poſſeſſionem non enim videtur poſſe illius intereſſe, niſi ratione alterius iſtorum, quo poſito non amplius venit, vt ſimpliciter citatus, ſed vt titulum, vel poſſeſſionem habens, & ſic egredimur terminos
158 quæſtionis.† ſi vero non legitimat ſuam perſonã non auditur cũ in iudicijs, vtcunq; ſummarijs, & in ſpetie in legis noſtræ iudicio legitimationem neceſſariam eſſe indubitati ſit iuris, *Bald in l. noſtra, nu. 42. Dec. nu. 47. Alex. poſt gloſſ. Bart. & Salic. in l. 2. nu. 5. ſup. hoc tit. idem Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, nu. 3. ff. de re iud. & conſ. 59. nu. 2. vol. 2. Fel. in c. veniens, il ſecondo, ſub nu. 14. de teſtib. Iaſ. in rubr. ſupra qui admitti, num. 1. ſequitur Dec. hic nu. 47. Zuchard. nu. 393. Caſtr. conſ. 59. nu. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 11. nu. 2. lib. 2. Vant. in tract. de nullit. ex defectu inhabil. ſeu mod. comparendi, nu. 3. Rolan. conſ. 46. nu. 2. & ſeq. lib. 2. Perſonal. de adipiſc. nu. 65. And. Siculus, Niger, Iaſon, & alii in Rubr. C. qui admitti, Crauett. conſ. 104. in princ. plura cumulat Menoch. de adipiſc. rem. 4. nu. 441,* vbi poſt *Marſil. in l. ſi quis nec, q. 11. ff. de quæſt.* Addit Iudicem hoc ex officio efficere debere, vt legitimetur perſona, quia illius intereſt ne iudicium reddatur eluſorium *ad l. ſi Prætor, ff. de iudic. & l. ſi quæramus, ff. de teſtam.*

159 Tertio quia † mittens aliquem in poſſeſſionem rite, licet non recte, hoc eſt minus iuſte, non ſolum facit verum poſſeſſorem, quãdo bona erant vacantia, verum etiam priuat antiquum poſſeſſorem ſua poſſeſſione *gloſ. in l. Iudex, ſup. C. commin. epiſt. programmat. &c. Abbas in c. conquerente, nu. 6. de reſtit. ſpoliat.* Ber *ibid. nu. 4. & ſeq.* At in re noſtra forte iniuſte proceſſit Iudex immittendo ex teſtamento cancellato, non tamen minus rite cum præſumendum, ſeruaſſe ea, quæ ad ritè immittendum erant neceſſaria, niſi contrarium probetur, ad tradita per *Bald. in l. ambitioſa, nu. 2. ff. de decret. ab. ord. fac.*

Ad primum nempe ad iura *à Bart. & Bero.* allegata reſpondendum.

160 Primo ea procedere, † quando actus ex falſa cauſa geſtus eſt aduerſario in poſſeſſione exiſtente, quæſtionem autem noſtram locum habere, quando ex cauſa quidem minus idonea quis fuit in poſſeſſionem immiſſus, nullo tamen alio poſſidente, ideo enarratos text. nihil ad rem noſtram facere; facilius enim quis poſſeſſionem acquirit, dum ea vacans eſt, quam dum plena hinc fit, vt occupans rem aliquam hæreditariam hæreditate iacente non incurrat pœnam, *l. ſi quis in tanta,* C. *unde vi,* quia nulli fit iniuria, cum res à nullo poſſideatur, *l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſt. liber. Alberic. in l. ſi quis in tanta poſt nu. 2. in 1. oppoſit. C. unde vi. faciunt ad rem cumulata*
162 *à Neuizano conſ. 82. nu. 29. à Surd. conſ. 160. nu. 4. à Farinac. q. 175. num. 139.* † qui ſtatuunt habentem titulum rem vacantem propria auctoritate capere poſſe, cum tamen ſi vacans non ſit occupare pro certo nequeat. Quod autem alleg. tex. ſint intelligendi de poſſeſſione (dum plena eſſet) obtenta facile ex eiſdem apparet. Si quidem certum eſt, *l. 1. §. hæc verba loqui,* quando quis ex falſo credito miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum aſſerti debitoris, hæc enim bona ab aſſerto debitore poſſidebantur, cum de aliqua deſertione, aut vacatione non appareat, *l. Fulcinius, §. ſi quis lib.* loquitur quãdo quis occupauerat poſſeſſionem eius, qui falſo aſſerebatur latitare, & quem bona ſua poſſediſſe credendum cum contrarium non appareat, *l. cum vero, §. obuentum,* loquitur quando ſeruus, qui actu erat talis, & ita domino poſſidenti ſeruiebat, libertatis declarationem à Iudice obripuit.

Secundo animaduertendum ex enarratis iuribus colligi quidem talem poſſeſſionem ex falſa cauſa obtentam, intrinſece nullam eſſe, ſuppoſita nullitate cauſæ, verum talem nullitatem allegantem, non niſi ea detecta, & opportune probata, reſti-
163 tutionem obtinere poſſe pro certo habendum, † cum quilibet in iudicio ſuæ intentionis fundamentum probare debeat, *l. qui accuſare, ff. de probat. cum vulg.* an vero

in tali nullitate, & cauſa, & poſſeſſionis probanda ſit ordinarie, an vero exequutiue agendum ne verbum quidem allatæ leges.hinc an continuo ſit eijciendus poſſeſſor, alio immiſſo mediante via exequutiua,an vero ordinaria non apparet. Vnde quam-
164 uis faciamus etiam in caſu noſtro † poſſeſſionẽ conceſſam ex teſtamento cancellato intrinſece nullam eſſe, non tamen ſequitur ſtatim aduerſarium via executiua poſſidente excluſo,immittendum,erit.n.primo de nullitate agendum,an aut ſummarie, an ordinarie nihil oppoſitæ leges, Quamobrem nihil ad rem faciunt.
165 Ad ſecundum reſpondendũ † poſſeſſionem nullam, & iniuſtam reuocandam, ſi vtrũq; ſimul concurrat,vt nulla ſit,& iniuſta,ſecus ſi iniuſta tantum. Primo.n.caſu
166 reuocatur ratione nullitatis,†quia quod nullũ eſt non eſt,*l.non putauit*,§.*non queris vbi Bar.ff.de bon.poſſ.contr.tabul.l.*1.§.*quod autẽ,vbi Bal.ff.de offic. Prefect.Vrb.l.*
167 *quoties,vbi Iaſ.ff.qui ſatiſd.cog.* † Quod autẽ iniuſtum eſt aliquid eſt,ideo aliquem
168 etiam de iure operatur effectũ,probatur exemplo ſnĩæ, † quæ ſi nulla eſt,nihil operatur,& nunquã tranſit in iudicatũ,*c.circa,ext.de frigid.& malef.Bal.in l.*1.*C.ſen-*
169 *ten.reſcin.non poſſ.Abb.conſ.*92.*lib.*1.*cum alijs,de quibus Gabr.concl.*10.*de ſent.*† Si vero iniuſta,tranſire poteſt in rem iudicatam,*Caſtr.conſ.*352.*pro fundamento,nu.*2. *verſ.ſed ſi dicas, lib.*1.*Roman.conſ.*430.*in princ.late Alex.in l.preſes, num.*2.*& ſeq.*
170 *ff.de re iudic. Afflict.deciſ.*47. *num.*1. † & per conſequens facere de albo nigrum, & æquare quadrata rotundis, *Bald.in c.noſti,de elect. Iaſ.in l.Iulianus, col.*2.*ff.de condit.indeb. Curt.iun.conſil.*177.*num.*12.*pleniſſime Surd.conſ.*61.*num.*2.
171 Secundo reſpondetur argumentum procedere,vel dato alio poſſeſſore.† Iudex.n. non rite procedendo non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, ita procedunt oẽs doctrinæ ſup.propoſitæ in arg.excepto *Ber.conſ.*59.Si vero nullus poſſidet,deficiẽt auctoritates pdictæ,ſi diligẽter animaduertanẽ,vel ſaltẽ dato aliquo cõtradictore,q. ti-
172 tulũ habeat,licet nõ poſſideat,†& ita procedit auctoritas *Ber.d.cõſ.*59.q. loquiẽ dato ſucceſſore ab inteſtato,ſucceſſionẽ.n.ab inteſtato cõgruũ eſſe titulũ, nemo dubitat.
173 Et quatenus † venientes ab inteſtato non videantur conſiderandi, quia non ſunt
174 legitimi contradictores ad eundem *Ber.conſ.*66.*nu.*4.*&.*2.† fallit tamen quando al-
175 legant quid excluſiuum iuris petentis immiſſionem,†eſt enim ſatis trita iuris regula poſſe, quem allegare ius tertij, quando eſt excluſiuum iuris aduerſarij ſuaque intereſt,& talis allegatio alleganti prodeſſe poteſt,*l.ſi cui vbi,Caſtr. C.de non numer. pecu. Abb.in c.cum non liceat,nu.*15.*de preſumpt. Crauet.in reſp.pro genero,nu.*400. *Abb.conſ.*64.*num.*2. *Menoch.conſ.*1.*num.*321. *Surd.deciſ.*344. *num.*20.
176 Ad tertium reſpondendum † citatum eſſe approbatum ad contradicendũ,ſi contradicat ei actui,ad quem citatus,& eo modo quo citatus.Si autem nec illi actui,nec
177 eo modo, tunc non venit vt citatus,ideo non dicitur approbatus,conſtat.n.† ex diuerſis non inferri,*l. Iulianus,*§.*ſi quis rem,ff.de exhib.cum vulg.* At in re noſtra fuit citatus ad ſententiam,& ita ad contradicẽdum,ne feratur ſententia de immiſſione, non vero fuit citatus ad contradicendum exequutioni lata iam ſententia,ideo cum veniat ad illud ad quod non eſt citatus,non poteſt dici per citationem approbatus;
178 maxime cum maior ſit vis † exequutionis,quam rei iudicatæ, vt ſupra diximus,non poſſumus arguere,eſſet contradictor aduerſus rem iudicatam poſſetque inſtare, vt ſummarie reuocaretur,ergo erit etiam contradictor aduerſus immiſſionem,confert tritiſſimum illud axioma, turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes.
179 Ad quartum † reſpondendum citationem poſt decretum ante relaxationem mandati eſſe neceſſariam dato poſſeſſore,ad cuius excluſionem concedatur mandatum, ſecus non dato, ita Rotã intelligendam conſtat,ſi recte perpendantur allegatæ deciſiones, quæ ſupponunt poſſeſſorem, Ideo ſtatuunt non data tali citatione Iudicem ſpoliare, quæ ſpoliatio non cadit, niſi dato poſſeſſore.

Ad quintum reſpondendum *Bar.& Ber.*in erronea eſſe ſnĩa forte iurib.allegatis deceptos,quibus cum oppotuna ſit allata ſolutio, horum ſnĩa firmari non poteſt.

H SVM-

SVMMARIVM
ſexti Articuli.

179 *Clericus coram Iudice eccleſiaſtico eſt citandus.*

180 *Etiam ſi vltro velit ſe Iudici ſeculari obijcere.*

181 *Neque opus eſt, vt compareat ad declinandam iuriſdictionem, quia ipſo iure proceſſus eſt nullus.*

182 *Neque cum licentia Epiſcopi.*

183 *Neq; ſummus Pontifex abſolute pōt priuilegio fori clericorum derogare.*

184 *Et clericus veniens ad iudicium, nec opponens declinatoriam, incurrit excommunicationem.*

185 *Clericus coram iudice ſeculari citatus non poſſidens eſt legitimus contradictor coram Iudice ſeculari.*

186 *Ratio quia non eſt reus, ſed actor.*

187 *Actor quamuis clericus & religioſa perſona ſequitur forum rei.*

188 *Hæres licet vere non poſſideat, habet tamen ius quoddā, cuius vi poſſeſſio ei non poteſt denegari, ita vt pro poſſeſſore videatur habendus.*

189 *Citatus ad contradicendum æquiparatur agenti ex remedio l. diffamari, C. de ingen. manum.*

190 *Committens cauſam iactationis, & iactationum non dr̄ actor, ſed reus.*

191 *Inducta in fauorem non ſunt retorquenda in odium.*

192 *Damnum ex delicto vnius alter ſentire non debet.*

193 *Citans clericū coram Iudice laico in caſib. non permiſſis, à ſuo iure cadit.*

194 *Citatio ſola dr̄ ad iudicium trahere.*

195 *Clericus poteſt venire coram Iudice ſeculari, qn̄ ſuſtinet perſonā actoris.*

196 *Clericus quando non poteſt contradicere coram Iudice ſeculari, coram quo citatus, quid debeat agere.*

ARTICVLVS SEXTVS.

An clericus coram Iudice ſeculari citatus eodem modo fiat contradictor, quo laicum fieri ſupra eſt dictum.

PRimò aſpectu videtur negatiua ſententia tenenda; eſt enim regula ſatis trita
179 † Clericum coram Iudice eccleſiaſtico citandum, *c. ſi diligenti, cap. ſignificaſti, c. nullus Iudicum, extra de for. compet. c. cum non ab homine, c. at ſi clerici, §. clerici, & c. qualiter de iudic. c. continua, c. placuit, & c. clericum nullus 11. q. 1. c. deniq; 36. diſt. c. ſi Iudex laicus, de ſent. excomm. in 6. Auth. ſtatuimus, C. de epiſc. & cler. Auth. vt clerici apud proprios Epiſcopos, coll. 6. facit text. in l. ſi procurator ad exhiben. ff. rem rat. haber. Alex. conſ. 8. in princ. & nu. 11. vbi eleganter Mil. in pract. crim. fall. 92. nu. 1. Foller in pract. crim. verſ. audiantur excuſatores, nu. 38. pluribus Farin. de*
180 *inquiſit. q. 8. nu. 1.* † in tantum vt neque ipſe clericus volens ſe vltro iudici ſeculari ſubijcere poſſit *c. decernimus, & c. quanto de iudic. d. c. ſi diligenti, ext. de for. comp. c. cum non ab homine, & c. at ſi clerici, in princ. de iudic. & vtrobiq; DD. gloſſ. Abb. & alij in c. ſignificaſti de for. comp. & in c. cum contingat de ſent. excomm. cum aliis per Surd. cumulatis conſ. 222. Gramm. dec. 61. nu. 8. Dec. conſ. 150. nu. 4. & 241. nu. 2. & 700. nu. 6. Couar. pract. qq. c. 8. Galleſ. ad form. Came. oblig. par. 2. q. 2. ad 2. par. form.*
181 *n. 49. plures cumulat Farin. d. q. 8. nu. 10. Seraph. dec. 957. nu. 5.* vbi ſubnectit, † neq; opus eſſe vt cōpareat ad declinādā iuriſdictionē, quia nihilominus ipſo iure proceſſus eſt nullus ad *Felin. in c. cum ordinem, nu. 15. de reſcript. & c. ſi duob. de appellat.*
182 Quinimo † neq; cum licentia Epiſcopi ſe Iudici ſeculari ſubijcere poteſt, *c. decernimus, & c. quanto de iudic. Grammat. d. deciſ. 61. nu. 9. & Surd. deciſ. 26 num. 4. & d. conſ.*

183 d.conſ.222.Farin.d.q.8.nu.4.verſ.ſublimita,quinimo † neq; sũmus Pontifex abſolu
te poteſt priuilegio fori clericorum derogare, vt poſt alios Farinac.d.q.8.nu.4. qui
rē eleganter declarat. Quamobrem cum veniendo ad contradictionem vi citationis
corã Iudice laico emanatæ, videatur ſe ſubijcere iuriſdictioni Iudicis ſecularis, vr̃
dicẽdũ nullo modo poſſe venire ad contradicẽdũ,& ſic nõ eſſe legitimũ cõtradicto-
184 rẽ,quinimo † veniẽs,nec opponẽs declinatorio iudicij, vr̃ incurrere excommunica-
tionem,Grãmat.conſ.1.nu.34.Phanuc.de inuent.par.3.nu.23. Surd.deciſ.26.nu.5.
185 In contrarium tamen eſt veritas, quæ probatur,primo quia † cum non poſſideat,
186 vt ſupponitur in noſtro artic.& ſic non ſit reus,† ſed actor ad Grãm.dec.61.in princ.
qui poſſidentem facit reum, vnde non poſſidens, & ſic actor coram Iudice ſeculari
187 conuenire poteſt,& is rectè coram eo comparere;† Actor.n.etiamſi clericus,& reli-
gioſa perſona,ſequitur forum rei,c.cum ſit generale,ext.de for.comp.c.ſi clericus lai-
cum,eo.tit.l.2.C.de iuriſd.omn.iud.Bal.in l.iuris ordinem,C.de iuriſd.omn.iud.Ma-
rant.in Spec.par.2.diſt.11.nu.2. neq; dicatur hoc verum quidem eſſe qñ intentans
legis noſtrę beneficium poſſidet,& ſolum petit ſuam poſſeſſionẽ confirmari,tunc.n.
citando clericum prouocat ad agendum,& vere tunc clericus comparens, petensq.
poſſeſſori auferri, ſi non calumnioſe petat,& ad ſolam iacturam citantis,ſed pro ſuo
intereſſe,quia prætendat talem poſſeſſionem ad ſe ſpectare,erit formaliter actor. Se-
cus vero eſſe qñ neq; ipſe citans poſſidet, quia non is vr̃ abſolute reus, ſunt.n.ambo
in pari conditione; reſpondendum.n.in his etiam terminis citantem pro poſſeſſore
habendum,tum quia non citando poterat poſſeſſionem obtinere propria auctorita-
te ad cumulata ſup.in hac q.nu.59.quib.addo Henric.Boic.in ſuis ſingular.tit.Auth.
licentia,& conſenſ.nu.7. Hartma.c.5.tit.de har.lib.2. Ioſeph. Ludou.dec.Peruſ.69.
Ita vt eſſet in proxima poſſidendi potentia, de qua idem iudicatur, quod de actu fa-
cit l.Labeo,ff.de ſtat.liber.l.1.§.3.ff.de aqua quot.& æſtiu.l.3.in princ.ff.quod quiſ-
que iur.l.paterfilio,ff.de hered.inſtit.l.cum in 2.vbi gloſſ.ff.de iniuſt.rupt. Cranet.
188 cõſ.432.nu.14.& 461.nu.38.† Tũ quia vt ſcriptus hæres ius quoddã in bonis hære-
ditarijs obtinuiſſe vr̃ ita vt licet vere nõ poſſideat, habeat tñ ius quoddã,cuius vi poſ-
ſeſſio ei nõ poſſit denegari, niſi aduerſarius meliora iura docuerit, vt pro poſſeſſore
videat̃ habẽdus ad tradita p Rim.iun.cõſ.69.nu.12.ita vt idẽ dicẽdũ,ac ſi poſſideat.
189 Confirmatur,quia † citatus ad cõtradicendũ æquiparatur agenti ex remed.l.diſ-
famari,C.de ingen.& manumiſſ.nam quemadmodum hic prouocat aduerſarium ad
contradicendum, vt reiecta contradictione, non poſſit poſtea impugnare ſuam im-
miſſionem,& ita ipſe poſtea tutior ſit,& ideo dicitur citare ad defenſionem Mohed.
190 deciſ.5.de iudic.eodem modo ille agens ex remedio d.l.diffamari;quamobrem † vti
agens eo remedio, & committens cauſam iactationis, & iactationum non dicitur
actor, ſed reus, & ideo citatus eſt actor Butr. in c. cum inter in fin. de except. Alex.
conſ.103.nu.8.lib.5.Soc.conſ.264.num.16.lib.2. Fel.in c.intelleximus, num.5.de iu-
dic. Mohedan.deciſ.229. ſupra de iud.Caſar.de graſſ.deciſ.1.num.12. qui fil.ſint le-
git.& deciſ.1.num.1.de iudic. Rota deciſ.236.par.1.vbi late,
Secundo, quia etiam ſi faciamus clericum non fieri actorem, ſed reum certum
eſt in fauorem clerici illud introductum, vt coram Iudice ſeculari citari nequeat,
191 † id autem non eſt in illius odium retorquendum, l.quod fauore,ff.de legib. At re-
torqueretur in illius odium,ſi citatio facta coram Iudice laico non faceret eum con-
tradictorem, æque ac alios, eſſet enim deterioris conditionis, ergo &c.
192 Tertio ſi non faceret legitimum contradictorem † ex delicto vnius, alter dam-
num ſentiret,quod abſurdum c.vni per alium, de reg.iur.in 6, conſequentia tenet,
quia vitium citationis eſt delictum citantis,at ſi non eſſet hoc delictum,quia nempe
citatio non eſſet vitioſa, & emanaſſet corã eccleſiaſtico iudice, vtiq; eſſet legitimus
contradictor,ſi ergo non ſit contradictor, quia citatus coram laico delictum citan-
tis nocebit citato, vt non habeat ius, quod ſine delicto citantis erat habiturus.

Quarto, Aut potuit citare prætendens immiſſionem coram laico, aut non; ſi pri-
193 mum tollitur omnis difficultas; ſi † ſecundum incidit citans in pœnam, vt à iure ſuo
cadat. Si quidem clericum trahens ad forum ſecularem à iure ſuo cadit, *Auth. ſta-*
tuimus, C. de epiſc. & cler. ita Concilio Melcuitano, ſeu Toletan. & Cartaginen. fuit
ſancitum, vt refert Gratian. in c. inolita, & c. placuit, q. 1. idem ſtatuit Innoc. in c ſi
diligenti, ext. de foro competen. Roman. conſ. 369. circa primum, nu. 39. verſ. quo ad
decimum, Imol in c. ſi diligenti, nu. 4. de for. compet. Marant. in Specul. per 4. diſt. 12.
194 *nu. 2. Alex. conſ. 103. conſideratis nu. 5. verſ. quod ſi laicus, lib. 5.* † Dicitur autẽ tra-
here ~~autem~~ per ſolam citationem *Abb. in c. ſignificantib. in 2. not. de libell. oblat. idem*
Marant. d. num. 2. verſ. dicitur autem. Certum eſt igitur poſſe in his terminis cleri-
cum aſſerere hunc à iure ſuo cecidiſſe, & ſic impedire quo minus immittatur, ergo
erit legitimus contradictor.

195 Ad contraria reſpondendum, Primo clericum † poſſe venire corã Iudice ſecula-
ri, quando ſuſtineret perſonam actoris, quod in re noſtra cõtingit, vt in primo arg.
At ſi forte in dubium reuocetur, nunquid habeat rationem actoris, neque videatur
omnino tuta reſponſio, tunc dicendum quæſtionem noſtram non eſſe, an coram iu-
196 dice eod. coram quo citatus contradicere debeat, necne; † licet enim faciamus corã
eo contradicere non poſſe, nihil tamen repugnat, quin opportunus ſit contradictor.
Oppoſita enim declinatoria iudicij, quam tenetur opponere in illis caſibus, in quib.
non poteſt coram laico venire, vt ſupradictum, & vult contradicere. Aduerſariũ ad
forum Eccleſiaſticum trahet, & ibi opportune contradicet, vel allegando eũ à iure
ſuo cecidiſſe, vt in vlt. arg. & ex hoc cap. contradicendo, ne immittatur, vel opponen
do opportunas exceptiones excludentes iudicium poſſeſſorium iuxta declarationes.
antea propoſitas, quas coram Iudice ſuo recte proponet. Vide de hac re *Romanum*
d. conſ. 369. nu. 39. vbi plures modos proponit, quibus clericus citatus coram Iudice
laico ſibi conſulit, ac pœnam exigit.

QVARTA QVÆSTIO.

QVarta quæſtio principalis eſt quando venit eo quod poſſidet, non tamen aut
fuit citatus, aut titulum habet, continet hæc quæſtio tres articulos.
Primus, quando poſſeſſionem obtinuit viuente teſtatore ~~ab hærede~~.
Secundus, quando poſſeſſionem obtinuit mortuo teſtatore ab hærede.
Tertius, quando poſſeſſionem obtinuit mortuo teſtatore à tertio.

SVMMARIVM primi Articuli.

1 *Poſſidens cum vitio non eſt legitimus contradictor. Fallit ſi contradictio non fundetur in tali poſſeſſione, ſed in non iure petẽtis, nu. 12.*
2 *Titulus eſt iuſta poſſidendi cauſa.*
3 *Rem ſuã non eſſe ſciens, ſcire debet ad alium pertinere.*
4 *Dubia allegatio non releuat.*
5 *Poſſidẽs ſine pari titulo nõ eſt legitimus cõtradictor. Declara vt n. 16.*
6 *Poſſeſſionem qui obtinuit viuente teſtatore legitimus eſt cõtradictor.*
7 *Poſſeſſoris de iure non eſt curandum quando non conſtat de iure petẽtis.*
8 *Defunctum non poſſediſſe quilibet allegare poteſt.*
9 *Poſſeſſio ante mortem defuncti acquiſita eneruat intentionem actoris intentantis legis noſtræ remedium.*
10 *Beneficium huius legis habet locum tantum reſpectu bonorum tempore mortis à defuncto poſſeſſorum.*
11 *Poſſeſſor nõ cogit alicui ſuã poſſeſſionẽ cedere niſi probãti ſuã intentionẽ.*
13 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
14 *Poſſidentis eſt melior conditio.*
Immiſſio non competit hæredi, quãdo teſtatori nõ cõpetebat manutentio.

Requi-

17 *Requiſita neceſſaria non probans ex officio eſt à Iudice repellendus.*

18 *Hæredi competit immiſſio aduerſus eum, qui poſſidebat, quando potuiſſet defunctus viuens quandocunque poſſeſſionem reuocare.*

19 *Immiſſio competit hæredi, quando teſtatori competebat manutentio.*

20 *Immiſſio competit hæredi aduerſus detinentem rem à teſtatore iure commodati, aut depoſiti.*

21 *Subrogato competit immiſſio, quando defunctus ciuiliter poſſidebat, ita vt ei competeret manutentio.*

22 *Commodanti, aut deponenti competit manutentio aduerſus commodatarium, vel depoſitarium.*

23 *Subrogatio habet locum, vbi eſt locus ſtatuto de continuanda poſſeſſione.*

24 *Remedium legis noſtræ habet locum, vbi ſubrogatio.*

25 *Subrogationi & ſtatuto de continuanda poſſeſſione non eſt locus quando naturalis poſſeſſio iam fuerat apprehenſa, non tamen nulliter ita vt ciuilis quoque venire potuerit.*

26 *Manutentio nõ poteſt competere vbi nullo poſſidẽte fuit poſſeſſio obtẽta.*

27 *Manutentio locum habere poteſt quã do vno poſſidente fuit poſſeſſio obtenta, qui potuit ſe pro non ſpoliato habere, & ciuilem retinere.*

28 *Poſſidens vi conſtituti pro ſe à teſtatore facti eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem.*

29 *Conſtitutum transfert totã poſſeſſionem, quæ pœnes conſtituentẽ erat.*

30 *Beneficium legis noſtræ competit pro bonis tantum à teſtatore poſſeſſis.*

31 *Conſtitutum transfert poſſeſſionem ad quoſcumque effectus, & in ſpetie ad impediendum legis noſtræ beneficium.*

32 *Immiſſio non competit hæredi, quãdo defuncto nõ cõpetebat manutentio.*

33 *Conſtitutarius propria auctoritate poteſt bona ingredi.*

34 *Poſſidens ante mortẽ teſtatoris quãuis vitioſe poſſideat eſt tamen legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando poſſeſſionem obtinuit viuente teſtatore, Videtur negandum legitimum eſſe contradictorem.

1 PRimo quia † poſſidens cum vitio non eſt legitimus contradictor, *l. communi diuidundo, §. inter prædones, ff. de commun. diuid. toto titulo, ff. quod vi, aut clam, Oldrad. conſ. 1. col. 2. Crauett. conſ. 104. num. 14. Peregr. conſ. 24. num. 3. lib. 4. Bart. Caſtren. Alex. & alij in l. filiam, ff. ad Trebell. Dec. hic num. 48. Zuccard. nu. 379. Menoch. de adipiſc. remed. 4. nu. 3. lib. 5. Rip. in l. 1. num. 12. ff. quor. legat. & alij per Rol. conſ. 78. nu. 14 cum ſeq. lib. 1. & fuit dictum in vna Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinali Lancellotto, & in vna Rauennaten. hæreditatis 14. Aprilis 1606. coram R. P. D. Pamphilio.*

At qui ſine titulo rem obtinuit cum vitio poſſidet, quod ex eo apparet, quia cum
2 † titulus ſit iuſta poſſidendi cauſa *ad DD. in princ. Inſti. de vſucap.* Carens titulo, caret iuſta cauſa poſſidendi, Vnde conſequens eſt eum iniuſte poſſidere, tanto ma-
3 gis quia † carens titulo ſibi conſcius eſt, rem ad ſe non pertinere; non enim poteſt ſine aliqua cauſa rem detinere, ideo ſcire debet modis omnibus ad alium ſpectare,

vt inquit *text. in l.fin. C.vnd. vi*, quamobrem cum poſſideat illud quod ſcit modis
omnibus ad alium pertinere non poteſt, non iniuſtè, & cõtra bonã fidem poſſidere.
Neque dicatur poſſeſſionem noſtram non eſſe abſolutè intelligendam ſine titu-
lo, ſed titulum non allegari, quia contradictor vi ſolius poſſeſſionis prętendat, etiam
nullum allegando titulum immiſſionem impedire, ideo quamuis habeat, illum ta-
men non alleget, ita vt in ſumma non ſit omnino certum titulum deficere; ſat enim
eſt poſſeſſionem non eſſe titulo iuſtificatam; poſſet enim eſſe vitioſa, ita vt ſaltem
4 ſit dubia; † allegatio enim dubia non adiuuat, *c. in præſentia, extr. de probat. l. neque*
natales, C. eod.
5 Secundo † poſſidens niſi parem titulum oſtendat, non eſt legitimus contradi-
ctor, *ad Bar. & Doct. hic, Goz. ad. conſ. 93. nu. 5. Bero. conſ. 60. nu. 4. vol. 2. & conſ. 176.*
num. 51. vol. 2. Hier. Lucenſ. conſil. 23. in cauſa Montisferrati, Rol. à Vall. conſ. 2. in
fine lib. 3. & conſ. 98. col fin. eod. vol. ſequitur Rota penes Card. Seraphinum de ciſ.
1257. at in re noſtra non oſtendit titulum, ergo &c.
6 His non obſtantibus contrarium eſt aſſerendum, † hunc eſſe legitimum contra-
7 dictorem, quod voluit *Bald. in l. noſtra*, † dum ſtatuit non curandum de iure poſſeſ-
ſoris, ſi non conſtet de iure petitoris; ita quoq; intelligendus *Caſtr. loco citato*, dum
8 inquit, † quemlibet poſſeſſorem poſſe allegare defunctum non poſſediſſe, Vnde etiã
de poſſidente ſine titulo, eſt intelligendus, Idem tenuit *Zuccar. hic nu. 387. & 389.*
9 *& Gabr. d. conſ. 46. nu. 3.* vbi dicit † poſſeſſionem ante mortem defuncti acquiſitam
eneruare intentionem actoris, qui intendit defunctum deceſſiſſe in poſſeſſione, quã
rationem bene ponderat *Dec. nu. 42. verſ. ſi vero iſte poſſeſſor. Surd. conſ. 263. nu. 8.*
10 Probatur hæc ſententia facillime, atque indubitate ex textu noſtro, quo † caue-
tur immiſſioni locum eſſe reſpectu bonorum, quæ à teſtatore tempore mortis poſſi-
debantur, vt aperte ex verbis textus apparet, & ita textum intelligunt omnes inter-
pretes; Verum quando quis eo viuente poſſeſſionem obtinuit, conſtat eam penes
defunctum tempore mortis non fuiſſe, ergo &c.
11 Confirmatur † quia poſſeſſor non cogitur alicui reſtituere poſſeſſionem niſi pro-
banti ſuam intentionem, *l. fin. C. de rei vendic. Surd. conſ. 263. nu. 8. verſ. quia poſſeſ-*
ſor; at hæres non probat ſuam intentionem, niſi probet poſſeſsionem defuncti t. pe
mortis, quã ſupponimus probari nõ poſſe, quia defunctus non poſsidebat, ergo &c.
12 Ad primum reſpondendum † poſsidentem cum vitio non eſſe legitimum contra-
dictorem, quando contradictio fundatur ſimpliciter in tali poſſeſsione, ſecus ſi fun-
detur in non iure petentis, cui ius non competere ex tali poſſeſsione appareat; Cum
enim tali caſu obtinere nequeat, & ita neq; à poſsidente poſſeſsionem auferre, ſe-
quitur poſsidentem in priori ſtatu manere, & ita vices quodammodo contradicto-
ris ſuſtinere, non quidem per modum veræ exceptionis elidentis actionem, aut in-
13 terdictum contrarium † nullum enim datur, ideo nullum poteſt elidi *ad l. eius qui*
in Prouincia, ff. ſi cert. petat. ſed per ſimplicem negationem, & excluſionem inten-
tionis aduerſarij, & quamuis ipſe quoque, qui poſſeſsionem pretendit cauſa careat,
vt in argumento contrariæ ſententiæ, tamen quia quantum ad cauſam, eſt in pari con
14 ditione cum aduerſario, † ſequitur meliorem eſſe eius conditionem vti poſsi-
dentis, *§. retinendæ, verſ. commodum, Inſtit. de interdict. facit l. qui accuſare, C. de*
eden. l. res, quæ in fine, C. de rei vendic. l. vti frui, ff. de vſufr. pet. c. vlt. in fin. cum
gloſſ. ſuper verb. humaniorem, extra de tranſact.
Quod ſi prætendit hæres ſe cauſam habere, quia res erat teſtatoris, ideo domi-
nium in eum tanquam in hæredem translatum, licet poſſeſsio ad alium iniuſte
peruenerit, eo vtatur iure quod tali cauſæ conueniens eſt, quo nempe teſtator
viuus vteretur, nimirum rei vindicatione, & ſic iudicio petitorio, & ordinario,
15 † quemadmodum enim teſtatori non competebat manutentio, quia non poſside-
bat, ita nec hæredi competet immiſsio, vt pulchrè *Rota in una Placent. canonicatus*

22. *Apri-*

22. Aprilis 1602. coram Cardinali *Pamphilio, & in vna Burgen.* Canonicatus *30.*
Martij 1607. coram Reuerendiſs. Domino meo Lodouiſio Archiepiſcopo Bononien.
16 Ad ſecundum fere eadem reſponſio, † Poſſidentem ſine titulo non eſſe legitimũ
contradictorem aduerſus eum, cui vere competit hoc beneficium, eſſe tamen in cau
ſa ſi viuente Teſtatore poſſeſſionem obtinuit, vt non competat, quia eſt in cauſa,
vt deficiant requiſita, nempe poſſeſſio anteceſſoris tempore mortis, vt dixi *in argu*
mento pro contraria.
Animaduertendum tamen pro vera terminorum cognitione, quod Tironibus
dictum, quodammodo per accidens hunc eſſe contradictorem, & ſecunda-
rio, quodammodo, non primario, & per ſe, non enim directe hæredem intentantẽ
17 hoc beneficium ſe opponendo, excludit, quamuis enim ſe non opponeret, † hæres
tamen à Iudice ex officio repellendus eſſet, quia non probaret requiſita neceſſaria,
ad Text in cap. 1. extra de offic. Vicarij, vbi Innoc. facit text. in capit. examinata de
iudic. pluribus firmaui *ſup. in 2. quæſt. n. 144.* quia tamen eo quod poſſeſſionem
viuente Teſtatore obtinuerat, eſt in cauſa, vt ſubſtantialia requiſita in hærede defi-
ciant, vnde immiſſionem conſequi nequeat, videtur ipſe hæredem excludere, & ita
eſt contradictor, per accidens, vel eſt appellandus contradictor de facto non de iu-
re; excludit enim eum, qui de facto intentabat hoc remedium, licet de iure ei non
competeret, vnde dicitur potius intentionem excludere, quam actionem.
18 Fallit ſupradicta determinatio, † quando vere poſſeſſio erat quidem etiam viuẽ-
te Teſtatore penes ſe opponentem, ita tamen vt poſſet defunctus, dum viueret eam
quandocunque reuocare, vt in præcario, perinde eſt enim, ac ſi poſſeſſio penes de-
functum remanſiſſet, ideo heres immittendus æque, ac ſi teſtator poſſediſſet, *ita Ca*
ſtren. hic num. 6. verſic. ſi autem apud, ad quod facit ea ſententia, de qua infra nu-
19 mero 21. nimirum † vbi defuncto competebat manutẽtio, hæredi competit immiſ-
ſio, poſſunt tamen aliqua in contrarium conſiderari ex traditis *à Puteo deciſ. 453.*
lib. 2. ſecundum vltimam impreſſionem vbi nonnulla de præcario ad partes diſpu-
tat, & indeterminata relinquit, quæ in re erudito lectori deliberationem relin-
quimus.
20 Fallit ſecundo, † quando nudis quædam detentio apud contradicentem tẽpore
mortis erat, qui tamen teſtatori poſſidebat, quia forte res penes ipſum depoſita,
vel commodata, nec enim depoſitum, aut commodatum dominium, aut poſſeſsio-
nem transfert, *l. licet, §. 1. ff. de depoſ. l. rei commodatæ, ff. commodat. §. poſsidere, ver*
ſic. per eos Inſtitut. de interd. ita docet idem Caſtren. cit. num. 6.
Confirmatur exemplo ſubrogationis gratioſæ, in qua ſæpius repetitum pari paſ-
ſu ambulare cum legis noſtræ beneficio, *ad Mohed. deciſ. 13. in lit. penden. & latius*
21 *alibi cumulata,* † in qua dummodo defunctus ciuiliter poſsideret, ita vt ei compete
re poſſet manutentio eidem ſubrogato competit immiſsio, vt fuit reſolutum *in Ro-*
ta in vna Toletan. Parochialis 24. Iunii 1604. coram Illuſtriſsimo Domino Sacrato
Archiepiſcopo Damaſceno, & in vna Burgen. Canonicatus 30. Martii 1607. coram
22 *Reuerendiſs. Archiepiſcopo Bononienſi,* certum eſt autem † commodanti, aut depo-
nenti competere manutentionem, vt probatur *ex §. retinendæ iuncto §. retinere au-*
tem Inſtit. de interdict. faciunt tradita *à Rota in vna Salettiarum iuris patronatus*
3. Iulii 1602. coram eodem Reuerendiſs. *Lodouiſio Archiepiſcopo Bononienſi,* vbi ſta-
tuit, ei, qui retinuit animo poſſeſsionem ciuilem, manutentionem denegari nõ poſ-
ſe, quod fuit repetitum *in vna Argentina Beneficii 30 Maii 1611. coram R. P. D. Pã*
philio, conſequens ergo eſt, vt hæredi deponentis, vel commodantis immiſsio ex le-
gis noſtræ beneficio competat.
23 Secundò, quia † vbi habet locum ſtatutum de continuanda poſſeſsione, ibi ha-
bet locum ſubrogatio *Mohed. deciſ. 11. in lit. pend. & ſæpius à* Rota *fuiſſe deciſum*
habetur in dicta Burgen. Canonicatus *30. Martii 1607. coram D.* Reuerendiſs. *Ar-*
chiepi-

Tertiò, quia ita in terminis aperte ſentiunt, *Guido pap. queſt. 356. verſic. octauus eſt. Surd. conſ. 263. ſub num. 8. verſ. quarto reſpondeo.*

34 Amplia ſecundò, † etiam ſi propria auctoritate talem poſſeſſionem obtinuiſſet contradictor, & ita vitioſe poſſideret, non enim vt iam diximus attenditur, neque curamus de iure poſſeſſoris, quando non apparet de Iure petitoris, *ut Bald. in l. noſtra, & alii ſupra allegati præcipue Surd. conſ. 263. num. 8. circa medium.*

SVMMARIVM Secundi Articuli.

35 *Voluntas ab hærede accommodata ei qui poſſeſsionem obtinuit ſi fuerit accommodata ante additionem hæreditatis, non nocet hæredi, neque ad impediendum interdictum quorum legatorum, neque ad impediendum legis noſtræ beneficium.*

36 *Hæreditariam rem, vt talem alicui tradens dicitur ſe pro hærede gerere, & eodem momento hæreditatem adire.*

37 *Commodatæ, & depoſitæ rei non transfertur poſſeſsio.*

38 *Velle eſt eius cuius eſt nolle.*

39 *Impedimentum non præſtat, quod de iure non ſortitur effectum.*

40 *Remedium legis noſtræ ceſſat poſtquam ſemel hæres poſſeſsionem obtinuit.*

41 *Remedium acquirendæ non datur ei, qui ſemel poſſeſsionem obtinuit, licet poſtea amiſerit.*

42 *Contradictor legitimus eſt, qui poſſeſsionem ab hærede obtinuit mortuo teſtatore.*

Declara, vt num. 50.

Fallit quando poſsidens obtinuit conſenſu hæredis errantis, qui credebat ſe eſſe hæredem ab inteſtato, cum ſit teſtamentarius, vt infra numero 54.

43 *Factum proprium impugnare quis non poteſt.*

44 *Interdictum quorum legatorum ceſſat aduerſus eos, qui bona legata hærede conſentiente occupauerunt.*

45 *Remedio legis noſtræ non eſt locus, quando ſemel obtenta eſt poſſeſsio.*

46 *Effectus ſine cauſa dari non poteſt.*

47 *Hæreditas ſemel adepta ſit patrimonium hæredis, nec manet amplius hæreditas, nec cōpetunt ea remedia, quæ pro hæreditate prodita ſunt.*

48 *Remedium adipiſcendæ non competit pro recuperanda.*

49 *Contradictor qui non poteſt eſſe quantum ad ius, poteſt tamen aliquando eſſe, quo ad factum, & ſic per excluſionem intentionis, non vero actionis.*

51 *Poſſeſsione ceſſante ceſsat contradictionis fundamentum.*

52 *Limitata cauſa, limitatum parit effectum.*

53 *Cautella ſeruanda ab eo, qui viuente Teſtatore poſſeſsionem obtinuit aduerſus petentem immiſsionem, & num. 57.*

55 *Conſenſui nihil magis contrarium, quam error.*

56 *Hæreditatem adire nemo poteſt, niſi ſciat an ex teſtamento, an ab inteſtato ſuccedat.*

ARTI-

43 Probatur primò quia † hæres non poteſt contra factum proprium venire, *l. ſicut*
C. de actio. & oblig. l. poſt mortem, ff. de adopt. At venit contra factum proprium in-
tentando huiuſmodi beneficium aduerſus eum, cui ipſe poſſeſſionem conceſſit, er-
go, &cæt.

Secundò probatur à ſimili, per *Text. in l. 1. §. quod ait Prætor il ſecondo ff. quo-*
44 *rum legat. & l. 1. C. eod.* vbi habetur † interdictum quorum legat. ceſſare aduerſus
eos, qui bona legata hærede conſentiente occupauerunt, ita in re noſtra huiuſmo-
di beneficium ceſſabit aduerſus eos, qui ab hærede poſſeſſionem obtinuerunt.

45 Tertiò, quia † huic remedio non eſt locus, quando ſemel obtenta eſt poſſeſſio,
§. ſequens Inſtit. de interdict. & eſt communis interpretum ſententia, de qua *ſpecu-*
lat. de Teſtam. §. ſequitur, num. 32. Corn. conſ. 113. num. 5. Iaſon. in §. actionum, nu-
mero 116. Inſtit. de action. Matheſil. ſing. 69. faciunt cumulata, à Menoch. dicto re-
med. 4. num. 248.

Et ratio eſt, quia quemadmodum quis non poteſt eiuſdem defuncti pluries fieri
46 hæres, ita neque pluries vt talis hæreditatem, & bona eius conſequi † alioqui dare-
tur effectus ſine cauſa contra *cap. cum ceſſante extra de appellat. l. adigere, §. quam-*
uis de iur. patron.

47 Addamus quando ſemel adepta fuit hæreditas, factum eſſe ſtatim patrimonium
hæredis, neque amplius hæreditatem eſſe, *Doctor. in l. 1. §. veteres, ff. de acquirend.*
poſſeſſ. vbi Alexand. & Iaſon latè Angel. conſ. 52. num. 2. Dec. in l. hæreditas in fine,
ff. de regul. iur. ideo non amplius competunt ea remedia, quæ pro hæreditate pro-
dita ſunt.

48 Inſuper † hoc remedium eſſe adipiſcendæ, ideo non competere pro recuperan-
da, *dicto §. ſequen.* ob quam rationem ita tenet, *Rota in vna Bonon. attentatorum*
24. Octobris 1588. *coram Cod. Mantica, & in alia Bononien. 27. Februarii* 1598. *co-*
ram Cardin. Seraphino, quæ eſt in impreſſ. deciſ. 268. *num. 4. vbi habetur ita* ſępius
fuiſſe *in Rota reſolutum;* ergo conſequens eſt, vt ceſſet hoc beneficium.

Ad primum reſpondetur, quando nondum adita hęreditate rei poſſeſſionem
tranſtulit hęres, quia non tranſtulit vt hęres non eſſe locum quęſtioni. Non enim
contradictor dicitur, tunc poſſidere ab hęrede, & ita prima pars argumenti ad-
mittitur.

Si vero adita hęreditate, & ſic quando poſsidebat vt hęres, argumentum non
eſt in contrarium, ſed concludit non eſſe locum huic beneficio, quia iam illud obti-
nuit hęres, quod per tale beneficium prętendere poteſt.

49 Nihil facit in his terminis non eſſe locum Quęſtioni, quia hoc verum, † quãtum
ad ius, ſecus, quantum ad factum, nihil enim impedit, quin hęres etiam ſi ei hoc be-
neficium de iure non competat, de facto illud intentet, quo caſu poſsidens erit legi
timus cõtradictor, non de iure hoc eſt mediante vera exceptione Iuris, quæ appel-
latur actionis excluſio, vt colligitur *ex principio Inſtit. de exceptio.* ſed de facto me-
diante nempe exceptionę facti, quę habet locum, vbi non competebat actio, licet
de facto intentaretur, quę appellatur intentionis excluſio ad tradita *per DD. in di-*
cto princ. Inſtit. de exception.

50 Declaratur † affirmatiua ſententia recte per *Zuchard. dicto num.* 387. quem ſe-
quitur *Menoch. citato loco, num.* 584. vt habeat locum, quando iſte opponens poſ-
ſideret omnia bona, vel ea, aut eorum aliqua, in quorum poſſeſsionem hęres ſpeci-
fice ſe peteret immitti, ſecus ſi hęres ſpecificaret bona, in quorum, tanquam per te-
ſtatorem poſſeſſorum, poſſeſsionem ſe peteret immitti, & inter illa non exprimeret
ea, quæ comparens poſſidet, hoc enim caſu non eſſet legitimus contradictor ad ſu-
ſpendendam licentiam, vel iuſſum de immittendo in poſſeſſionem bonorum petito
rum, & ratio eſt, quia ſi impedit, quatenus poſſeſſor, & ita quatenus ſua intereſt, id
procedit reſpectu bonorum, quorum eſt poſſeſſor, & quorum ratione eius intereſt.

In re-

51 In † reliquis enim ceſſante poſſeſsione, ceſſat contradictionis fundamentum limi-
52 tata † enim cauſa, limitatum parit effectum, *l. in agris ff. de acquir. rer. domin.*
Quę quidem declaratio habet etiam locum in aſſerente ſe habuiſſe poſſeſsionem
a defuncto, & ſic eo viuente poſſediſſe, quando hęres immiſsionem quoque in talia
bona peteret, quod verum ſi ea exprimeret, ſi enim non exprimeret, quæ bona pe-
tat, ſed in vniuerſum, & confuſo quodammodo peteret ſe immitti in poſſeſsionem
bonorum à teſtatore tempore mortis poſſeſſorum, ſecus eſſet. Cum enim tunc non
conſtet eum velle immitti in bona ab hoc poſſeſſa, cum ea non ſpecificet, nec appa-
reat. eum prætendere, niſi poſſeſſa à Teſtatore tempore mortis, comparens non eſt
legitimus contradictor ad retardandam immiſsionem. Ad quid enim retardetur,
ſi ad ſeruanda bona à ſe ipſo poſſeſſa non eſt opus, cum non appareat hæredem ea
53 prætendere, † ſi ad reliqua nullum habet ius, pro cautela tamen admittetur ad ex-
plicandum hæc bona non fuiſſe à teſtatore detenta, qua in re ſufficit vt probet, ſe
nunc ea poſsidere, quamuis non probet Teſtatore viuẽte poſſeſsionem obtinuiſſe;
id enim tunc eſſet probandum cum appareret hæredem horum quoque bonorum
poſſeſsionem petere; Id tamen eſt intelligendum, niſi prædictus hæres, qui modo
prędicto extitiſſet, velle poſtea in proceſſu venire ad probandum, quę bona à teſta-
tore tempore mortis detinerentur, interea autem connumeraret, quæ ab hoc con-
tradictore poſsidentur, Tunc enim perinde eſt, ac ſi talia bona in petitione fuiſſent
expreſſa, quo caſu diximus locum eſſe contradictioni ad ſuſpendendam immiſsio-
nem, vt recte *Zuchard. num. 388. verſ. & quod dixi.*
54 Fallit ſupradicta determinatio † quando poſsidens obtinuit quidem conſenſum
hęredis, verum errantis, qui dum forte crederet eum de cuius hæreditate agitur ab
inteſtato deceſsiſſe, is tamen cum teſtamento deceſsiſset, vnde cum crederet ſe le-
55 gitimum eſse hęredem, ſit teſtamentarius, † nihil enim magis conſenſui contrariũ,
quam error, *l. qui per errorem, ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. ita ſtipulatus in princ. ff. de
verborum obligat. Alexan. conſ. 28. num. 10. lib. 7. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
gloſſ. 2. num. 21. & ita limitat. dicta Spoletan. hereditatis 27. Martii 1585. coram
Bubalo.*
Quæ quidem limitatio confirmatur, quia talem poſseſsionem concedens igna-
rus, an Teſtator cum teſtamento, vel ab inteſtato deceſserit, nondum poteſt dici
56 hęres, cum nullus dicatur † hęreditatem adire, niſi ſciat, an ex teſtamento, vel ab in-
teſtato ſuccedat, *l. ſi is ad quem l. pro hærede, ff. de acquiren. hæred.* Ideo non poteſt
dici, vt hęres poſseſsionem conceſsiſse, merito intentando poſtea hoc beneficium
vt heres, non veniet contra factum proprium.
57 Pro coronide, hoc loci ex mente eiuſdem *Zuchardi* † animaduertendum ſi for-
te ſuſpicetur poſseſſor, quominus hęres intentet immiſsionem in bona, quę ipſe
poſsidet, velitque ab omni damno, aut iniuria ſibi pręcauere, cautelam opportunã
eſse, vt compareat, & inſtet nullam fieri immiſsionem in talibus bonis, quinimo ſe
manuteneri inſtet; & hęredi à quo turbari timet, pręcipi ne eum turbet impoſte-
rum, hanc eandem cautelam ante *Zuchard. poſuit Salic. col. 6. verſic. nec allegatio.
Angel. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper rebus, num. 1. vbi etiam* Caſtren *num. 2.* eandem
quoque amplectitur. *Menoch. num. 585. ſequitur* Rota *in vna Fulginaten. nullita-
tis exequutionis 30. Martii 1601. coram* Reuerendiſs. *Lodouiſio Archiepiſcopo* Bo-
*nonien. hac enim ſtante proteſtatione nulla poteſt exequutio fieri, & facta redditur
nulla,* Bald. *in l. ob maritorum, num. 5. verſic. quæro nunquid pendente proteſtatione,*
C. *ne uxor pro marit. Alexan. in d. l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 9. verſic. addi-
tis, quod* Bald. *Iaſ. num. 9. ad finem Coler. de proceſſ. exequut. par. 2. cap. 3. num. 252. &
fuit deciſum in d. Fulginaten. coram Reuerendiſsimo Domino Lodouiſio Archiepi-
ſcopo Bononienſi.*

SVMMARIVM Tertij Articuli.

58 Poſſidens etiam iniuſte nihil probare tenetur, et negando ſolūmodo intentionem actoris victor euadit, actore intentionem ſuā non probante.

59 Poſſeſſor etiam iniuſtus eſt citandus neque ſine citatione poſſeſſione ſua priuari poteſt.

60 Poſſeſſionem qui obtinuit mortuo teſtatore, vel à tertio, vel à ſe ipſo non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredē immiſsionē petentē.
Limita vt num. 71.
Limita 2. vt num. 73.
Limita 3. vt num. 75.

61 Poſſeſsio adepta poſt mortem teſtatoris non iuuat poſſeſſorem aduerſus legis noſtræ remedium.

62 Paria ſunt non dari, vel nō apparere.

63 Poſſeſsio etiā titulo munita, quādo vtrūque habitum fuit poſt mortem Teſtatoris non facit contradictorē.

64 Commodum ex vitio ſuo non debet quis conſequi, ſed pœnam.

65 Poſſeſsionem vitioſam non tuetur Prætor.

66 Dubia non pariunt congruum effectum.

67 Hæres nullo poſſidente poteſt propria auctoritate poſſeſſ. ingredi.

68 Etiam ſi ſub conditione inſtitutus, & nondum venerit conditio.

69 Actor ſuā intentionē probare debet.

70 Reus ſuam exceptionem probare debet.

72 Subrogato nonprobāte reſeruationē, poſſeſsionem eius, cuius loco ſubrogatus, & ſe eſſe clericum, ſufficit aduerſario contradictori ad victoriam non ius ipſius ſubrogati.

74 Exceptio proprietatis, quę incontinenti probari poſsit non excluditur quin non apponatur aduerſus hoc beneficium.

75 Intereſſe coniunctum poſſeſsioni facit legitimum contradictorem.

76 Declara ſi tale intereſſe virtualiter titulum parem contineat.

77 Succeſsioni ab inteſtato nō eſt locus, ubi eſt ſpes teſtamentarij hæredis.

ARTICVLVS TERIVS.

Quando poſſeſsionem obtinuit mortuo teſtatore à tertio, vel à ſeipſo; Non enim differunt quantum ad rem noſtram.

AFfirmatiua ſententia primo aſpectu videtur amplectenda ex his.
58 Primò, quia † poſsidens ēt iniuſte nihil probare tenetur, quinimo ne quidē tit. ſuæ poſſeſs. docere, pōtq; ſolūmodo negādo intentionē actoris, victor euadere, ſi actor ipſe ſuū ius nō probauerit, *§. æque in fin. Inſtit. de act. l. qui accuſare ſup. de eden. optimus eſt tex. in l. fin.* C. *de rei vend.* vbi Imperator, in hęc verba, Res alienas poſsidens licet iuſtā detinendi cauſam nullā habeat, non niſi ſuā intentionem implenti reſtituere cogitur, *l. extat decr. ff. de iur. fiſci, l. ſi quidē, C. de except. l. 2.* C. *de probatio. l. non ideo in fine, C. de liberal. cauſ. l. negantes, C. de actio. q̃ obligat. l. cogi, C. de petitio. hered. quæ optime ad rem noſtram facit, inquit text.* cogi poſſeſſorē ab eo qui expetit tit. ſuę poſſeſsionis dicere, in ciuile eſt, faciunt tradita *à Bart. Bal. & aliis in l. ob maritorum,* C. *ne vx. pro marito* Bar. *in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus nu. 4. ff. de re indic. Angel. ad fin. Caſtr. nu. 8. Alex. n. 9. Iaſ. n. 9. Caſtren. conſ. 143. ſub n. 3. verſ. & ſi quæritur, lib. 1. & fuit deciſum in vna Fulginat. nullitatis exequutio-*

nis 10. *Martii* 1601. *corã Reu. Lodouiſio Archiep.* Bononien. Quamobrẽ ſequitur, vt
quamuis poſſit iniuſtè poſſidere, nihilq; alleget, vnde ſuo poſſeſſio poſsit iuſta iudi-
cari nihil interſit, dum aduerſarius non probet de ſua iure, quod ſi probare volue-
rit, vt poſſeſſionem a poſſidente auferat, partes illius erunt cum ipſo poſſidente de
iure ſuo agere, vnde impedet poſſidens hanc immiſſionem, donec actor contra eum
ſuum ius probet, & ita erit legitimus contradictor.

59 Secundò facit, quia ſentiunt cõiter interpretes † talẽ poſſeſſorem citandũ eſſe,
neque à poſſeſſione poſſe expelli, niſi citetur, *c. licet Epiſc. de præb. in* 6. *Menoch. d. re-
med.* 4. *n.* 582. *in fin.* videntur autẽ implicare contradictionẽ, quem eſſe citatũ ante-
quã expellatur, deinde citãtem non debere cũ eo iuris ſui periculũ facere, Ad quid
enim eum in ius vocare, niſi vt cum eo de iure noſtro agamus? citatio profecto eſt
ad aliquem finem, non vt ipſe ius ſuum doceat, quia poſsidens non tenetur. Igitur
vt ſaltem contra agentem excipiat, negans ei ius aliquod competere, & ſic cogens
ad docendum de iure ſuo antequam immittatur.

60 His non obſtantibus in contrarium eſt veritas, & † cõis iuris profeſſorum ſenten
tia, quã tenuerunt *Dec. Menoch.* ſic eum interpretante *hic n.* 41. *verſ.* 2. *Zuchard. hic
nu.* 386. *Goz. ad conſ.* 93. *n.* 5. *Mantua. hic in* 1. *lect. n.* 164 *Rol. eod. Menoch. Iudice con
ſil.* 2. *in fin. lib.* 3. *eodem ſequitur idem Menoch. d. rem.* 4. *nu.* 582. *Gabr. conſ.* 46. *nu.* 4.
lib. 1. *qui allegat Bart. & Salic.* quos videre poteris ſequitur *Rota coram* Cardin. *Se-
raph. deciſ.* 1257. *num.* 3.

Probatur hæc ſententia, Primò, quia poſſeſsio per ſe vt ſimpliciter talis nõ po-
teſt prodeſſe ad impediendã immiſſionem, quãdo eſt obtenta poſt mortẽ defuncti,
vt optime ex textu noſtro probatur concedente immiſsionẽ in bona omnia tẽpore
mortis à teſtatore poſſeſſa, & per conſequens in ea quorũ poſſeſsio fuerit poſt eius
61 mortem adepta, vnde ortum habuit cõmuniſsima omnium ſententia † poſſeſsionẽ
poſt mortẽ teſtatoris adeptam poſſeſſorẽ contra hoc remediũ iuuare non poſſe, vt
poſt alios fuit dictum *à Rota corã Card. Seraph. deciſ.* 1257. *n.* 3. minus, vt munita ti-
62 tulo, quia ſupponimus tit. deficere, aut ſaltem de eo non apparere, † paria autẽ ſunt
non dari, vel non apparere, quantũ ad effectum obtinendum *ad l. ſi repetendi, ff. de
63 cond. ob cauſ. l. quidã cum filium, ff. de hæred. Inſtit. facit in fortiori*; quia † poſſeſsio
etiam munita titulo, quando vtrumque habitum fuit poſt mortem teſtatoris non
facit legitimum contradictorem ſecundum communem, de qua *Gabr. d. conſ.* 46. *nu.*
14. *& per totum lib.* 1.

Secundò, quia poſſeſsio de cuius titulo non apparet, aut vitioſa aut dubia, nõ. n.
64 eſt titulo iuſtificata; ſi vitioſa non debet ſuffragari, † ne ex ſuo vitio, & fraude quis
cõmodum conſequatur, cum potius debeat pęnã pati. *l. ſedet, §.* 1. *ff. de eo quod met.
65 cauſ.* † prętere. n. vitioſam poſſeſsionem non tuetur, *l. cũ diuidendo, §. inter prædones
ff. de cõmun. diuid. toto tit. ff. quod vi, aut clam, Oldrad. conſil.* 1. *col.* 2. *Bart. Caſtr. &
aliis in l. filiã ff. ad Trebell Craueтт. conſ.* 104. *n.* 14. *Dec. hic nu.* 48. *Zuchard. n.* 329.
Menoch. de adipiſc. rem. 4. *nu.* 365. *Rolan. conſ.* 78. *num.* 14. *cum ſeq. lib.* 3. *Peregr. con-
66 ſil* 24. *num.* 3. *lib.* 4. *Si dubia non æque † cum dubia non pariant congruum effectum,
l. neque natales, C. de probat. cap. in præſentia extra de probat.*

Tertiò, quia aut nunquam eſſet locus huic beneficio, aut tunc cum inutile, ſem-
per enim neceſſe eſt, vel vt aliquis poſsideat, vel non, ſi poſsideat non eſſet locus,
quia poſsidens citandus; ut ſupra in ſecundo argumento, citatus autem factus
67 contradictor obſtaret; Si non poſsideat, eſſet hoc beneficium inutile, † cum nul-
lo poſsidente poſsit hæres propria auctoritate, abſque legis noſtræ beneficio poſ-
ſeſsionem ingredi, *l. cum hæres, ff. de acquirenda poſſeſsione, Bartol. in l. noſtra nu-
mero* 16. *Bald. num.* 3. *Dec. num.* 4. *Zuchard. nu.* 107. *Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper
rebus, num.* 27. *in fin. ff. de re iudic.* Ripa *in rubr. ff. quorum bonorum, num.* 2. *verſ.
quinto. Plot. in l ſi quando, numer.* 85. *&* 93. *C. vnd. vi.* Burant. *in tractat. de art. te-*

ſtan.

ſtan.tit.2.cautel.20.numero 2.Calcan.conſil.67.colum.2.in fin. Pariſ.conſil.54.numero 1.& ſequen.lib.3.& conſ.37.num.22.eod.lib. Soc.Iun. conſ.75.num.10.lib.1. Henric.Bocch.in ſuis ſingular.tit.de auctor.lic.& conſenſ.num.7. Hoſt.in cap.5.tit.
68 de hered.lib.2.Ioſeph.Lodou.deciſ.Peruſ.69.† quod etiam verum in hærede ſub cõdit.inſtituto,qui ante conditionis euentum propria auctoritate poſſeſſionem de facto capere poteſt, text.eſt cum gloſſ.in l.inter omnes,ff.qui ſatiſd.cogant. vbi Socin. num.12.Iaſon.num.10.

Ad primum reſpondendum partes quidem poſsidentis non eſſe de Iure ſuo docere,ſed petẽtis,ideo hoc ſpectare ad hæredem, atqui ſatis hæredem ius ſuum parefacere,quando legis noſtræ remedium implorat, ſi teſtamentũ oſtendat non abolitum,&c. Et probet bona fuiſſe a teſtatore detenta tpe mortis,tunc.n. ſatis ſuperq; fundata intentione actoris, immiſsio eſt concedenda, quã ſi velit retardare poſſeſſor, exceptionem aliquam proponere probabilem neceſſe eſt,quemadmodum enim
69 actor † ſuam intentionem probare debet,l.ei qui dicit,ff.de prob. † ita reus ſuã exce-
70 ptionẽ,l.1.in princ.iuncta gloß.ff.ſi quadrup.pauper.feciſſ. dicantur Bart.Bald. & Caſtr.in l.2.ff.ſi quis,in ius uoc.non iuerit.Innoc.in c.preterea de dilat. Pariſ.conſil. 76.nu.18.vol.1.Rol.à Vall.conſ.13.nu.65.vol.3.At non allegãdo tit.nullã proponit probabilem exceptionẽ,cum poſſeſsio ſine titulo nullam præſeferat probabilitatem.

Ad ſecundum reſpondendum citationem neceſſariam,vt ſi aliqua iuſta exceptio poſſeſſori competere poſsit,eam proponendo,immiſsionem retardet,donec de iuribus illius actum,quod ſi nullam proponat,citatio iam effectum eſt ſortita,cum prouocauerit ad proponendum,ſi quæ competere poſſet.

71 Hinc animaduertendum † propoſitam determinationem limitandam,ſi poſsidẽs etiam ſine titulo excipiat de requiſitis ex parte hæredis, quia neget concurrere ea, quæ ſunt de intentione illius ſine quibus huic beneficio locum eſſe non poſſe lege noſtra cautum eſt,puta teſtamentum abolitum,vel teſtatorem tempore mortis non poſſediſſe, hoc enim caſu impediet immiſsionem, donec de huiuſmodi requiſitis cum eo agatur,vt ea iuſtificet hæres oſtendendo teſtamentum non abolitum, probando ſe eum eſſe, qui in ea vocatus, & poſſeſsionem defuncti tempore mortis ita Caſtren.hic num.12.Alex.nu.23.Iacobin.nu.46.Corn.nu 41. Zuchard.n.392. Menoch.d.remed.4.n.594.Peregr.de fideicom.ar.48.nu.45. Quod in ſubrogato gratio-
72 sè eodem modo procedit. † Si enim ſubrogatus cum probauerit reſeruationẽ, poſſeſsionem eius, cuius loco ſubrogatus, & ſe Clericum eſſe, ſufficit eius aduerſario poſsidenti ad victoriam, non ius ipſius ſubrogati, vt fuit rectè deciſum in vna Celſonen.preceptorie 2.Iunij 1606.coram R.P.D.Coccino.

73 Fallit ſecundò,ſi vitium viſibile quidem non alléget,ſit tamen tale, quo verificato ad hæredem non ſpectaret immiſsio puta teſtatorem nõ potuiſſe teſtari, & in cõtinenti ſit probatiuus Ang.conſ.135.ad finem.Menoch.d.remed.4.nu.746.& conſil.
74 180.n.23.& ratio eſt quia † exceptiones proprietatis,quæ incõtinenti probari poſſunt non excluduntur quin opponantur aduerſus hoc beneficium vt rectè, glo.ad l.2.huius tituli ſuper verbo quamuis per tex.in l 3.§.ibid.ff.ad exhibendũ,l.illo à quo §.ſi de teſtamento,ff. ad Trebell.l.is a quo in princ.ff.vt in poſſeſſ.legat.l.3.§.cauſe,ff.de carbon.edict. quam gloſſam approbant Doct. & hic communiter ſequuntur Dec.nu.20.Zuchard.nu.162.Menoch.de adipiſc.remed.4.nu.751.& fuit ſæpe à Rota deciſum precipue in vna Romana domus 1559.coram Rubeo, & in Ariminen.bonorum 27.Octob.1586.nu.3.& 4.impreßa apud Statil.Paciſ.deciſ.52.num.3.& 4. et Imolen.bonorum 22.Iunii 1592.coram Card.Pamphilio.

75 Fallit tertiò, † ſi poſsidens vltra poſſeſsionem iure allegat intereſſe, quãdo enim cum poſſeſsione coniungitur intereſſe, poſsidens dicitur eſſe legitimus contradictor ad impediendam immiſsionem Alber.hic num.13.Zuchard. num.371.et Menoch.num.561.Rim.Iun. conſ.585.num.2.

Ratio eſt, quia quando conſtat de intereſſe non amplius apparet poſſeſsio iniu-
76 ſta, ideo rationes ſupra pro negatiua allatæ ceſſant; † Hoc tamen intelligendum quando allegatio huius intereſſe ſaltem virtualiter titulum complectitur, vt patem, Vnde ſi allegat ſe poſſidere, quia eius intereſt, quaſi ab inteſtato ad eum perueniat hęreditas, ſi vera ſit talis allegatio continet titulum, nimirum ſucceſſionis ab inte-
77 ſtato, quia tamen non eſt par titulus, † quamdiu enim ſpes eſt teſtamentarię ſucceſſionis legitima ceſſat *l. quādiu, ff. de acquir. hered. l. quandiu, ff. de reg. iur.* Allegans tale intereſſe non dicitur legitimus contradictor, ita poſt *Alberic. Iacobum, Butrig. Bart. Alex. Zuchard. Menoch. ſtatuit Rimin. d. conſ.* 585. *num.* 42. & 43. tanto minus admitteretur ſi huiuſmodi intereſſe, ſeu titulus falſus eſſet, quia non vere ſucceſſurus erat ab inteſtato, qui id allegabat; *Rimin. iun. d. conſ.* 585. *num.* 41.

QVINTA QVÆSTIO.

QVando contradictor venit ex eo tantum, quod titulum habeat, non autem, aut poſſidet, aut fuit citatus.

Continet hęc quæſtio decē articulos, quorū quinque erunt examinandi; quinque vero quia, vel cadunt ſub diuerſis quæſtionibus, vel ſatis ampli integras quęſtiones ſeparatim requirunt, ſuis locis explicabuntur; hic autem ordinis gratia ſolum adnotabuntur ſuis locis numero non appoſito.

Primus, quando titulum viuente Teſtatore obtinuit ab hęrede.

Secundus, quando titulum viuente Teſtatore obtinuit à tertio.

Tertius, quando titulum viuente Teſtatore obtinuit ab eodem.

Quando titulum obtinuit viuente Teſtatore, non tū aut ab illo, aut ab hęrede, aut à tertio, ſed à legis diſpoſitione, quia nempe tit. legitimè habeat de quo inf. q. 13.

Quartus, quando titulum mortuo Teſtatore obtinuit ab hærede.

Quintus, quando titulum, mortuo Teſtatore, obtinuit à tertio.

Quando titulum mortuo Teſtatore obtinuit ex diſpoſitione eiuſd. Teſtatoris directa in eod. teſtamento facta, nempe vulgari ſubſtitutione de qua ſup. in 2. q. art. 8.

Quando titulum mortuo Teſtatore obtinet alio teſtamento de quo ſup. q. 2. art.

Quando titulum mortuo Teſtatore ex diſpoſitione eiuſdem obliqua, nempe fideicommiſſo, de quo infra quæſtione 10. per totam.

Quando titulum obtinuit mortuo Teſtatore ex illius diſpoſitione ſingulari puta, legati, vel fideicommiſſi ſingularis de quo in quæſt. 12. per totam.

SVMMARIVM Primi Articuli.

1 *Dolo facit qui petit illud, quod ſtatim eſt reſtituturus.*
Declara vt num. 11.
Declara 2. *vt num.* 14.

2 *Doli exceptio locum habet aduerſus legis noſtræ beneficium, & aduerſus omne poſſeſſorium adipiſcendæ.*

3 *Venditor tenetur emptori actione exempto.*

4 *Exceptio competit aduerſus eum contra quē poſſidentem cōpeteret actio.*
Declara vt num. 12.

5 *Circuitus inutiles ſunt euitandi.*

6 *Contradictor legitimus non eſt qui titulum ab hærede obtinuit viuente Teſtatore, ſi poſſeſsione careat fallit, vt num.* 25.

7 *Contradictor, vt quis ſit tria ſunt neceſſaria.*

8 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione valet.*

9 *Dominium ſine traditione non trāſfertur.*

10 *Creditores non habent ius reale, vnde poſ-*

de poſſeſsionem prætendere poſſint, ſed perſonale, ita vt mediante actione perſonali in iudicio ordinario eis ſit agendum.

13 *Ceſſante cauſa ceßat effectus.*

15 *Exceptiones ſunt comparatæ defendendorum Reorum cauſa cum quibus agitur.*

16 *Exceptiones introductæ, vt excipienti conſulant.*

17 *Titulum ſolum habens dicitur creditor non dominus.*

18 *Actio perſonalis competit creditori.*

19 *Et ſolum aduerſus obligatum intentari poteſt.*

20 *Damnum qui ſua culpa ſentit ſibi imputare debet.*

21 *Ordo iuris eſt vt primo de poſſeſſorio agatur, deinde de petitorio.*

22 *Saluianum interdictum cõpetit pro rebus hypothecatis.*

23 *Poſſeſsionem eandem plures inſolidum retinere nequeunt.*

24 *Hypotheca eſt mater Saluiani interdicti, et vbicumque interuenit hypoteca datur Saluianũ ſaltẽ vtile.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando titulum viuente Teſtatore obtinuit ab hærede, videtur primo aſpectu dicendum legitimum eſſe Contradictorem.

1 PRimò, quia videt̃ † dolo facere, qui illud petit quod ſtatim eſt reſtituturus *l. do*
2 *li, ff. de dol. except.* quæ † doli exceptio ſolet locum habere aduerſus hoc bene-
ficium, & generaliter aduerſus omne poſſeſſoriũ adipiſcendæ, vt notatur *in l. 2. ſup.*
hoc tit. & in l. incerti, C. de interdictis Corn. conſ. 322. nu. 15. vol. 4. At in ſpecie no-
ſtra videtur ſtatim reſtituturus cum ob titulum conceſſum teneatur ad transfe-
rendam rem ei, qui ab eo titulum habuit, exẽplum ſi viuente Teſtatore rem vendi-
3 derit de qua agitur, † tenebitur enim actione exempto, *l. 1. ff. de act. empt. l. vbi au-*
tem non apparet in fin. ff. de verb. obligat. §. actiones autem Inſtit. de act. & in princ.
Inſtit. de empt. & vend.
4 Cõfirmatur, quia † aduerſus eum agentem cõpetit exceptio, aduerſus quem poſ-
ſidentem cõpeteret actio *l. vendicantem, ff. de euict.* verum aduerſus heredem poſ-
ſidentem competeret actio ex tit. proficiſcens, puta ſi eſſet venditio ex vendito, vt
ſupra, ſi donatio ex donato, *l. ſi quis argentum, §. fin. C. de don. §. alia autem Inſtit.*
de donat. ergo, &c.
5 Tertiò, facit quia † circuitus inutiles ſunt euitandi, *l. cum fundus, §. ſeruum, ff. ſi*
cert. pet. l. dominus Teſtamento, ff. de cond. indeb. Clem. Auditor de reſcr. Io. And. ad
Specul. in rub. de oblig. & ſolut. col. 1. Alex. & Dec. d. §. Seruum tuum in princ. Iaſ. in
d. l. Dominus teſtamento, n. 3. Tiraquell. de retract. conuent. in fin. nu. 41. Natta con-
ſil. 153. num. 9. Menoch. conſ. 68. num. 19. Deciſ. Pedem. 129. num. 16.
6 In contrarium eſt veritas nempe † habentem titulum ab hærede ſine poſſeſſione
non eſſe legitimum contradictorem, quam tenent Bar. *& alii in l. filiam fratrib. ff.*
ad Trebell. Doct. hic precipue Dec. nu. 48. Zuchard. nu. 366. qui ſtatuit non impedire
ſummariamq; cognitionem, neque ei libellum offerendũ; loquitur tamen generaliter
de non poſſidente *Socin. conſ. 106. col. fin. verſ. 5. vol. 4. Felin. in c. veniens il ſecundo*
de Teſt. Dec. *conſ. 84. col. 2. & conſ. 218. col. 1.* vbi dicit hanc opinionem eſſe commu-
nem, *& conſ. 424. colum. 2 & 467. colum. 3.* Roland. *conſ. 1. numero 11. volum. 1.* vbi
7 dicit, † tria eſſe neceſſaria, vt quis ſit legitimus contradictor, vt poſſideat, vt bona
fide. Vt in continenti doceat de iure ſuo. *Gabriel. conſilio quadrageſimoſexto, nu-*
mer. 4. lib. 1. qui dicit titulum ſolum quandocumque, & quomodocumque habitum
non excludere, & loquitur etiam de titulo habito à defuncto, vel ab hærede, vt ex

ſuperioribus conſtat, ſequitur *Rota* apud *Statil. de Salu. interdicto deciſ. 44. num. 1.*

Probatur autem opportuna, vt opinor, ratione quamuis à nemine quẽ viderim allata, quia per mortem defuncti, qui rem poſſidebat nullum ius maius cõtradicẽdi eſt quæſitum ad dictã rem pretenſam quam haberet eo viuente non enim eſt factus illius aut hæres, aut legatarius, aut quid aliud per mortem contigit, vnde potuerit fieri melioris conditionis, ſi enim quid ſimile contigiſſet non veniret ſimpliciter ex titulo ab herede viuente Teſtatore obtento, ſed ex alio per mortem Teſtatoris queſito, vnde egrederemur terminos quæſtionis, At eo viuente non habet ius impediendi quemquam ab eius rei adipiſcenda poſſeſſione, ergo, nec eo mortuo.

Minor, quod eo viuente non haberet ius impediendi quẽquam ab eius rei adipi-
8 ſcenda poſſeſſione probatur † à ſufficienti partium enumeratione, *ad l. patre furioſo, ff. qui ſunt ſui, &c.* quia neque vt dominus, neque vt poſſeſſor, neque vt creditor
9 tale ius habere potuit. Non vt dominus quia † nunquam res ei fuit tradita, & ideo nec rei dominium translatum *ad l. traditionibus, ff. de acquir. rer. dom.* Non vt poſ-
10 ſeſſor, quia nunquã poſſeſſionẽ obtinuit, vt ſupponitur. Non vt creditor, quia † creditores non habent ius reale, vnde poſſeſſionẽ primario pretendere poſſint, ſed perſonale, de quo mediante actione perſonali iudicio ordinario eſt agendum, *§. omniũ vbi Doctor. Inſtit. de act. l. actionum genera, §. 1. & 2. ff. de act. & obligat. & in Auth. in princ. de iure iuran. à mor. praſt.*

11 Ad primum reſpondendum † non dolo facere hæredem petentẽ immiſſionem, quia nõ petit ab eo cui eſt reſtituturus, ſed ab alio, petit enim à poſsidente, Nihil facit eum alteri teneri, cum enim teneatur ad rem tradendam, nec tradere poſsit, niſi primo eam obtinuerit, iuſte videtur eam petere, vt poſsit tradere.

12 Ad ſecundum reſpondendum † aduerſus eum agentem competere exceptionẽ aduerſus quem poſsidentem competeret actio, ſi agens contra eum agat, cui cõpeteret actio, ſecus ſi contra alium. Et ratio eſt, primò quia cum reſpectu illius contra quem agit nulla aduerſus ſe competere poſſet actio, ideo neque aliqua exceptio competere poterit, ea enim eſt fundata, vt regula ſonat in actione, quæ competere
13 poſſet, vnde fundamento † ceſſante ipſam ceſſare neceſſe eſt, *c. cum ceſſante, extra de appell. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr.* Deinde quia in alio cui non eſſet competitura actio ceſſat æquitas ſuadens, ne eum cogat hæres ad ſoluẽdũ illud, quod ei ſtatim eſt reſtituturus *ad reg. dolo facit. ff. de reg. iur. & l. 2. ff. de dol. mal. except. cũ*
14 *vulg.* nõ. n. eum cogit, cui eſt reſtituturus, ſed aliũ, ex ſeparatis autẽ nõ infertur. *l. Papin. ff. de minor.* Tũ quia in eo nõ poteſt cadere exceptio aduerſus quẽ non intenta-
15 tur actio cum exceptio ſit actionis excluſio, † & cõparatæ ſint exceptiones defendẽdorum eorum gratia cum quibus agitur, *vt in princ. Inſtit. de except.* At non intentatur actio aduerſus habentem titulum ab hærede, ſed aduerſus, tertium poſseſſorem merito exceptio non poterit locum habere in habente titulũ ab hærede ſi non
16 poſsideat, & aduerſus illum non agatur † Poſtremo, quia exceptiones introductæ, vt excipienti conſulant, non vt eidẽ noceant, *l. 2. vbi DD. ff. de except.* hæc autẽ habenti titulũ ab hærede cũ is non poſsideat, ſed alius, nõ prodeſset, ergo fruſtra cõpetet. Minor probatur, nã ſi faciamus per talẽ exceptionem creditorẽ heredis, qui ab eo nẽpe titulũ obtinuerat eũ impedire, quominus rẽ conſequatur de qua agitur nullũ excipiens cõmodũ ſentiet, manebit. n. res penes eũ, penes quẽ antea erat, nihil autem quantũ ad cõmodum prætendentis attinet, intereſt an ab vno poſsideatur, an ab alio *ad l. cum idem. ff. de petit. hæred. & l. 15. à quo ff. de rei vend. & trad. à Bart. in l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. & ea quæ dixi infra artic. ſequen. in diſtinctione de qua in eo,* Quinimo ſuam faciet conditionem deteriorem, erit enim in cauſa, vt
17 res maneat penes eum contra quem nulla competit actio † cum enim ſolum titulum habens dicatur tantũmodo creditor non dominus *ad l. traditionib. ff. de pact.*
18 ideo † ſolum cõpetat perſonalis actio ex contractu proficiſcẽs, *§. omnium Inſtit. de actio.*

19 *act.* † hæc vero ſolum contra obligatum intentari poſſit, *d.§.omnium,l.actionum genera,ff.de oblig.& act.* inde ſequetur, vt contra poſſidentem fruſtra agat, quia nulla aduerſus eum competit actio, contra vero hæredem adhuc fruſtra, quia cum is rem non habeat eam tradere nequit eritque tutus exceptione facto creditoris, factum
20 quominus tradere poſſit, quia is impediuit, quominus rem conſequeretur † vnde damnum ſua culpa ſentiet, quod eſt illi imputandum, *c.damnum, de reg.iur.in 6.*
21 Ad tertium reſpondendum non eſſe circuitum inutilem, † vt iuris ordo ſeruetur poſtulantis, vt primo de poſſeſſorio agatur, deinde de petitorio, *l.ordinarij, C.de rei vendic. l.incerti, C.de interdictis, l.ſi de vi.ff.de iudic.* præcipuè quando incontinenti non apparet de veritate tituli ab hærede profecti, ita vt non ſit certum futurum, vt hæres reſtituat; ſecus ſi de tali veritate incontinenti appareret, vt in limit.vlt.

Fallit ſupradicta determinatio quando contradicens non ſolum titulum ab hærede, viuente teſtatore, obtinuit, verum etiam hypotecam, quia nēpe hæres, aut vendens, aut donans, aut alium titulum transferens rem de qua agitur poſſideret, & pro faciliori, & efficaciori contractus executione eam hypotecauerit tunc enim, quia ei
22 competit † Saluianum interdictum cuius vi rei hypotecatæ poſſeſſionem vindicare poteſt; conſequens eſt, vt eam vindicando hæredem excludat iuxta terminos expli-
23 catos ſupra in 2.quæſt.num.283. † cum duo in ſolidum eam conſequi nequeant poſſeſſionem, vt millies decantatum, *l.ſi vt certo,§ ſi duob.vehiculum,ff.commodati,l.2. ff.de precario,l.3.§ ex contrario,ff.de acquir.poſſeſſ.* quod autem ei competat Saluianum interdictum, probatur quia hypotheca eſt mater Saluiani, vt vbicumq; interuenerit hypotheca datur Saluianum ſaltem vtile *Rota in nouiſſ. deciſ. 34. num. 27. par. 1.* & ſæpius fuiſſe reſolutum teſtatur *eadem deciſ.44. nu.4. par.1. Contard.ad l. vnicam, C.ſi de moment.poſſeſſ.limit. 14.n.14. Corn.conſ.190.nu.2.vol.1. Natt.conſ. 474.nu.34. Neguſ.de pignor.7.memb.par.8.nu. 19. Rol.cōſ.14.nu.13.vol.1. Menoch. de adipiſc.remed.3. num.167. Rota in vna Fauentina legati 24. Nouemb.1589. coram Cardinali Pamphilio, & in vna Romana, ſeu Forolinien. de Theodolis 15. Martij 1602. coram Penia*, quod etiam procedit in hypotheca tacita, vt fuit dictum in *vna Romana Vineæ 26. Iunij 1598. coram Cardinali Seraphino*, ſufficitque rem ab hypothecante fuiſſe poſſeſſam, vel tempore contractus, vel poſtea quandocumque *ad trad.per Bertrand.conſ.484.nu.2. & conſ.449.& conſ.458.num.1.vol.4. Put.deciſ.207.par.1. Roland.conſ.14.vol.1. Honded.conſ.17.num.7.& 8.vol.2. Surd.conſ. 513.nu.18. Rota in nouiſſ.deciſ.34. par.2.num.24.*
25 Fallit † ſi in continenti clare, & aperte de huiuſmodi titulo appareat perinde eſt enim, ac ſi etiam appareret de dominio eius à quo contradicens titulum obtinuit, non enim exceptionem dominij videtur hæres allegare poſſe, quia ſuam turpitudinem allegaret; tanto magis, quia cum ſe hæredem profiteatur neceſſario profiteretur dominium, *§.etiam extraneus, Inſtit.de hered.qualit.& differ.* hinc fit, vt dicatur incontinenti de petitorio apparere, ideo non ſit de poſſeſſorio agendum, vt latè dixi *infra in tertio articulo huius quæſtionis, num.81.*

SVMMARIVM Secundi Articuli.

26 *Iure dantis reſoluto, reſoluitur ius accipientis, & iure vendentis reſoluto, reſoluitur & ius ementis.*
27 *Ius nullum habens nullum transfert.*
28 *Nemo dat quod non habet.*
29 *Vendens rem non ſuam tenetur in eo quod intereſt hoc idem in locante.*
30 *Qui poteſt poſſeſſionem propria auctoritate ingredi poteſt quemcumq; alium ab ea obtinenda impedire.*
31 *Poſſeſſores plures eiuſdem rei non dātur inſolidum.*
32 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

Titu-

33 *Titulum habens poſſeſſionem rei vacantis propria auctoritate ingredi poteſt. Declara, vt nu. 49.*

34 *Morte poßidentis poſſeſſio ſoluitur.*

35 *Conditio iniqua non eſt vni per alium inferenda.*

36 *Titulum habentis intereſt poſſeßionem manere vacantem, vt facilius eum conſequatur. Declara, vt num. 51.*

37 *Contradictor legitimus non eſt qui ſolum titulum habet. Declara, vt infra num. 66.*

Fallit, vt num. 67.

38 *Conceſſum vno caſu altero denegatur.*

39 *Titulus ſolus non præſtat intereſſe ad reuocandam tenutam.*

40 *Facta multa tenent, quæ facienda non tenerent.*

41 *Iuſte fit, & legitime, quod ſine aliena iniuria fit, aut damno.*

42 *Actio omnis ceſſat vbi ceſſat omne intereße.*

43 *Exceptio, tua non intereſt, eſt litis finitæ.*

44 *Titulum ſolum habens nec poſſeſſionem habet, nec dominium.*

45 *Contractus, vel quaſi pariunt obligationem non dominium.*

45 *Actio ex contractu eſt perſonalis, neque tranſit de vno in alium.*

47 *Venditor re vendita non vero tradita non minus eſt dominus, quàm ante venditionem.*

48 *Et ſi iterum vendat ſuſtinetur ſecunda venditio, & tradens ſecundo emptori facit eum dominum.*

50 *Hæres per ſolam adiectionem hæreditatis fit dominus rerum hæreditariarum, & eas à quocumque poſſeſſore recuperare poteſt.*

52 *Iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur.*

53 *Ius ſuum nemini eſt tollendum, quod intellige quantum ad ius quæſitũ, & actu competens non vero quantum ad quærendum, & potentiam.*

54 *Gemmam in littore maris ſuam facit quis occupando.*

55 *Contradictio in iure non eſt admittenda.*

56 *Poſſeſſio, an, & quando vni deneganda, vel non ne ea conceſſa alterum fiat eius acquiſitio difficilior.*

57 *Poſſeßio plena quamuis plures eam prætendant priori eam vendicanti concedi poteſt.*

58 *Poſſeſſio vacans, quæ ob facti ambiguitatem dubia eſt ad quem ex pluribus ſpectet, cuius cognitio pendet à futura indagine non eſt vni concedenda, ne alterius conditio fiat deterior.*

59 *Poſſeßio ob rei naturam vacans, quæ eadem potentia ad plures ſpectare poteſt primo occupanti conceditur.*

60 *Poſſeſſio vacans quæ ad vnum ſpectat potentia proxima, ad alium remota, ei eſt concedenda ad quem ſpectat potentia proxima.*

61 *Poſſeſſor quilibet eſt in ſua poſſeßione manutenendus.*

62 *Sequeſtratio regulariter eſt prohibita*

63 *Fallit in nonnullis caſibus.*

64 *Sufficit tamen dicere, hic caſus non eſt de illis.*

65 *Sequeſtro non eſt locus, quando conſtat de bono iure prætendentis poſſeßionem ab vna parte.*

68 *Hæres non probans ea, quæ in iudicio legis noſtræ ad obtinendum ſunt neceſſaria ex officio Iudicis repellitur.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando contradictor titulum, viuente teſtatore, obtinuit à tertio.

PRo faciliori diſtinctione animaduertendum, Aut allegat ſe titulum habere à ter
tio non domino, & certum eſt non eſſe contradictorem; quamuis enim tertius
illi teneatur, puta qui vendidit rem alienam, nullum tamen ius in re quæſitum, vnde
poſſeſſio prætendi poſſit, nullum enim ius vendens habebat, quod transferre poſſet,
26 quemadmodum enim reſoluto † iure dantis reſoluitur ius accipientis, & reſoluto
iure vendentis, reſoluitur ius ementis, *l. lex quæ vectig ff. de pign. Bal. Salic. & Caſtr.*
in l. in prouinciali, C. de ſeruit. & aqua, Bald. in l. 2. nu. 17. C. de reſcind. věd. vbi Sa-
lic. & alij præcipuè Pinell. in 2. par. c. 3. nu. 11. in fin. vbi multos allegat Corb. de cauſa
27 *priuat. ob non ſolut. Canon. ampliat.* 34. ita, & multo magis ſi † nullum ius habeat ab
28 initio nullum transfert *ad l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* nemo
enim dat quod non habet, *c. nuper de dona. inter virũ, & vxorem; c. nemo de reg. iur.*
29 *in 6. l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. l. traditio, ff. de acquir. rer. domin.* † hinc fit, vt
ſuccedat obligatio ad id, quod intereſt, *l. 1. vbi Doctor. ff. de act. & empt. l. ſi quis do-*
mum, §. 1. ff. locat. quæ licet loquatur, in locatione, habet etiam locum in venditione
ſecundum *Cyn. in l. 1. C. ſi pignus pign. dat. Molin. de primog. hiſpan. lib. 1. c. 21. num.*
10. & 12. Teſtatori autem, aut hæredi hoc nihil officere poteſt cum res inter alios
acta tertio nocere nequeat toto titulo rem inter alios actam &c.

Aut allegat titulum ſe habere à vero domino, & res paulo, obſcurior, ideo ad
partes examinanda.

Videtur igitur primo aſpectu affirmatiuè reſpondendum.

30 Primò, quia † qui poteſt poſſeſſionem propria auctoritate ingredi neceſſario vi-
detur poſſe quemcumque alium ab ea obtinenda impedire, cum enim non poſſint
31 † plures dari poſſeſſores eiuſdem rei inſolidum, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum*
ff. commodati l. duo ff. de precario l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſeſ. conſequens eſt
vt incluſio vnius ſit excluſio alterius *l. Prætor ait ff. de iudic. l. tribus. §. ſi. ff. de teſta-*
men. milit. At titulum à Domino habens; poteſt poſſeſſionem bonorum in quæ ti-
tulum habet propria auctoritate ingredi, ergo quemcumque alium, & per conſe-
33 quens hæredem ab ea obtinenda poterit impedire, Minor probatur, quia † titulum
habens poſſeſſionẽ rei vacantis propria auctoritate ingredi poteſt, *vt notauit Bald.*
hic, & Bar. in l. cum ſolus, ff. de vſucap. Goz. ad. conſ. 93. nu. 2. Gallianl. in l. Centurio,
nu. 105. ff. de vulgar. Menoch. qui hos allegat de adipiſc. rem. 4. nu. 183. plures in hãc
ſententiam allegaui *inf. q. 7. nu. 50. 55.* At ſumus in habente titulum, & rebus vacã-
tibus, nondum enim hæredem immiſſum ſupponimus, vnde certum cum non poſſi-
34 dere idem de teſtatore aſſerendum, † quia morte eius poſſeſſio ſoluta *ad §. deinceps,*
in Auth. de nupt. vnde conſequens eſt poſſeſſionem eſſe vacantem, ergo habens ti-
tulum a domino talium rerum poſſeſſionem poterit ingredi.

35 Secundo † vni per alium non eſt inferenda iniqua conditio, *c. vni per alium, ff. de*
reg. iur. cum vulgar. At ſi hæres immitteretur non obſtante titulo in contrarium
36 oppoſito fieret deterior conditio habentis titulum cuius intereſt † poſſeſſionem
manere vacantem, cum facilius eam ſic conſequi poſſit, quam poſtquam fuerit oc-
cupata *ad tradita per Bartol. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, colum. 2. ff. de re iudic.*
cum quo alij tranſeunt, vt per Iaſon. ibi nu. 8. Imol. in l. à ſententia, col. 3. ff. de appell.
& dixi ſup. q. 2. nu. 116. igitur dato contradicente qui titulum opponat non erit cõ-
cedenda immiſſio, & per conſequens legitimus erit contradictor, & ita motus hoc
argumento tenet *Zuchar. hic nu. 380.* quando poſſeſſio eſt vacans, quod vltra alios
profitetur animaduertiſſe licet male, vt in ſolutione videbimus.

37 In contrarium eſt veritas, † habens enim ſolum titulum non eſt legitimus con-
tradictor, *ita tenet Dec hic num.40. Zuchard.num.367.& 378. Gabr. dicto conſ.46.
num.4. lib.1.*

Probatur autem, Primo per tex. noſtrum, qui dat immiſſionem in omnia bona
non legitimè ab alio detenta, At quando non poſſidet, licet titulum habeat bona
ſunt huiuſmodi, nempe non legitimè ab alio detenta, igitur aduerſario non poſſi-
dente licet titulum habeat datur immiſſio, & per conſequens talem titulum habens
non eſt legitimus contradictor ad impediendam, aut retardandam immiſſionem.

Secundo facit idem textus paulo inferius, ibi, ſiue qui miſſus eſt, ſiue qui antea
detinens contradicendum putauit, vbi admittitur de potioritate iurium tractari
inter hæredem, & aduerſarium quando detinebat, non vero inter hæredem, & eum
quando non detinebat; ideo non poſſidens, ſeu non detinens non poteſt prætende-
38 re, vt ſecum de potioritate iurium agatur, & ita nullo modo eſt contradictor † quod
enim vno caſu conceditur, & ita in caſu quo detinet altero denegatur, nempe in eo
caſu, quo non detinet, *l.ſtatu liberum, §. Stichum, ff.de leg.2. plures citat Dec.conſ.
32.nu.1.* facit vulgatiſſima regula incluſio vnius eſt alterius excluſio, *l.pretor, ff.de
iudic.l.tribunus, §.finali, ff de teſtam milit. vbi Bald. & Cuman.*

Tertio ex mente *Dec.hic nu.40.* probatur ex dicto *Bald.in l.manifeſtiſſimi, col.1.
39 ſup.de furt.* qui vult † quod ſolus titulus non præſtet iuſtum intereſſe ad reuocandã
tenutam, ergo arguit *Dec.* neque ad impediendam immiſſionem. Quod argumen-
40 tum, licet ei reſpondeat Zuccard. non tenere conſequentiam, quia † multa facta te-
nent, quæ facienda non tenerent, *l.patre furioſo, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iu-
ris*, eſt valde probabile, ſi enim ſolus titulus non præſtat intereſſe ad reuocandam
tenutam conſtat leuiſſimi põderis eſſe, cum enim nõ ſolum non ſit cuiquam iniuria
inferenda, aut damnum, ſed etiam illata reuocanda, conſtat ſi non reuocatur non
41 feciſſe iniuriam, aut damnum, ideo nihil impedire quominus fiat, † quod enim ſine
aliena fit iniuria, aut damno, iuſte fit, & legitime.

Quarto, qui nõ habet neque dominium, neque poſſeſſionem, neminem à poſſeſ-
ſione obtinenda impedire poteſt, At habens ſolum titulum non habet, neque do-
minium, neque poſſeſſionem, ergo neminem à poſſeſſione obtinenda impedire po-
teſt, & ſic aduerſus aliquem non erit legitimus contradictor, Maior probatur, quia
non habentis neque dominium, neq; poſſeſſionem non intereſt rem in alium tran-
42 ſire † ideo ceſſat omnis actio, *l.1.in princ. ff.quorum appellat. non recip.* hinc oritur
43 † exceptio tua non intereſt, quam appellant litis finitæ, *l.loci corpus, §.competit,
ff.ſi ſeruit.vendic.l.poſthumum, §.ſi quis ex his, ff.de inoff.teſtam. Dec.conſ.312.nu.
4.& 5.Cranet.cõſ.182.nu.8.* nihil facit ſi dicamus eius intereſſe, vt poſſeſſio maneat
vacans, quia facilius eam conſequi poterit, vt ſupra in ſecundo argumento huic
44 enim dubitationi occurremus in ſolutione contrariorũ. † Minor autem, quod ſolũ
habens titulum, non habeat neque dominium, neque poſſeſſionem probatur, primo
per *l traditionib. ff.de acquir. rer. domin.* ſecundo, quia non poteſt habere titulum
45 niſi ex contractu, vel quaſi, † ex his autem oritur obligatio tantum, non dominium,
l.1. ff.de act.& oblig.§.ſequens, Inſt.de oblig. & per conſequens ſola actio perſona-
46 lis, *l.actionum genera, ff.de act.& oblig.§.omnium, Inſtit.de act.* † quæ actio tantum-
modo perſonam reſpicit, & in eam intenditur, neque per tranſitum rei de vno in
alium poteſt mutari, ſed ita oſſibus contrahentis obligati inhæret, vt in alium num-
quam intentari queat, vtcumque res ad eum peruenit, cuius gratia contractus cele-
bratur, & obligatio orta, vt tradunt Doctores omnes *in d. l. actionum genera, & in
47 d.§.omnium, Inſtit.de act.* hinc fit, vt ſi ex titulo emptionis res alicui debeatur † ven-
ditor poſt venditionem ſit rei venditæ dominus non minus, ac ante, niſi per tradi-
48 tionem rem in emptorem tranſtulerit *ad l.traditionib. ff.de acquir. rer. domin.* † & ſi
iterum vendat, ſecunda venditio ſuſtinetur, ita vt ſi ſecundo emptori tradat, faciat

cum

cum dominum,& primus excludatur, *l. quoties, & ibi notat. C. de rei vendicat. l. ſiue*
autem, §. ſi duobus, ff. de public. in rem action. & ibi Bart. Bald. conſil. 414. circa fin.
lib. 1. & conſ. 36. verſ. item eſt præmittendum circa med. lib. 1. Ang. conſ. 167. in fine,
Ruin. conſ. 157. nu. 6. lib. 4. Socin. iun. conſ. 76. nu. 70. lib. 1. Anton. Gabriel. in ſuis con-
cluſ. tit. de empt. & vendit. concl. 2. in princ. Honded. conſ. 52. nu. 12. vol. 1.
49 Ad primum reſpondetur † habentem titulum non indiſtincte poſſeſſionem vacā-
tem occupare poſſe,ſed ſi ſolus ad dictam poſſeſſionem veniat, ſecus ſi cum alio cō-
currat,tunc enim ſi non habeat potiora iura non poteſt talem poſſeſſionem ingredi,
alioqui potior in iure excluderetur, quod ridiculum. At in re noſtra concurrit cum
hærede, qui,& ipſe poſſeſſionem vacantem prætendit hæres vero habet potiora iu-
50 ra,cum non ſolum habeat titulum nempe hæredis, verum ius reale,† & dominium,
vt hæres illud enim acquiritur per ſolam aditionem hæreditatis, §. *pro hæredes, In-*
ſtit. de hæred. qualit. & differen. l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. Vnde res hæredita-
rias a quocumque tertio poſſeſſore detentas recuperare poteſt; Secus in habente
titulum inter viuos, qui ſolum contra ſuum auctorem actionem perſonalem inten-
tare poteſt,vt ſupra dictum.
51 Ad ſecundum reſpondendum † non intereſſe habentis titulum ſolum, vt poſſeſ-
ſio non maneat vacans,ſiquidem vtcumque ab alio obtineatur manet integrum ius
illi competens,nimirum actio perſonalis qua contra ſuum auctorem experiri poteſt
re ad quemcumque tranſlata, ſemperque conſequitur quanti ſua intereſt rem non
fuiſſe traditam, vt de emptione dictum per *l. 1. ff. de act. empt.* præterea non dicitur
52 inferre iniquam conditionem alteri, qui non aufert ius illi quæſitum † ſed tantum
iure ſuo vtitur,nemini enim dicitur iniuriam facere, *l. quod reipublicæ, l. iniuria, ff.*
de iniur. Cagnol. in l. nemo damnum, num. 2. ff. de reg. iur. vtitur autem iure ſuo dum
proſequitur,vt hæres poſſeſſionem earum rerum quas defunctus poſſidebat, neque
aufert ius aduerſario, cum is in eadem conditione maneat in qua erat cum primum
titulum obtinuiſſet etiam ante mortem teſtatoris,ob cuius mortem ſuam conditio-
nem non fieri meliorem non eſt abſurdum dummodo maneat in eo ſtatu, in quo
erat viuente teſtatore;Si autem poſſet impedire immiſſionem,non ſolum non fieret
deterior,ſed melior, non dicitur autem iniqua inferri conditio quando non fit me-
lior eo, quod aduerſarius ſuo iure vtatur.
Secundo, vt aperte quid ſentio dicam, futilis admodum eſt prædicta ratiocina-
53 tio;propoſitio enim nemini † ius ſuum eſſe auferendum,neque iniquam conditio-
nem alteri inferendam,intelligenda ſunt quantum ad ius quæſitum, & actu vni ſoli
competens,ſecus in non quæſito actum,ſed potentia competens,& non vni,ſed plu
ribus,& ita vniuerſaliter,tunc enim primus eorum, quibus potentia tale ius compe-
tit illud redigendo ad actum in ſui fauorem alijs præiudicare poteſt. Exemplū quis
occupando feram, belluam, gemmam in littore maris, rem à domino pro derelicto
habitam, eſt in cauſa, vt nullus imposterum eam occupando, dominium conſequi
54 poſſit,ſuam enim fecit,† cum tamen antequam is occuparet,poſſit quilibet occupā-
do ſuam facere, *§. feræ, § item lapilli, § hoc amplius, Inſtit. de rer. diui.* Ridiculum
tamen eſſet dicere primum non poſſe eam occupare, quia facit conditionem alienā
deteriorem,cum efficiat, vt alij non amplius eam imposterum occupando dominiū
conſequi poſſint,ſic enim nullus occupare;aut dominium conſequi poſſet,vnde im-
55 plicaretur † manifeſta contradictio, ex eo enim, quod res ſingulorum fieri poteſt,
nullius vnquam fieri poſſet, quod abſonum, *l. vbi repugnant. ff. de reg. iur.* quod eo
magis verum quando res ad vnum ſpectat potentia proxima,ad alium vero remota,
vt in re noſtra in qua res dicitur ad hæredem potentia proxima ſpectare cum ei cō-
petat regulariter legis noſtræ beneficium pro bonis à teſtatore tempore mortis poſ-
ſeſſis,ad alium vero potentia remota, cum competat ei actio ex contractu primario
proprietatem reſpiciens,& ſecundario,& ſic mediate,& remote,poſſeſſionem nēpe
in

in conſequentiam proprietatis, redigens enim ad actum ſuam potẽtiam proximam nulli faciet iniuriam, maximè, quia ſi hæres non poſſet per immiſſionem reddere rẽ aduerſario difficilioris acquiſitionis, ita nec ille poterit occupando poſſeſſionem hæredi difficiliorem reddere acquiſitionem, vnde quia ambo rem conſequi poſſunt, nullus conſequi poſſet, quod repugnat, & ideo abſurdum *ad l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.* ceſſante igitur prædicta regula, ne hæc ſequantur abſurda, aſſerendum habentem titulum nullo modo impedire hæredem quominus immiſſionem *ex l.* noſtra conſequatur.

Ne vero videar parum conſtans cum prædictam regulam (vni non eſſe poſſeſſionem concedendam, ne alteri eam prætendenti reddatur difficilior eius conſecutio) modo approbauerim, modo reprobauerim operæ precium futurum arbitror, ſi breui diſtinctione eius veritatem, & falſitatem explicem, ſimulque eas contrarietates, quæ forte in meis dictis notari poſſent, ad conſonantiam redigam, quod vt facilius, & clarius contingat ſequenti tabella diſtinctionem complector.

56 Poſſeſſio † de qua cõceden da vel nõ concedẽda dubitatur, ne ea vni cõceſſa alteri fiat eius acquiſitio difficilior conſiderari poteſt, vel

- Plena, † & tunc quamuis plures eam prætendant nihil prohibet quin priori eam vindicanti concedatur alterius enim prætendentis conditio non ſit deterior cum parum differat vtrum penes vnum ſit, vel alium, ita procedit *text. in l. cum idem, ff. de petit. hæred. in l. is à quo, ff. de rei vendicat. de quibus ſupra, q. 2. num.* 108. 57
- Vacans
  - Poteſt ad vtrumque ſpectare quod contingit.
    - Ob facti † ambiguitatem cuius cognitio pendet à futura indagine, & non eſt concedenda vni me reddatur deterior alterius prętendentis conditio, qui difficilius eam conſequetur, ita procedit doctrina *Bart. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper reb. ff. de re iud. & aliorum, de quibus ſupra in hoc art. arg.* 2. & in *q. 2. nu.* 108. & in his terminis, quia nullus poſſidet, & neutri eſt concedenda poſſeſſio ob facti ambiguitatem, ſequeſtro eſt locus *ad Lancellot. de attentat. par. 3. q. 19. in fin. & Rotam coram Cardinali Seraphino, deciſ.* 1403. 58
    - Ob rei † naturam, quæ eadem potentia æque ad vtrumque ſpectare poſſet, & nihil prohibet, quin primo concedatur, ita procedit *tex. in §. fere, in §. item lapilli, in §. hoc amplius, Inſtit. de rer. diuiſ.* 59
  - Ad † vnum ſpectat potentia proxima, ad alium remota, 60

quia primo competit via exequutiua poſteriori ordinaria, & nihil prohibet, quin immittatur is cui competit via exequutiua eo interim à poſſeſſione excluſo cui cõpetit via ordinaria, & ratio eſt, quia ſi prior immittatur, remanet alter in ea conditione in qua primo erat, adhuc enim ei competit via ordinaria ad rem obtinendam ſi bonum ius foueat, quod ſi contra poſterior immitteretur, alter amittet ſuam viã

61 exequutiuam, data iam poſſeſſione à Iudice immiſſus † in ſua eſſet poſſeſſione manutenendus, *l. iuſte poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ.* & ita vni per alium iniqua inferretur conditio contra *c. vni per alium, ff. de reg. iur.* Neque dicatur ſequeſtro vtrique

62 conſuli, nam obſtat regula † ſequeſtrationem regulariter eſſe prohibitam, *l. vnica, C. de prohib. ſequeſtr. vbi gloſ. Bald. nu.* 2. *Curt. nu.* 7. *Salicet. num.* 4. *& alij Doct. c.* 2. *vbi gloſ. in verſ. ſequeſtrari, & ibi Abb. nu.* 7. *& ſeq. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. gloſſ.*

in l.

in l.ſi fideiuſſor, §.vlt. vbi Iaſ.num.27. ff qui ſatiſd.cogant. DD. in c.locupletari, de reg.iur.in 6. & in c. examinata de Iudic. Speculat. in tit. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. nu.1. Pariſ.conſ.41.nu.17.& ſeq.lib.1. Alciat.conſ.37.nu.8.lib.1. Iacob.de Arena in tract.de ſequeſtr.nu.21. Angel.eod.tract.nu.2.& 4. Curt.eod.tract.nu.6. Fallit in tra
63 *ctatu contract.cenſualium, in 5.diſput. nu.2.* † Et quamuis in nonnullis caſibus permittatur, qui enumeratur per *gloſſ. & DD.in d.c.2.de ſequeſtr.poſſeſſ. & fruct.* quibus additur vnus *ex clem.vnic.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.vbi Cardinalis Vitalis, & alij Veſtr.in praxi Romanæ Cur.lib.7.c.2.nu.1.* tamen hic caſus non reperitur expreſſus,
64 † & ideo ſufficit dicere hunc caſum non eſſe de illis, *arg.l.patre furioſo, ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. l.obligationum, §.placet, ff.de oblig. & act.* & in terminis ſequeſtri *Pariſ.d.conſ.41.nu.22.* Quod eo magis eſt aſſerendum, quia cauſa poſſeſſorij non eſt obſcura, vel, vt vocant, turbida, ita vt ſequeſtro opus ſit, ſed ſupponimus conſtare de poſſeſſione defuncti tempore mortis, de teſtamento non abolito quibus poſitis poſſeſſorio legis noſtræ remedio locum eſſe pro regula eſt traditum, vt clare
65 cantat textus noſter, † quando autem de bono iure poſſeſſionis prætenſæ ab vna parte conſtat, ſequeſtro non eſſe locum apud omnes eſt in confeſſo, *ad Bald.in l.quidã exiſtimauerunt, in fin. & ibi Iaſ.nu.4.verſ.iſtud vltimum limitat, ff ſi cert.pet. idem Bald.in l.vnica ſub num.3.verſ. & alia eſt, C.de prohibit. ſequeſtr. Dec.in l.noſtra, nu.7. Curt.ſen.conſ.60.per tot. Marſil.ſing.543. maleficijs, nu.3. Capic.deciſ.96. nu. 11. Ploti.in tract.de in litem iurando, §.3.nu.47. Menoch.de retinen.rem.vlt.nu.45. & fuit dictum in Bobien.iurispatronatus 12. Ianuarij 1590. coram Reuerendiſſ. Decano, & Auguſtana hoſpitalis 21. Februarij 1611. coram R.P.D.Vbaldo.*

66 Declaranda determinatio præſentis articuli, vt non habeat locum, † quando vna cum titulo quis obtinuit etiam hypothecam omnium bonorum eius à quo titulum obtinuit, is vero tunc poſſideret rem de qua agitur, vel aliquo tempore poſtea poſſederit, deinde ad manus teſtatoris deuenerit, cum enim tunc competat interdictum Saluianum pro poſſeſſione obtinenda iuxta ea, quæ in ſuperiori articulo limitatione vltima propoſita ſunt eo mediante excludit hæredem ab eius poſſeſſione, videantur dicta in prædicta limitatione omnia enim eodem modo ad hunc locum conferunt.

67 Fallit ſupradicta determinatio, quando † is, qui à defuncto titulum obtinuit allegaret quid excluſiuum iuris hæredis præcedentis immiſſionem, puta teſtatorem tempore mortis non poſſediſſe, vel teſtamentum abolitum, & cancellatum in aliqua parte ſubſtantiali, in hac enim ſpecie, quia oſtendent ea deficere, quæ ſunt de intentione hæredis prætendentis immiſſionem; ſine quibus eam conſequi nequit eſ-
68 ſet in cauſa, vt talis immiſſio denegaretur ob defectum iurium hæredis, † qui non probans ea, quæ ſunt neceſſaria ad obtinendum ex officio à Iudice repelleretur, *cap. 1. extra de offic. Vicar. vbi Innocent. facit cap. examinata de Iudicijs, l. res alienas, C.de rei vendicat. Ancharan. conſil. 297. num. 6. faciunt dicta Bartoli hic ſub num. 31.* ibi non eſſet mittendus, non propter contradictionem aduerſarij tantum, ſed quia hæres non probat illud, quod eſt cauſa ſuæ intentionis, faciunt dicta *Bald.conſil.143.lib.3. & conſ.700. eod. lib. vt refert, & ſequitur Dec. hic num.40. verſ. ſecundo limita dixi ſupra in ſecunda quæſtione, num.143.*

SVMMARIVM tertij Articuli.

69 *Titulum à teſtatore habens propria auctoritate bonorum poſſeſſionem capere poteſt.*

70 *Poſſeſſionem qui à poſſidente poteſt auferre, multo magis eum impedit ab eius conſequutione. Declara, vt num.76. & 78.*

Facta

71 *Facta difficilius, reuocantur, quam fienda impediantur.*

72 *Titulum habens à defuncto poſſeſſionem ab illius hærede auferre poteſt, intentando actionem ſibi ex eodem titulo cōpetētē. Declara vt nu.77.*

73 *Actiones non minus aduerſus hæredē cōpetunt, quā aduerſus defunctū.*

74 *Contradictor legitimus non eſt, qui viuente teſtatore ſolum titulum ab eodem obtinuit.*

Fallit, vt num.80.

75 *Libellus edi ſolet, vt deliberet reus, an cedere, an contendere velit.*

79 *Poſſeſſorium prius terminādum quā petitorium.*

81 *Poſſeſſorium non eſt examinandum, vbi conſtat de petitorio.*

82 *Contradictor eſt legitimus, qui poteſt dicere, hodie conſtat, hodie agatur.*

83 *Titulum, & dominium ſui actoris probans habet ius potentius, quam probans ſolum titulū hæreditariū.*

84 *Probatio nulla eſt maior, quam partis confeſſio.*

85 *Confeſſio admittitur aduerſus præſumptionem iuris; & de iure licet nulla alia admittatur probatio.*

86 *Hæres nullum maius ius conſequitur quam defunctus haberet.*

87 *Inſtrumenta clara & aperta faciunt probationem euidentem, & manifeſtam.*

88 *Fallit ſi inſtrumenta aliquas oppoſitiones, vel exceptiones patiantur.*

89 *Altam indaginem requirentia non admittuntur in hoc iudicio ad ſuſpendendum poſſeſſorium.*

90 *Remedium legis noſtræ competit pro rebus penes defunctum depoſitis, vel commodatis. Declara, vt num. 91.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando titulum viuente teſtatore, ab eo obtinuit.

Videtur primo aſpectu dicendum eſſe legitimum contradictorem, non ſolū per rationes in ſuperiori articulo allatas, quæ à multo magis in hoc quoq; dubiū facerent, & potiſſimum per priorem, cum non ſolum hic cadat regula vniuerſalis, habentem titulum propria auctoritate bonorum poſſeſſionem capere poſſe verum
69 etiam particularis, habentem † titulum à teſtatore eodem modo, & multo facilius capere poſſe ad *Bar. in l.cum ſolus, ad fin.ff.de vſucap. Bal. hic nu.13 idem in l.iudicia col.1.C.de rei vendicat. Salicet. hic col.6.verſic.tertio caſu, Roman. conſ.312. in princip. Angel. Aret. in §.ſed iſte, col.pen.verſic.quaro, an agens, Inſtit. de actio. Menoch. qui hos refert dicto rem.4.num.589.* quos tamen conſulto, ommitto, cum iam allatæ ſolutiones hoc etiam in loco opportune occurrant, vt ſtudioſus lector per ſe poterit animaduertere. Verum etiam infraſcriptis rationibus.
70 Primo, Quia qui † poſſeſſionem á poſſidente poteſt auferre, multo magis impe-
71 dire quominus eam ab initio conſequatur † difficilius enim facta reuocantur, quam fienda impediantur vulgata, *l.patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.iur. l.non dubium, C.de legibus, l.fundum de fundo, l.finali, ff. vnde liberi, l.fin. §.penult. C.de donat. ante nupt. cap. ad Apoſtolicam, de reg. cap. quemadmodum, de iure iurand.*
72 *cap. biduum 2. quæſtione 6.* At † qui titulum habet á defuncto poſſeſſionem ab illius hærede auferre poteſt intentando actionem ſibi ex titulo competentem, puta ex empto ſi rem emerit, *lege prima, §. finali, ff. de contrahenda emptione,* ex donato ſi res fuerit donata, *l. ſi quis argentum, §. finali, C. de donation.*

l. cum

73 *l.cum quis ff.de donat.§. alia autem, Inſtit.eod.*† non minus enim aduerſus hæredẽ
competunt huiuſmodi actiones, quam aduerſus defunctum competere potuiſſent
ſiquidem omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ, commoda, & incommoda in hæredem
tranſeunt, *l.1.l.3.ff.de bon. poſſeſſ.l.nihil eſt aliud, l.hereditatis appellatione, ff.de
verb.ſignific.§.non autem, Inſtit. de perpet.& tempor. action,* Potuit igitur impedire
quominus talem poſſeſſionem conſequantur.

Secundo, quia ita tenet *Bero.conſ.60. nu.3.& 4.lib.2.*

74 In contrarium † eſt opinio *Bart.hic nu.21.verſ.primo caſu*, & clarius *Curt.iun.
num.70.Zuccard.nu.367.qui litteram Bartoli corruptam emendarunt, & Menoch.
de adipiſc.remed.4.num.557.*

Probatur primo quia cum iſte non poſſideat, nihil ab eo petitur, ideo nihil exci-
pere poteſt, nec impedire ſummariam cognitionem, & inſtare, vt ſibi libellus exhi-
beatur, cum enim nihil ab eo petatur, non eſt quod deliberet, an cedere, an conten-
75 dere velit, cuius rei gratia ſolet libellus exhiberi, *l.1.ff.de eden.vbi Doctor,* hinc † ne-
que ſuſpendere ſententiam poterit, donec ſecum de iure ſuo agatur, quia nullum
ius poſſeſſorium habet, quicquid enim prætendere poteſt ad petitorium ſpectat.

Secundo faciunt rationes in ſuperiori articulo pro negatiua allatæ, quæ optime
huc transferri poſſunt.

76 Ad primum reſpondetur quantum ad maiorem attinet † qui poſſidenti poſſeſſio-
nem auferre poteſt, multo facilius impedire quominus eam conſequatur, ſi cætera
ſunt paria, hoc eſt quando æque in vtroq; caſu habilia concurrunt, at in re noſtra, cę
tera non ſunt paria ſiquidem quando poſſidet hæres concurrunt ex parte habentis
titulum omnia habilia pro actione ex titulo à defuncto obtento aduerſus illum in-
tentanda; Verum antequam poſſideat, nõ concurrunt habilia ad impediendam poſ-
ſeſſionis acquiſitionem, illud enim deficit, quod inter cætera eſt præcipuum, vt vo-
lens impedire acquirentem ex lege noſtra poſſideat, vt ſæpius eſt repetitum.

77 Secundo reſpondendum vtriq; propoſitioni, minori quidem † habentem titulũ
à defuncto ab eius hærede poſſeſſionem auferre poſſe, non ſimpliciter neq; iudicio
poſſeſſorio, quo caſu procederet maior, vt multo facilius eum à poſſeſſione obtinen-
da impedire poſſet; ſed in conſequentiam proprietatis, & mediante petitorio ſolum
.n. competunt perſonales actiones non remedia poſſeſſoria dicta, *l.1.§.fin.ff.de con-
trah.empt.l.ſi quis argentum,§.fin.C.de donat.iuncto §.omnium, Inſtit.de action.* ſe-
78 cundum quas ordinariè petitorio agendum nemo eſt qui dubitet. Maiori vero, † eũ
qui poteſt poſſeſſionem auferre, poſſe impedire alterius acquiſitionem, ſi eodem iu-
re auferre poſſit, quo alter acquirit, puta ſi poſſeſſorio mediante acquirat poſſeſſorio
quoq; auferre is poſſit, & ſi aliquod interdictum ad acquirendum competat vi alte-
rius interdicti auferri poſſit ſecus ſi poſſit auferri tantum mediante petitorio, cũ al-
ter poſſit obtinere mediante poſſeſſorio, vt in caſu noſtro contingit, vbi hæredi cõ-
petit poſſeſſorium acquirendæ ex legis noſtræ beneficio. Probatur autem hæc diſtin
79 ctio optima ratione, quia † poſſeſſorium regulariter primo terminandũ mox petito-
rium, *l.ordinarij iuris, C.de iudic.cum vulg.* vnde ſi vnus prætendat mediante peti-
torio, alter mediante poſſeſſorio, præfertur intentans poſſeſſoriũ, deinde ei conceſſa
poſſeſſione petitorium aduerſus eum intẽtatur, *d.l.ordinarij, C.de iudic.vbi Doctor.*

80 Fallit ſupradicta determinatio † quando conſtat de dominio aperto eius à quo
contradictor titulum obtinuit, vel quaſi dominio, & plane titulus congruus eſt pro-
81 batus, vel incontinenti probandus, tunc.n. † quia de petitorio apparet, nõ eſt diſpu-
tandum ſuper poſſeſſione, *c.cum dilectus, & ibi not. Abb.de cauſ.poſſeſſ.& propr. Soc.
82 conſ.82.nu.2.vol.1.*† nã qñ quis poteſt dicere hodie cõſtat, hodie agatur, legitimus
dr̃ contradictor ad impediendam immiſſionem, & alibi ẽt diximus ex doctrin. *Andr.
de Iſern. Prepoſ. Alex. Martin. Laud. Aluar. in c.1, §.inter filiã, ſi de feud fuer. cõtr.
in vſib. feudor. Gozad.conſ.5.nu.2. Natta conſ.511.col.2. & 3. Iaſ.conſ.138.col.fin.*

vol.4. & conſ.152.col.2. Anchar.conſ.146.col.2. & inter cæteras rationes hæc limita-
tio ea potiſſimum, ratione probatur, quia habens ius potentius, quam habeat hæres
excludit eius poſſeſſorium, cum infirmiora excludantur à potentioribus; Probans
83 † vero dominium, vel quaſi ſui auctoris habet ius potentius, quam probans ſolum
titulum hæreditarium, & poſſeſſionem defuncti, & ita videtur arguere, *Caſtr. in l.*
noſtra. num.6. verſ. breuiter, quem refert Riminald. conſ.69. num.5.

Ex hactenus dictis ſatis perplexa conſurgit dubitatio, cuius explicationem nullo
modo omittendam decreui, ne Tironum animos turbare poſſit. Dubitatio eſt hæc.
Videtur dicendum titulo probato, vel incontinenti probando ſemper locũ eſſe con-
tradictioni, neq; vlla dominij, aut quaſi dominij probatione opus eſſe, Dominium
84 enim, vel quaſi ſemper videtur probatum nulla enim † probatio maioris eſt efficaciæ,
quam partis confeſſio *l. cum te, C. de tranſact. Bal. conſ.190. col.2. vol.2. Soc. conſ.24.*
nu.8. vol.3. Pariſ. conſ.121. col. antep. vol.1. vnde quamuis aduerſus præſumptionẽ
85 iuris, & de iure nulla alia admittatur probatio † admittitur tamen partis confeſſio,
Neuiz. conſ.27. nu.7. plurib. exornat Surd. conſ.60. nu.1. At hæres dum petit immiſ-
ſionem, ſemper videtur confiteri, quinimo profiteri ea bona, in quæ immiſſionem
prætendit fuiſſe in dominio, vel quaſi dominio defuncti; ſi n. id non profiteretur,
ſed contrarium admitteret, ex tali admiſſione conſtaret cum in petitorio nullum ius
habere reſpectu earum rerum, quas admitteret non fuiſſe in dominio, vel quaſi de-
functi cum certum ſit, ſi non fuere in dominio, vel quaſi defuncti, non poſſe tranſire
86 in dominium, vel quaſi hæredis † cum nullum maius ius in hæredem transferatur,
quam habuit defunctus, *l.3. ff. de bonor. poſſeſ. l. hæreditas, ff. de reg. iur. cum vulg. &*
latius probaui infra q. ſeq. num.2. Et per conſequens certum ſit talia bona in domi-
nio alterius eſſe, ideo neque poſſet immiſſionem obtinere, cum ceſſet poſſeſſorium,
vbi de petitorio conſtat, vt mox dixi, & ideo non poſſit in poſſeſſorio obtinere,
quem certum eſt in petitorio nullum ius habere poſſe, Si igitur confitetur hæres
dominium, vel quaſi defuncti conſequens eſt, vt ſola tituli probatio ſit neceſſaria,
ita vt habens, & probans ſuum titulum legitimus ſit contradictor, contra principa-
lem huius articuli determinationem. Reſpondeo primò non eſſe valde abſurdum,
vt ſolius tituli probatio ſit neceſſaria, dum tamen aperte admodum, & ſine aliqua
hæſitatione titulus probetur, puta inſtrumentis claris, & apertis, quæ nullam patian-
87 tur oppoſitionem, † talia enim inſtrumenta faciunt probationem probatam euiden-
tem, & manifeſtam, *Bart. Imol. Caſtr. Alex. & alij in l.1. in princ. ff. de nou. op. nunci.*
Dec. in c. licet cauſam, nu.13. ext. de probat. et conſ.36. nu.2. & conſ.423. nu.22. conſ.
448. nu.1. Alciat. in tract. de praeſumpt. reg.3. praeſump.13. num.8. Cephal. conſ.261.
nu.6. Senat. l. eidem. deciſ.72. num.4. ita vt ſupra firmata ſententia procedat quando
88 probatio tituli aliquo modo eſt dubia, puta quia fiat † per inſtrumenta, quæ aliquas
oppoſitiones, vel exceptiones patiantur, tunc enim rem non omnino claram effi-
ciunt, *Butr. in c. cum contingat, nu.3. de reſcrip. Imo in c. conſtitutus, ext. de fil. presb.*
Dec. conſ.474. nu.3. & in c. licet cauſam, nu.15. de prob. Socin. conſ.226. nu.4. Ruin.
conſ.128. vol.4. Sen. Ped. deciſ.129. nu.7. & ratio differentiæ eſt quia tunc per inter-
pretationes eundum; & à rebus in facto conſiſtentibus eorum declaratio pendet;
89 † quæ cum dicatur requirere altam indaginem non eſt in hoc iudicio admittenda,
neq; poteſt impedire, aut ſuſpendere, hoc poſſeſſorium, vt alibi etiam dixi, & plu-
rium auctoritate firmaui præcipue *Dec. conſ.424. & conſ.467. col. fin. Rolan. à Valle*
conſ.1. nu.72. vol.1. latius conſ.48. nu.40. vol.3. Rim. iun. conſ.69. nu.24.

Secundo reſponden. poſſe hæredem prætendere immiſſionem, etiam ſi non aſſe-
rat, & fateatur dominium defuncti, ſufficit enim eiuſdem poſſeſſio, vt ex tex. appa-
90 ret, & ſæpius probatum, vnde † conſtat pro rebus penes defunctum depoſitis, vel
commodatis legis noſtræ beneficium competere ad trad. *per Perſonat. de adipiſc.*
nu.103. Menoch. de adip. rem.4. nu.368. Perez. conſ.4. nu.52. lib.1.

Nihil

Nihil facit hæredem non habere ius in petitorio, & de hoc conſtare ex eius admiſſione, ſeu confeſſione, ideo poſſeſſorium ceſſare, vt ſupra, hoc enim verum quando iudicium agitur cum eo quem in poſſeſſorio bonum ius fouere conſtat, ſecus ſi
91 contra quemlibet alium iudicium poſſeſſorium exerceatur, † hinc ſi hæres pro rebus penes defunctum depoſitis contra non deponentem agat recte agit, & ita procedunt ſupra allat. auctores, ſi vero contra deponentem, non recte agit, neque immiſſionem obtinet, ita declarat *Peregr. d. conſ. 4. num. 38.*

SVMMARIVM quarti Articuli.

92 *Hæres vendendo bona hæreditaria, mortuo iam defuncto, videtur iura ſibi, vt hæredi competentia cedere. Declara, vt nu. 103.*

93 *Vendens rem hæreditariam, eodem momento dicitur hæreditati adire.*

94 *Circuitus inutiles euitandi.*

95 *Exceptio competit aduerſus eum agentem, contra quem poſſidentem competeret actio. Declara, vt numero 106. & 107.*

96 *Factum proprium nemo impugnare poteſt. Declara, vt nu. 111.*

97 *Contradictor legitimus non eſt, qui mortuo teſtatore titulum ab hærede obtinuit.*

98 *Tituli conceſſio importat perſonalem actionem non vero ius reale.*

99 *Vendens, aut donans, ſi non tradat, dominium, & poſſeſſionem rei venditæ, & donatæ retinet.*

100 *Competit tamen aduerſus eum perſonalis actio ex donato, vel vendito.*

101 *Titulus, vt faciat contradictorem debet eſſe talis, vt titulum habens ſine vitio poſſeſſione poſſit ingredi.*

102 *Donatarius debet petitorio agere quando in donatione fuit omiſſa clauſula conſtituti, aut ſimilis.*

104 *Dominium non transfertur traditione remota.*

105 *Poſſeſſorio primo agendum, deinde petitorio.*

11 *Poſſeſſorium minimum affert præiudicium, vel ſaltem reparabile.*

109 *Dolo facit, qui petit, quod ſtatim reſtituturus ſi ab eo petat cui reſtituturus; & ſi conſtat eū reſtituturū;*

110 *Ordinarie eſt agendum quando tractatur de reſpicientib. petitorium.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando titulum mortuo teſtatore obtinuit ab hærede.

NVllus eſt qui hunc art. tangat, quem ego viderim. Omiſſis autem dubitandi rationib. in ſuperiori art. allatis, quæ eodem modo dubitandi occaſionē hoc loci præbent, fuerunt. n. ſolutiones allatæ; quæ eodē modo hic quoq; occurrere poſſent,

Videtur dicendum legitimum eſſe contradictorem, moueor

Primo quia hæres tribuendo titulum, mortuo iam defuncto, cum iam delata eſſet
92 hæreditas, † videtur iura ſibi vt hæredi competentia ceſſiſſe; puta, vendidit poſt mortem teſtatoris hæreditariam domum, videtur ceſſiſſe iura, quæ habet in ea domo, ſi quidem proprium venditoris eſt, & de illius natura, vt non ſolum periculum rei venditæ, ſed res ipſa in emptorem tranſeat, ſine qua non conſiſtit venditio, *l. vi heredit. ff. de hered. vel act. vendit. Surd. deciſ. 326. nu. 44.* ideo quemadmodum is ſi non vendidiſſet, habuiſſet immiſſionem ex hac lege, ita videtur dicendum eam in emptorem tranſlatam, & ideo eum legitime contradicere venditori à quo rem emit,

93 Confirmatur † quia rem hæredirariam vendendò dicitur ſe pro hærede gerere,
ita vt ſi antea non adiuiſſet hæreditatem ſaltem eodem momento quo titulum
transfert, hæreditatem adeat, §. *pro herede, Inſtit. de hered. qual. & differ. l. pro herede, ff. de acquir. hered,* at quemadmodum poſt aditam hæreditatem, cedendo poſ-
ſeſſionem, facit legitimum contradictorem, *vt in ſuperiori quæſt. num.* 42. ita eſt di-
cendum cedendo titulum.

Secundo probatur nonnullis rationibus in primo articulo huius quæſtionis alla-
94 tis, † & quia circuitus inutiles ſunt euitandi, *l. cum filius, §. ſeruum ff. ſi cert. pet. cum*
95 *alijs ibidem deductis in 3. argumento*, † & quia aduerſus eum agentem competit ex-
ceptio, aduerſus quem poſſidentem cōpetit actio, *l. vindicantem, ff. de euict.* & quia
dolo facit qui petit id, quod ſtatim eſt reſtituturus, *l. dolo, ff. de except.*

96 Tertio facit vulgata ratio etiam ſupra allata, † quia non licet venire contra fa-
ctum proprium, *l. ſicut, C. de act. & obligat. l. poſt mortem, ff de adopt.*

97 In † contrarium eſt veritas, quæ probatur vnica ratione, † quia tituli cōceſſio im-
98 portat perſonalem obligationem tribuentem titulum, non vero ius aliquod reale
99 † puta donans, aut vendens ſi non tradat, rei donatæ, & venditæ dominium, & poſ-
ſeſſionem retinet, *l. traditionibus, C. de pact. l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domi.*
100 † licet aduerſus eum oriatur actio perſonalis ex donato, vel vendito, *l. 1. §. fin. ff. de contrah. empt. l. vbi autem, ff. de verb. oblig. l. ſi quis argentum, §. fin. C. de dona.* hinc
ſequitur nullum ius quoad poſſeſſionem attinet fuiſſe emptori quæſitum, vnde non
poterit quemquam à poſſeſſione obtinenda impedire, nihilq. poterit conſequi niſi
ſuam intentet actionem, quæ petitorium reſpicit, etenim, in hac materia ſatis incō-
101 cuſſa eſt traditio † contradictoris titulum debere eſſe talem, vt qui ſe facit legitimū
contradictorem, potuerit ſine vitio poſſeſſionem ingredi, *Ruin. conſ. 13. nu. 8. lib. 4.*
102 *Menoch. de adipiſc. rem. 4. num. 603. cum ſequentibus.* ideo † ſi forte ſit donatio, & o-
miſſa clauſula conſtituti, vel alterius pacti per quam potuerit donatarius ingredi
poſſeſſionē propria auctoritate, cogitur donatarius petitorio agere, *Menoch d. rem. 4. num. 591. Rot. in Viterbien. terra Vetralla 10. Iun. 1612. coram R. P. D. Pirouano.*

103 Ad primum dicendum falſum eſſe † tribuentem titulum iura cedere ſibi compe-
104 tentia, niſi titulo ſit coniuncta traditio, quam deficere in quæſtione ſupponitur † nō
data enim traditione non transfertur dominium, vt ſupradictum, *l. traditionib. C. de pact. l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer domin.* ſolumque obligatur perſonaliter ad
contractus fidem ſeruandam vi perſonalis actionis quam ſolam prætendens inten-
tare poteſt, §. *ſequens, Inſtit. de oblig. iuncto §. omnium, Inſtit. de action.* quamobrem
ſi ea omiſſa, eo confugiat, vt acquiſitionem poſſeſſionis impediat, cum iure ſibi
non competenti vtatur, fruſtra laborat.

Ad confirmationem reſpondetur, vtcumque titulum transferens dicatur adire
hæreditatem, non per hoc mediante tituli conceſſione iura poſſeſſoria in alium trāſ-
ferre, aut à ſe abdicare, quinimo ne dominium quidem, cum traditio ſit neceſſaria,
vt ſupradictum, *l. traditionib. C. de pact. l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domin.*
vnde antea diximus eum qui ſemel rem vendidit, ſi non tradiderit iterum vendere
poſſe, & tradendo in ſecundum venditorem transferre dominium, *l. quoties, & ibi notat. C. de rei vendic. l. ſiue autem, §. ſi duobus, ff. de public. in rem act.*

Ad ſecundum reſpondendum quantum ad primam rationem non eſſe circui-
tum inutilem, vt primo hæres poſſeſſionem conſequatur, deinde qui titulum ab eo
105 obtinuit petitorium intentet, † ita enim iuris ordo poſtulat, vt primo poſſeſſorium
terminetur, deinde petitorium intentetur, *ad l. ordinarij iuris, C. de iudic.* alioqui
nunquā poſſeſſorio iudicio agendum, ſed ſemper petitorio ſi poſſeſſorio primo age-
re eſſet circuitus inutilis, quod ab omnium ſententia alienum. Quantum ad ſecun-
106 dam † dicendum aduerſus agentem competere exceptionē aduerſus quem poſſidē-
tem competeret actio, ſi aduerſus eum agatur cui cōpeteret actio, ſecus ſi aduerſus

alium,

alium,vt in re noſtra,cum ex diuerſis non inferatur, *l. Iulianus.§.exuli.ff. de minoribus*, Tum etiam quia non poteſt cadere exceptio in illo aduerſus quem non intẽtatur actio, cum ea ſit actionis excluſio ad defendendum eum contra quem agitur inuenta ad tradita in princip. *Inſtit. de exceptionibus*, hæres enim non vult poſſeſſionem conſequi ab eo cui conceſſit titulum, neque contra eum intentat hoc remedium, quia ille non poſſidet, ſi enim poſſideret, & titulum haberet, tunc eſſet legitimus contradictor, vt ſuo loco dicemus, ſed ab alio detentore, cui quia non competeret actio aduerſus hæredem poſſidentem ideo neque competet exceptio aduerſus
107 vindicantem, Secundò reſpondendum † aduerſus agentem competere exceptionẽ aduerſus quem poſſidentem competeret actio, quando actio quæ aduerſus eum cõpeteret eſſet eiuſdem generis qualis ea quam ipſe intentat, puta quia ambæ petitorium reſpicerent, & iura ordinaria eſſent exercenda, & hoc modo procedit *text. in d. l. vendicantem. ff. de euict.* vbi aduerſus vendicantem, & ita in petitorio ordinario agentem competit exceptio, quando aduerſus illum erat competitura actio de euictione, quæ & ipſa ordinariè, & in petitorio erat exercenda, ſecus quando is actione vtitur, ſeu vt propriè loquar interdicto reſpiciente iudicium poſſeſſorium, & alteri competit exceptio reſpiciẽs petitorium, in hoc enim caſu non loquitur ille *Text.* & ratio differentiæ eſt, quia poſſeſſorium eſt magis priuilegiatum, & prius terminan-
108 dum; † addo illud minimum afferre præiudicium *l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. l. momentanea, C. qui legit. perſon. non habet Iaſon. poſt Bar. in l. admonendi, ff. de iur. iuran. Socin. in l. rem quæ nobis in 7. quæſt. ff. de acquiren. poſſeſſ. Crauett. conſ. 158. num. 12. Alexand. conſ. 103. num. 3. verſic. tamen præmiſſis non obſtantib. lib. 7.* vel ſaltem reparabile, quia deficiens in poſſeſſorio poteſt in petitorio vincere; ſecus eſſet ſi primo petitorium terminaretur infert enim præiudicium irreparabile vnde merito petitorium exceptionis impedit petitorium actionis nõ poſſeſſorium actionis, ſeu interdicti.
109 Quantum ad tertium dicendum † dolo facere, qui petit quod ſtatim reſtituturus primo ſi ab eo petat cui reſtituturus, quod enim dolum committit ab eo petens cui non eſt reſtituturus, & cuius reſpectu perpetuo rem petitam, & obtentam detinere poſſet. Secundo ſuppoſito dolo facere hunc, qui petit in ſpecie noſtra id quod ſtatim eſt reſtituturus, quamuis non ei à quo petit, ſed alteri ſit reſtituturus, reſpondẽdum debere conſtare potentem eſſe reſtituturum, vt repellatur à petitione tanquã dolo faciens ideo id eſſe probandum, excipiens enim ſuam exceptionem probare debet, *Bartol. Bald. & Caſtr. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. Innoc. in cap. præterea de dilation.* ideo erit probandum contradictorem huiuſmodi titulum
110 habere, in quo probando, quia † reſpicit petitorium erit ordinarie agẽdum, quamobrem cum petitorium non præferatur poſſeſſorio, neque illud retardare poſsit, *l. ordinary, C. de rei vendic. l. incerti, C. de interdictis, l. ſi de vi, ff. de iudiciis* talis exceptio non retardabit hæredis immiſsionem.

Ad tertium reſpondendum hæredem non venire contra factum proprium, quia non tractat de deſtruendo titulo conceſſo, neque de re tituli nomine peruenta ad habentem titulum, ſed de poſſeſsione vel vacãti, vel à tertio quopiam occupata obtinenda (ſupponimus enim hunc habentem titulũ non poſsidere) eo forte animo,
111 vt illam præſtet habenti titulum, vel ſecundo † non quidem poſſe venire contra factum proprium, at de hoc debere conſtare, vt impediatur, & ideo competenti iudicio probandum, in quo titulum prætendens, puta ſe emptorem aſſerens, ſua actione experiatur, vt cogat vendentem ad fidem ſeruandam; id autem non aliter, quam mediante iudicio ordinario fieri poteſt, & petitorio, vt omnes admittunt; quamobrem cum petitorium non præferatur poſſeſſorio, vt ſupra in reſponſione ſecunda ad ſecundam erit primo poſſeſſorium terminandum, & per conſequens hæres immittendus, deinde petitorio experiendum, vt cogatur hæ-

res

res contractus fidem ſeruare, & coerceatur quominus veniat contra factum proprium.

SVMMARIVM
Quinti Articuli.

112 *Contradictor legitimus non eſt, qui titulum mortuo Teſtatore obtinuit à tertio.*

113 *Res inter alios acta alijs nocere nequit.*

ARTICVLVS QVINTVS.

112 *Quando † titulum mortuo Teſtatore obtinuit à tertio.*

BReuiter dicendum non eſſe legitimum contradictorem ad aliquem obtinendum effectum quod probatur.

Primò, quia ſi quando eo viuente titulum obtinuit à tertio non tamen eſt legitimus contradictor, vt ſecundo articulo ſtatutum, ergo neque, quando eo mortuo obtinuit quo caſu iam ius erat hæredi quæſitum à die mortis per delationem hære-
113 ditatis, vt eam adire, & poſſeſsionem ex hoc titulo prętendere poſſet, † cui factum tertij præiudicare nequit ad titulum res inter alios acta.

Secundo probatur ex rationibus in eodem articulo propoſitis, quę optime ad rem noſtram faciunt.

SEXTA QVAESTIO.

SExta principalis quæſtio quando contradictor venit allegando titulum, & poſſeſsionem, quorũ vtrumque viuo Teſtatore obtinuit. Continet Articulos tres.

Primus, quando vtrumque nempe, & titulum, & poſſeſsionem à Teſtatore obtinuit.

Secundus, quando vtrumque ab alio, non vero à Teſtatore obtinuit, iuſta tamen eſt eius poſſeſsio.

Tertius, quando iniuſtam, & vitioſam poſſeſsionem obtinuit, puta ſpoliatiuam, ſiue iuſtus eſſet titulus, ſiue iniuſtus.

SVMMARIVM
Primi Articuli.

1 *Contradictor eſt legitimus quicumque titulum, & poſſeſſionem à viuo teſtatore obtinuit.*

Amplia etiam ſi poſſidens titulo inter viuos puta donationis adeundo hæreditatem, in inuentario deſcripſit, vt infra num. 7.

Amplia 2. ſi defunctus titulum concedens conſtituerit ſe nomine eius poſſidere cui titulum conceſſit, numero 10.

Amplia 3. ſi concedens titulum ſibi vſumfructum reſeruauit, numero 12.

2 *Hæres facere non poteſt, quod non poterat defunctus.*

3 *Exceptio, tuo facto à poſſeſſione ceci diſti, remedium adipiſcendæ impedit.*

4 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

Poſſeſ-

5 *Poßeſsio defuncti tempore mortis in huius legis remedio eſt neceſſaria.*

6 *Iudex immittens hæredem alio poſſidente, qui à Teſtatore poſſeſsionẽ obtinuit dicitur nulliter procedere,*

nec poſsidentem ſua poßeſsione priuat, niſi ille ſe pro ſpoliato habeat.

8 *Remedia poſſeſſoria dantur contra poſsidentem titulo pro hærede.*

9 *Inuentarium cum clauſulis præſeruatiuis iuris hæredis nempe, ſaluo iure addendi, &c. non præiudicat titulo inter viuos.*

11 *Conſtitutum verã poßeſsionẽ trãſfert in conſtitutarium.*

13 *Reſeruatio vſusfructus transfert in eum poſſeſsionem, cui reſeruans titulum conceſsit.*

14 *Remedium legis noſtræ competit pro quibuſcumque rebus mortis tempore à Teſtatore detentis, quamuis eas verè non poſsideret.*

Declara quando hæres vtitur hoc beneficio contra alios poſſeſſores non vero contra eum, cui poſsidebat defunctus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando vtrumque, & titulum, & poſſeſsionem à Teſtatore obtinuit.

1 AFfirmatiua ſententia abſque aliqua hæſitatione eſt tenenda probatur.
2 Primò, † quod defunctus facere non poterat, neque poteſt hæres qui repreſentat illius perſonam, nihil enim in eum plus iuris tranſit quam ipſi defuncto competeret, *l. nihil aliud eſt hæreditas, ff. de regul. iur. l. 3. ff. de bonor. poſſeſſ. l. pactum, ff. de pactis, l. in lege, C. de condict. ob cauſam, l. veteres, & ibi D.D. C. de contrah. & commit. Stip. Rota in Viterbien. terræ Vetrallæ 14. Martij 1614. coram R. P. D. Pironano.* At defunctus non poterat venire contra habentem titulum, & poſſeſſionem à ſe
3 ipſo, ei enim obſtaret † exceptio tuo facto à poſſeſſione cecidiſti, quæ remediũ adipiſcenda impedit, *Menoch. de adipiſc. rem 4. num. 583. Rota in vna Bononien. attentatorum 24. Octobris 1588. coram Cardinali Mantica, & in dicta Viterbien. Terræ Vetrallæ.*

4 Secundò, quia † hæres non poteſt venire contra factum defuncti, *l. cum à matre, C. de rei vendicat. cum aliis per Menoch. deductis remed. 4. de adpiſcen. n. 586. At veniret ſi vellet immitti* aduerſus eum, qui titulum, & poſſeſſionem à Teſtatore viuente obtinuit, ergo &c.

Tertiò, quia deficiunt in hærede requiſita pro obtinendo huiuſmodi beneficio,
5 nimirum † poſſeſſio defuncti tempore mortis, vt optimè probat tex. noſter, eſtque receptiſſima omnium ſententia potiſſimum, *gloſ. in l. noſtra in verſic. fuerunt Caſtr. hic num. 6. verſic. quilibet autem. Alexand. num. 23. verſic. addit etiam vnum Iacobin. num. 46. circa med. Dec. num. 41. Zuchard num. 329. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 583. Surd. conſ. 263. ſub nu. 7. verſ. 4. reſpondeo, & pluribus in locis fuit ſuprapoſitum præcipuè infra in hac eadem 3. q. num. 2.*

Quartò, quia in terminis noſtris, aut etiam durioribus ita ſentiunt, *Bart. hic numero 21. verſic. 3. caſu. Oldrad. conſil. 118. num. 9. Alexand. conſ. 83. nu. 6. lib. 2. Natt. conſ. 502. nu. 5. Socin. iun. conſil. 77. nu. 161. lib. 1. Honded. conſ. 72. nu. 21. volum. 1. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 586. & 588. ſequitur paſsim, Rota potiſsimum in vna Viterbien. terræ Vetrallæ 10. Iunij 1613. coram R. P. D. Pironano, vbi loquitur de poſsidente titulo donationis, & in Romana Vineæ 17. Decembris 1610. coram Rẽuerendiſs. Marcomontio, & in Aſsinien. bonorum prima Iulij 1609.* vbi loquitur de diuiſio-

diuiſione facta à patre inter filios habente vim donationis.
6 Infertur, vt ſi forte † Iudex non attendens talem poſſidentem eſſe legitimum
contradictorem, hæredem immiſerit, dicatur nulliter proceſſiſſe, neque prio-
rem ſua poſſeſſione priuaſſe, ſi is ſe non habuerit pro ſpoliato, *l.final.C.ſi per vim,*
vel alio modo,&c. Bald.conſ.135.num.2.lib.2. Felin.in c.dilectus il primo, num.1.
de reſcript. Ruin. conſil.17. num.5. lib.5. Rota in dicta Romana Vineæ 17. Decem-
bris 1610.
7 Amplia, vt † quamuis poſſidens titulo inter viuos puta donationis adeundo hære
ditatem, rem in inuentario deſcripſerit, ita vt non titulo donationis, ſed pro hære-
8 de videatur poſſidere, nihilominus ſit legitimus contradictor, † quamuis enim re-
media poſſeſſoria dentur contra poſſidentem titulo pro hærede *ad Bart.hic num.5.*
9 *& Menoch. d.remed.4. num 48. Roland.conſ.35.num.17. & ſequen.lib.2.* † tamen
quia quando aditio fuit facta cum beneficio legis, & inuentarij, & inuentariũ fuit
factum cum clauſulis præſeruatiuis iuris hæredis, nempe ſaluo iure addendi, & de-
trahendi, & quod non apponenda habeantur pro non appoſitis, & apponenda pro
appoſitis, non dicitur per tale inuentarium renũciatum titulo donationis, nec ideo
dicitur poſſidere titulo pro hærede ad *Rotam in dicta Viterbien.terræ Vetrallæ 10.*
Iunij 1613.
Amplia ſi defunctus titulum concedens, ſe conſtituiſſe nomine eius poſſidere,
10 cui titulum conceſſit, † nam ex clauſula conſtituti vera poſſeſſio transfertur, *leg.*
quod meo,ff.de acquiren.poſſeſſ. l.interdum, & vtrobique DD.ff.de acquir.poſſeſſ.
l.certi, §.1.ff de precario, cap.cum veniſſent extra de reſtit.ſpoliat. & alijs per *Tira-*
quell.congeſtis de iure conſtit.par.2.ampliat.1.num.1.Iaſon.conſ.148.num.10.in 4.
Gabr.conſ.51.num.5.volum.1.& ſeq.Menoch.in terminis noſtris remed.4.de adipi-
ſcend.num.587.tradit Surd. conſ.263.num.7.verſ.4 reſpondeo Pariſ.conſ.122.nu-
mero 2. lib.4. ſequitur Rota in vna Romana Vineæ 17.Decemb.1610.coram Reue-
rendiſs.Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen. & in Mediolanen.Bonorum de Pa-
riſ.4. Iunij 1601.coram Cardinali Pamphilio, & in Auximana bonorum 2. Iunij
1592.coram Cardinali Blanchetto,& in ſpecie de titulo donationis Sermonem ha-
bens tradit, Oldrad.conſ.114.ſub num.3. Alban.conſil.4 ſub num.14. Dec.conſ.238.
ſub num.8.verſ.ad hoc reſponſum fuit.
12 Amplia ſecundo, vt † ſi concedens titulum ſibi reſeruauerit vſumfructum † ex ta
13 li reſeruatione dicatur poſſeſsionem tranſtuliſſe, & imo habens titulum ſtante tali
reſeruatione dicitur legitimus contradictor cum per eam inducatur vera traditio
poſſeſsionis, *l.quiſque, C.de donat. Decius conſ.238.ſub num.1.verſic.nam retentio*
vſusfructus Abbas, conſil.4.num.14. Molin.de primogen. Hiſpan.lib.4.cap.2.ſub nu-
mero 21.& ſeq. Pariſ.conſ.122.num.1. lib.4.
14 Neque † dicatur hoc beneficium competere pro quibuſcumque rebus à Teſtato
re tempore mortis detentis quamuis eas verè non poſsideret, ſed tantum naturali-
ter detineret, vt exemplo rerum commodatarum defuncto, vel penes eum depo-
ſitarum conſtat ad tradita *per Menoch.de adipiſc.remed.4.num.* & alibi ex profeſſo
attigi, in quibus certum eſt commodatarium, vel depoſitarium non poſsidere, *l.rei*
commodat. ff.depoſiti, merito idem in caſu noſtro diceñ nempè competere hoc be-
neficium pro rebus quarum poſſeſsionem per conſtitutum, vel vſusfructus reſerua-
tionem defunctus in alium tranſtulerat cum nihilominus res naturaliter detineret
15 † ſupradicta enim ſententia vera eſt quando hæres hoc beneficio vtitur cõtra alios
poſſeſſores ſecus ſi contra eum qui poſsidebat defunctus, & qui titulum à defun-
cto obtinuit, *vt recte Oldrad. conſ.139.nu.12.cum ſeq.Guidop.conſ.59.Alexan.con*
ſil.83.num.6.in fin.vol.2.Bero.conſ.55.num.6.vol.2.

SVMMARIVM Secundi Articuli.

16 *Actiones quæ defuncto competebant, hæredi quoque competunt.*

17 *Domino competit rei vendicatio ad recuperandam rem à tertio etiam bona fide detentam.*

18 *Contradictor legitimus eſt, qui poſſeſſionem, & titulum rei teſtatoris à tertio teſtatore viuente obtinuit.*

19 *Beneficium legis noſtræ non competit pro rebus à teſtatore tempore mortis non poſſeſſis.*

20 *Vindicatio exercetur mediante iudicio ordinario, & petitorio non autem poſſeſſorio, & executiuo.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando poſſeſſionem, & titulum obtinuit, quorum vtrumque iuſtum, & validum, non tamen à teſtatore; puta emit à non domino, bona tamen fide, & res eidem ab eo fuit tradita, non tamen completa eſt vſucapio ita, vt vere res eſſet Teſtatoris, licet alius poſſeſſionem cum titulo eo viuente obtinuiſſet.

16 Videtur dicendum non eſſe contradictorẽ, † quæ enim defuncto actiones competebant, hæredi quoque non minus competunt, vt in principio, *Inſtit. de perpet. & temporal. action. l. 3. ff. de bonorum poſſeſſ.*

17 At defuncto, vt † domino competebat actio aduerſus hunc poſsidentem pro re ab illo vendicanda, *l. 1. & toto titulo, ff. de rei vendic.* §. *omnium Inſtit. de act.* ergo & hæredi, & per conſequens hæres poterit quicquid reſiſtat, ſeu contradicat poſſidens, rem ab eo poſſeſſam conſequi.

18 In contrarium † eſt veritas, quæ probatur vnica ratione neceſſario tamen con-
19 cludenti, eſt autem † hæc quia beneficium legis noſtræ non competit pro rebus à Teſtatore tempore mortis non poſſeſsis, vt ex textu noſtro manifeſtè apparet, eſtq́; receptiſsima omnium ſententia, à qua nullus recedit pluribus firmaui, *hac eadem queſt. ſupra num. 5. & infra nu. 21.* At talia bona ſunt non poſſeſſa à Teſtatore tẽpore mortis, vt in articulo ſupponitur, igitur conſequens eſt, vt pro his rebus tale beneficium non competat; quamobrem ſi forte intentetur aduerſus poſsidentem, poterit poſsidens rectè ſe tueri, animaduertendum tamen hic non eſſe contradictorem de iure, quia nec alteri actio competit; ſed de facto, quia alter de facto actionem intentat, licet actionem non habeat, vnde non propriam exceptionem, quæ eſt actionis excluſio, ſed impropriã, quę eſt intentionis excluſio opponit poſſeſſor, faciunt tradita, *in princ. Inſtit. de except.*

Ad contrarium reſpondendum competere quidem hæredi eam actionem, quæ defuncto competebat. At defuncto competijſſe veram actionem non vero interdictum, non enim defunctus remedio poſſeſſorio, vti potuiſſet, ſed petitorio, & or-
20 dinario † vindicatio enim mediante iudicio ordinario, & petitorio exercetur, non autem poſſeſſorio, & executiuo, eſt enim actio proprietatem reſpiciens, non vero interdictum reſpiciens poſſeſsionem ad §. *omnium Inſtit. de actio. l. actionum genera, ff. de actio. & obligat.*

SVM-

SVMMARIVM Tertij Articuli.

21 *Remedium legis noſtræ non competit pro rebus à Teſtatore tempore mortis non poſſeſſis.*

22 *Amplia, vt huius poſſeſſionis probatio ſit neceſſaria.*

23 *Poſſeſſio iniuſta non facit contradictionem.*

24 *Hæres conſequitur omnia iura, quæ defuncto competebant.*

Amplia, vt in remedijs quoque poſſeſſorijs id habeat locum.

25 *Beneficium legis noſtræ formaliter non competit contra eum qui viuente Teſtatore iniuſtam poſſeſſionem à tertio obtinuit, competunt tamen alia remedia poſſeſſoria, quæ defuncto competebant.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando iniuſtam poſſeſſionem tertius, viuente Teſtatore obtinuit, ſiue iuſtus eſſet titulus, ſiue iniuſtus.

VIdetur dicendum eſſe contradictorem ſaltem de facto, eo quod hæredi non competat hoc beneficium, quod probatur argumento in ſuperiori articulo
21 propoſito † non competit hoc beneficium pro rebus à teſtatore tempore mortis nõ
22 poſſeſſis, vt probat *textus noſter*, quod adeo verum, † vt ſit neceſſaria huius poſſeſſionis probatio, *vt communiter Doct. hic, & in l.2.C. quor.bonor. Alexand.conſ.139. num.14. & 16.lib.6. & conſ.187.num.3.lib.7.Capic.deciſ.55.num.20.Cagnol.in l.in pari, num.4.ff.de reg.iur. Tiraquell.in tract.le mort Saiſit le vif. 4.par. declarat.1. num.3.Rota in vna Romana Vineæ 4.Iulij 1596. coram R.P.D.Orano*, vt bona obtenta ab alio viuente Teſtatore ſunt non poſſeſſa à defuncto tempore mortis ergo non competit hoc beneficium.

23 Rurſus videtur dicendum non eſſe contradictorem, † iniuſta enim poſſeſſio non ſuffragatur ad contradicendum, & Prætor iniuſtam poſſeſſionem non tuetur, *l.communi diuidundo,ff.de com.diuid. toto titulo, ff.quod vi, aut clam. Oldrad.conſ.1.colum.2* & in terminis noſtris, *Bart.Caſtr.Alexand.* & alij, *in l.filiam fratribus ff.ad Trebellian Dec.hic num.48. Zuchard num.379. Menoch.de adipiſc.rem.4.nu.565. Rip.in l.1.num.12.ff.quor.legat.cum alijs per Roland.conſ.78.num.14.cum ſequen. lib.3.Craueit conſ.104.num.4.Peregr.conſ.24.num.3.lib.4.ſequitur Rota paſsim; potiſsimum in vna Romana de Capizucchis 10.Aprilis 1606.coram Illuſtriſs.D.Lancellotto, & in Rauennaten. hereditatis 14.Aprilis 1606.coram R.P.D.Pamphilio.*

24 Secundò, quia † iura, quæ competebant defuncto in hæredem quoque transferuntur eo mortuo facit, *Textus in princip. Inſtit.de perpet. & tempor.act. & l.3.ff. de bonor.poſſeſs.l.pactum,ff.de pactis, l.in lege, C de condit.ob cauſ. l.veteres, & ibi Doctor. C.de contrah. & committ.ſtipulat.* At defuncto competebant remedia poſſeſſoria, ſemper enim competit vbi iniuſtam poſſeſſionem aduerſarius obtinuit, nõ tamen tranſacto opportuno tẽpore intra quod potuiſſet defunctus poſſeſſorio age-
25 re, ergo & hærede, † quod etiam de remedijs poſſeſſorijs videtur intelligendum, vbi agitur de recuperanda ad *Tiraquell. in tract.le mort Saiſit le vif. 6.par. declarat.4.num.8.& 9. & Bald.conſil.3.lib.4. Afflict.in conſtit. Regni rub.25.col.3.*

26 Pro declaratione, & conciliatione contrariorum reſpondendum † formaliter legis noſtræ beneficium non competere, cum competat tantum pro bonis à Teſtatore poſſeſsis tempore mortis, vt in primo argumento pro negatiua, ideo ſi hoc remedio

dio vtatur reum abſoluendum ab obſeruatione iudicij, & hoc modo habere rationem legitimi contradictoris. Competere tamen alia remedia poſſeſſoria, quæ defuncto competebant, ita vt rectè hæres contra huiuſmodi poſſeſſorem iniuſtum agendo, poſſeſſionem conſequi poſſit, & ita concludunt argumēta pro altera parte allata, ita enim iniuſta poſſeſſio non proderit, neque Prætor eam tuebitur aduerſus opportunè agentem; quæ quamuis videatur in primo caſu prodeſſe, non tamen iure ipſo, prodeſt, ſed ineptus agendi modus hæredis illi obeſt, & vtetur hæres omnibus actionibus defuncto competentibus; licet non intentet hoc remedium, quod neque defuncto competebat.

SEPTIMA QVÆSTIO.

Septima quæſtio eſt, quando contradictor venit allegans, & titulum, & poſſeſſionem, quorum vtrumque mortuo Teſtatore obtinuit.

Continet autem octo articulos hoc loci diſcutiendos licet, & alij contineri poſſent, qui in quæſtione, An, & quando fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor explicabuntur.

Primus articulus, quando vtrumque à tertio obtinuit.

Secundus, quando vtrumque ab hærede.

Tertius, quando titulum à tertio, poſſeſſionem ab hærede.

Quartus, quando titulum à tertio, poſſeſſionem à ſe.

Quintus, quando titulum ab hærede, poſſeſſionem à tertio.

Sextus, quando titulum ab hærede, poſſeſſionem à ſe.

Septimus, quando titulum ab hærede obtinuit, & poſſeſſionem à ſeipſo. Venit autem ad contradicendum fideicommiſſario eodem Teſtatore vocato; à quo inſtitutus hæres, cui alias hoc beneficium competeret, quia forte iura hæreditaria in eum translata.

Octauus, quando titulum à defuncto obtinuit, quia fuit inſtitutus, poſſeſſionem vero iure inſtitutionis à ſeipſo, An ſit contradictor aduerſus cohæredem in eodem teſtamento Inſtitutum, petentemq; immiſſionem in ſuam partem pro indiuiſo.

Alij articuli in quæſtione de fideicommiſſo examinandi ſunt tres.

Primus, quando obtinuit titulum à defuncto, puta per fideicommiſſum, poſſeſſionem à ſe.

Secundus, quando obtinuit titulum à defuncto, poſſeſſionem à tertio.

Tertius, quando obtinuit titulum à defuncto, poſſeſſionem ab hærede.

SVMMARIVM Primi Articuli.

1 *Interdicta adipiſcendæ non dantur contra poſſidentem cum titulo.*
Declara, vt num. 15.

2 *Quod in remedio legis noſtræ maximè procedit.*

4 *Amplia, ſiue poſſeſſionem viuente teſtatore obtinuit, ſiue poſt eius mortem.*

3 *Argumentū à contrario ſenſu valet.*

5 *Contradictor legitimus eſt ad impediendam immiſſionem qui in continenti dominium probat, vel quaſi.*

6 *Quaſi Domino non poſſidenti competit Publiciana ad rem recuperandam.*

7 *Titulum, & poſſeſſionem probans quaſi dominium probat.*

8 *Contradictor legitimus non eſt, qui poſt mortem Teſtatoris, & titulum, & poſſeſſionem à tertio obtinuit.*

Fallit, quando non ſolum probat titulum et poſſeſſionem, verum etiã dominium, vel ſuum, vel ſui anteceſſoris, vt num. 26.

Fallit ſecundo ſi titulum, & poſſeſſionem ab executore teſtamenti obtinuerit, vt num. 30.

Amplia limitationem ſi exequutor irrequiſito hærede alienauerit, vt num. 34.

9 Agens legis noſtræ remedio non excluditur à poſſeſſore, niſi poſt impletam vſucapionem.

10 Vſucapio non procedit ſine titulo, et poſſeſſione.

11 Poſſidens cum titulo legitimus eſt cõtradictor ad impediendam viam executiuam.

12 Declara ſi poſſideat titulo pari.

13 Tituli paritas ad impediendam viã executiuam, quando vterque prætendit immiſſionem eſt ſufficiens ſecus ſi contradicens poſsideat.

14 Quod eſt intelligendum ſi titulus poſsidẽtis eſt talis qui poſsit excludere titulum petẽtis immiſsionem.

16 Publiciana competit, & hæredi in bonis à teſtatore tempore mortis poſſeſsis, & ei, qui à tertio poſt mortem teſtatoris poſſeſsionem obtinuit, ſi tamen inter ſe concurrant præfertur hæres.

17 Prior tempore eſt potior iure.

18 Quaſi dominium dominio æquiparatur, quando ſimul non concurrũt verus dominus, & quaſi dominus.

19 Dominus rem ſuam ab alio detentam iuſte vendicat.

20 Quaſi dominus rem à tertio detentam mediante Publiciana recuperat, non vero ſi ad verum dominum peruenerit, vel ad quaſi dominum anteriorem.

21 Dominus à quaſi domino rem ſuam recte vendicat.

22 Vindicatio competit contra quemcumque habentem reſtituendi facultatem.

23 Quaſi dominus anterior à quaſi domino poſteriori per Publicianam vendicat.

24 Publiciana competit aduerſus poſſidentem cum titulo ſi poſterior ſit.

25 Exceptio firmat regulam in non exceptis, & 26.

27 Exceptio dominij ſi probetur incontinenti opponitur contra quodcumque remedium adipiſcendæ.

28 Paratus incontinenti probare de iure ſuo ſemper legitimus eſt contradictor.

29 Inſtrumento habenti executionem paratam ex forma ſtatuti exceptio opponi poteſt ſi incontinenti probetur.

31 Executoris factum dicitur factum defuncti.

32 Titulũ dicitur à Teſtatore obtinuiſſe, qui ab executore obtinuit.

33 In hæreditate repertum non videtur quod per teſtatoris diſpoſitionem debet eſſe extra illam.

35 Hæres in alienatione eſt ab exequutore requirendus.

36 Alienatio non redditur nulla, quando executor non requiſiuit hæredem, licet teneatur ad intereſſe.

PRI-

PRIMVS ARTICVLVS.

Quando poſt mortem Teſtatoris, & titulum, & poſſeſsionem à tertio obtinuit.

AFfirmatiua ſententia videtur tenenda.
1 Primò, quia † interdicta adipiſcendæ non dantur contra poſsidentem cum
tit. *Bart. in l. 1. in fin. C. quor. legator. Rip. in l. 1. nu. 2. ff. eod. Angel. Aret. in §. quadru
pli, nu. 34. verſ. preterea Inſtit. de actio. Corn. conſ. 239. in fin. lib. 1. Ruin. conſil. 25.
nu. 2. in fin. lib. 4. Rota in vna Romana Palatii de Aquila 5. Iun. 1602. coram R. P.
2 D. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, † quod in remedio legis noſtræ maximè non
ſolum ex eo aſſerendum videtur, quia ſit remedium adipiſcendæ, ſed quia in eo ex
lege noſtra id peculiariter cautum reperitur, cum enim concedat immiſsionem in
3 bona non legitime ab alio detenta, conſtat à contrario ſenſu, † quod argumenti ge
nus in iure noſtro eſt maximi pōderis, *l. 1. ff. de off. eius*, non cōcedi in bona legitime
detenta, & ita non concedi contra iuſtū poſſeſſorem, talem autē eum eſſe, qui cū tit.
poſsidet nemo eſt qui in dubiū reuocet bona fide ſuppoſita, quæ in dubio eſt præſu
menda, vnde conſequens eſt, vt contra talē poſſeſſorem non cōpetat hoc beneficiū.
4 Neque † dicatur prędictam ſententiam forte locum habere in eo qui titulum ob-
tinuit eo viuente, de cuius hęreditate agitur contrarium enim eſt verius, quamuis
enim poſt mortem eius de cuius hæreditate agitur titulus ſuperuenerit, aduerſus
tamen eo titulo poſsidentem, non eſt locus interdictis adipiſcendæ ita *Zuchard.
num. 462. Couar. pract. quæſt. c. 12. nu. 3. Caputaq. deciſ. 97. ſeu 99. in manuſcrip. li. 1.
Rota in d. Romana Palatij coram Reuerendiſsimo Sacrato Archiepiſcopo Damaſce-
no.* & quod in re noſtra eleganter probat *Dec.* animaduertendo legis noſtræ, illa
verba. Non autem legitimo modo ab alio detinetur locum habere in eo, qui poſt
mortem defuncti obtinuit titulum, & poſſeſsionem; ſatiſque aperte ex eo elicitur,
quia referuntur ad tempus immiſsionis, quæ fit tantum mortuo teſtatore, & quia
loquitur tex. de bonis, tempore mortis à Teſtatore poſſeſsis, quę cum certum eſſet
non potuiſſe ab alio tempore mortis legitime detineri, duo enim fuiſſent poſſeſſo-
res in ſolidum, quod impoſſibile, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum. ff. commodat. l.
duo, ff. de precar. certum eſt loqui* de legitimè detentis poſt mortem.
5 Secundò, quia † quemadmodum probans incontinenti dominium eſt legitimus
contradictor ad impediendam immiſſionem, vt infra *in prima limitatione, num. 26.*
probabimus; ita probans quaſi dominium, *vt trad. Caſtr. in l. noſtra, numero 12.* &
ratio eſt, quia videtur de quaſi dominio illud aſſerendum, quod de dominio cum,
& illud inter ſpecies dominij ſoleat enumerari, *ad Bart. in l. ſi minor, § fin. ff. de eui
6 ctionibus*, † & quaſi domino non poſsidenti competat actio ad rem recuperandam
nimirum Publiciana, *l. 1. ff. de Public. in rem actio. §. namque Inſtitut. de actio.* ergo
poſsidenti multo magis competet exceptio ad retinendam, & alium quemlibet ab
7 immiſsione excludendum, At † probans titulum, & poſſeſsionem, probat quaſi do-
minium, adeo vt rectè publicianam intentet, quando probat ſe poſſediſſe cum titu-
lo *§. namque Inſtit. de actio, d. l. 1. de Public. in rem actor.* ergo probans titulum, &
poſſeſsionem erit legitimus contradictor ad impediendam immiſsionem, & ſic
viam exequutiuam.
8 In contrarium † eſt veritas, quam tenuere *AZon. in ſumma huius tit.* Bald. col. 1.
*Salic. hic col. 7. verſ. nam quando. Alex. conſ. 4. nu. 70. & conſ. 98. nu. 8. lib. 2. Dec. hic
nu. 42. in fin. Iacob. hic nu. 49. qui citat.* Bald. *conſ. 344. Afflict. deciſ. 119. nu. 6. in fin.
Zuchard. hic nu. 398. GoZad. conſ. 93. num. 14. Gabriel. conſ. 46. nu. 1. vol. 1. Menoch.
de adipiſcen. remed. 4. num. 694.* qui nullum eſſe inquit, qui aduerſetur.

Probatur autem primo ex mente *Gabriel.conſ.46.nu.1.lib.1.per tex.in l.noſtra,*
9 in qua cauetur † agentem ex hoc remedio non excludit à poſſeſſore, niſi poſt impletam vſucapionem, vnde conſtat ante impletã non excludi, quo tñ caſu ſupponimus vſucapientem ante completũ tempus poſſidere cũ tit. alioqui nunquam eſſet
10 vſucapturus † cũ vſucapio ſine titulo, & poſſeſſione non procedat, *l.nullo, C.de rei vendic.tex.eſt vbi DD.in princ.Inſtit.de vſucap.* vnde ſequitur poſſidentem cum titulo non eſſe legitimum contradictorem, quãdo tit & poſſeſſionẽ obtinuit à tertio.
11 Secũdò, quia † licet poſſidens cum titulo poſſit eſſe legitimus contradictor ad impediendam viam exequutiuam, ita vt reducat proceſſum ad iudicium ordinarium,
12 vt hic per *Zuchard.nu.334.Menoch.nu.565.Mohed.deciſ.13.vt lite penden.* † id tamen eſt intelligen. de titulo pari, hoc eſt æque potenti, puta quia poſſideat vigore alterius teſtamenti ſecus ſi ex titulo impari, non enim eſt legitimus contradictor aduerſus fortiorem titulum. *Bart.in l.noſtra nu.20.& ibi Dec.nu.4.Zuchard.nu.333. Menoch.de adipiſc.remed.4.n 581.Put.deciſ.302.lib.1. Rota in vna Elnen.præceptoria 10.Iunij 1611.coram Reuerendiſs.Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunenſi,*
13 † & quamuis hoc videatur habere locum, quando vterque prætendit immiſſionẽ, ſecus altero poſſidente, in quo titulus etiam impar, puta ab alio forte profectus videtur ſufficiens, *ad Ruin.conſ.28.nu.2.verſ.ſubdit Bart.lib.5.* vnde prouiſus ab ordinario poſſidens dicitur legitimus contradictor aduerſus prouiſum Apoſtolicũ, vt fuit dictum *in vna Elnen præceptoria* 10.Iunii 1610.*coram eod. Marcomontio Archiepi*
14 *ſcopo Lugdunenſi.*, id tamen eſt intelligendũ, † quando titulus poſſidentis eſt talis, qui excludere poſſit titulum prætendentis immiſſionem, *vt in d. Elnen præceptoria,* & dicam infra latius *d.artic.vltimo,* & in his terminis loquitur *Ruin. d.conſil.28. num.2.* qui ponit exemplum in inſtituto ab alio teſtatore, At in re noſtra, qui titulum à tertio habuit nõ habet titulum excluſiuum iuris hæredis, vtcumque enim verum ſit talem titulum à tertio obtinuiſſe, niſi appareat eum tertium fuiſſe dominũ de quo in limitatione infra dicam, non tamen ſequitur, quin heres inſtitutus in teſtamento non abolito à Teſtatore tempore mortis poſsidente habeat optimum ius in bonis à dicto Teſtatore poſſeſsis, ergo habens titulum & poſſeſsionem à tertio poſt mortem defuncti non eſt legitimus contradictor.
15 Ad primum reſpondendum † interdictum adipiſcendæ non dari contra tit. poſſidentem, quando titulus eſt par, & talis qui ſi verus eſſet, poſſet excludere titulum, & ius prætendentis immiſsionẽ, vt ſupradictum in ſecundo argumento contrariæ ſententiæ, & infra latius dicam in vltimo articulo huius quæſtionis, & ratio eſt quia quando titulus non eſt par, & excluſiuus iuris alterius redigitur ad non titulum, neceſſe eſt enim, vel vt excludat, vel vt excludatur, vel vt pares ſint, vnde conſequens eſt, vt ſi nec par, nec excludit, excludatur, verum in re noſtra, qui poſt mortem eius qui tempore mortis poſsidebat rem à non domino obtinuit quocumque titulo mediante, non habet titulum excluſiuum iuris hæredis, cum non potuerit non dominus transferre ius excluſiuum iuris hæredis à bonis, à Teſtatore tempore mortis poſſeſsis id quod ex mente Doctorum ea firmatur ratione, quia ambo illorum ha-
16 bent † quidem Publicianam, quia ambo habent iuſtum titulum, & iura poſſeſsionis verum in tali publiciana ſi ambo concurrant, prælertur hæres, tum quia titulum habet anteriorem nempè tempore mortis teſtatoris quæſitum, alter vero poſteriorem, nempe poſt mortem, item hæres venit in poſſeſsionẽ defuncti ad gloſſ. in leg.ſunt, & aliæ, & in *l.quicumque, ff. de public.in rem actio.* alter vero ex pro-
17 pria poſſeſsione poſt mortem teſtatoris acquiſita, † At prior tempore, eſt potior iure, *c.qui prior de reg.iur.in 6.* cum pluribus alibi deductis ego hæres habet potiora iura, & excluſiua iuris contradictoris, non vero contradictor ius excluſiuum iurium hæredis.
18 Ad ſecundum reſpondendum regulam, † vt quod de dominio dicebatur

dicatur

dicatur etiam de quaſi dominio locum habere, quando non ſimul concurrunt do-
19 minus, & quaſi dominus, verè enim quemadmodum † dominus rem ſuam ab alio
detêtam iuſte vendicat, *§.omnium Inſtit. de act.l.actionum,ff.eod.l.officium,ff.de*
20 *rei vendicat.* ita † quaſi dominus rem à tertio detentam mediante publiciana re-
cuperat, *§.namque Inſtit.de act.l.1.& l.quæcumque in princ.ff.de public.in rem act.*
at ſi quaſi dominus rem aduerſum dominium peruentam recuperare velit mediante
te publiciana ſuccumbit, *l.pen. & fin.ff.de public.l.mandatum in fine, ff.mandati,*
idem dicendum eſt ſi ad quaſi dominium anteriorem peruenerit cum tamquam
prior tempore ſit potior iure, *cap.qui prior de reg.iur.in 6.facit tex. in l ſi cum au-*
tem emptor,§.ſi duobus,ff.de public.in rem actio. & in l.ſi à Titio, ff.de rei vendic.
21 *l.apud Celſum,§.ſi à Titio, ff.de dol.mal.except.l.2.ff.de except.rei vendic.* † Do-
minus vero ſi à quaſi domino rem ſuam vindicare velit, obtinet *ad l.ſi res mobilis,*
ff. de rei vendic. ex qua colligitur vindicationem competere contra poſſeſſorē bo-
22 næ fidei, facit regula † vindicationem competere contra quemcunq; habentem re-
23 ſtituendi facultatem *l.officium,ff.de rei vendic.* Item ſi † quaſi dominus anterior à
24 quaſi domino poſteriori per publicianā rem velit auferre obtinet † competit enim
publiciana aduerſus poſsidentem cū titulo ſi poſterior ſit, vt colligitur *ex d.§.nā-*
que vniuerſaliter loquente, & probatur à contrario ſenſu, *in l.ſin.ff.de publiciana,*
dum tradit contra dominium eam non competere ex quo ſequitur competere con
25 tra quemcunque non dominum, † exceptio enim firmat regulam in non exceptis,
l.ius ſingulare, ff.de vſucap. Cum ergo in re noſtra contendat hæres, vt dominus,
vel ſaltem, vt quaſi dominus anterior, alter vero, vt quaſi dominus poſterior, obti-
nebit hæres, hinc ceſſat quod in argumento diximus ei competere exceptionem ad
retinendum, cui competit actio ad recuperandum, falſum eſt enim quaſi domino
competere publicianam ad recuperandum aduerſus heredem, vel dominum, vel
quaſi dominium anteriorem, ideo neque exceptionem competere eſt neceſſe, meri
to ceſſante exceptione habēs titulum, & poſſeſsionem à tertio poſt mortem defun
cti non erit legitimus contradictor.

26 Fallit † ſupradicta determinatio, quando contradictor ab initio non ſolum pro-
baret titulum, & poſſeſsionem verum etiam dominium, vel ſuum, vel ſui auctoris,
tunc enim eſt legitimus contradictor, *ita Cyn.Petrus, & Bartol.* quos ſequutus eſt
Caſtrenſ.hic num.7.Dec.num.43.Zuchard.num.399. Menoch.num.65.
Probatur quia legis noſtræ beneficium eſt poſſeſſorium adipiſcēdæ, aduerſus quod
27 rectè opponitur † exceptio dominij, ſi probetur incontinēti, *Bart. & DD.in l.ſi de*
vi,ff.de iudic. Cyn.et Caſtr.in leg.2.ſupra hoc tit.Dec.hic num.43. quod eo magis
28 verū, quia ſemper quis eſt legitimus contradictor † ſi paratus eſt in continenti pro-
bare de iure ſuo, *Angel.conſ.135.in fin.faciunt trad.à Guid.Pap. q.132.incip.* ſed
probato, vbi tenet ſi ſit error in teſtamento poteſt peti, vt corrigatur offerendo pro
bationes incontinenti, ideo, & hoc modo immiſſio in poſſeſsionem impeditur. Cō-
29 firmatur ex ſimili † Inſtrumento, quod licet habeat exequutionem paratam ex for
ma ſtatuti, admittitur tamen exceptio ſi afferatur probatio incontinenti, *Dec.in c.*
ex parte in l.2.in 7.fallen. de offic.deleg.

30 Fallit † ſecundò ſi titulum, & poſſeſsionē ab exequutore teſtamentario cui data
fuit facultas alienandi, obtinuiſſe probauerit, tunc.n.optimus erit contradictor.

31 Probatur primo, quia † factum exequutoris dicitur factum defuncti, *l.vnum ex*
familia,§ ſi de falcidia cum ibi plene notatis per ſcribentes, ff.de leg.2. ideo perin
de eſt, ac ſi à defuncto dictū titulum, & poſſeſsionem obtinuiſſet quinimo dicitur
32 † titulum à Teſtatore obtinuiſſe, *l.iteam eorū,§.1.ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nomin.*
notat Bart.in d.l.vnum ex familia Abbas in c.in cauſis num.6.de Cleric.

33 Secundo, quia † illud nō videtur in hereditate repertū quod per diſpoſitionem
Teſtatoris debet eſſe extra illam ad cumulata, *per Socin. conſ.24. numer.27. lib.2.*

Tertiò, quia ita ſentiunt Doctores, potiſsimum *Corn.conſ.42.Zuchard.hic nu.403.Menoch.de adipiſcen.remed.4.nu.610. Alex.conſ.215.nu.10.vol.6. ſequiturq;* *hanc opinionem Rota in vna* Romana *Vinea* 15. *Ianuarii* 1590. *coram Cardinali* P*amphilio*, quæ fuit confirmata 7.*Februarii, eiuſdem anni, coram eodem, & in alia* Romana *Vinea* 19. *Nouemb.* 1607.*coram* R*euerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.*

34 Ampliatur † hæc declaratio, vt procedat etiam ſi exequutor irrequiſito hærede
35 alienauerit † licet enim hæres ſit requirendus ad notata per *Bart.in l.alia,ff.de ali-*
36 *men. & cib.legat, & Gabr.concluſ.1.de citat.nu.191.*† ex hoc tamen non redditur, nulla alienatio, etiam ſi exequutor alienans teneatur ad intereſſe ei quem requirere debuit, *Alexand.d.conſ.215.num.10.lib.6.Rota in dicta Romana Vinea 15.Ianuarii 1590. coram Cardinali Pamphilio.*

SVMMARIVM ſecundi Articuli.

37 *Factum proprium nemo impugnare poteſt.*

38 *Venditor, aut qui alio iuſto titulo rem alteri tradidit tenetur de euictione.*

39 *Contradictor legitimus eſt, qui poſſeſſionem, & titulum ab hærede mortuo Teſtatore obtinuit, ſiue hæres poſſideret, ſiue non poſſidens, poſſeſſionem tamen ad ſe ſpectantem ei ceſſerit.*

40 *Conſtitutum ad præiudicium eius, qui conſtituit ſufficit ſine aliqua probatione poſſeſſionis ipſius conſtituentis.*

41 *Conſtituens non poteſt impugnare poſſeſſionem illius, cuius nomine antea conſtituit ſe poſſidere.*

42 *Poſſeſſionem, qui alteri ceſſit non poteſt eam impugnare.*

43 *Hæres ſciens hæreditatem ſibi delatam, quamuis nondum poſſeſſionẽ fuerit nactus poteſt, vel totam, vel partem, vel quamcumque rem hæreditariam opportuno titulo alteri cedere, & quoad dominium, & quoad ius debitæ poſſeſſionis acquirendæ.*

44 *Venditor ſi quid hæreditarium proſecutus fuerit, & obtinuerit, quod venditione contineretur ementi reſtituere debet.*

45 *Ceſſionario hæreditatis legis noſtræ beneficium competit.*

SECVNDVS ARTICVLVS.

Quando vtrumque ab hærede obtinuit.

IN quo affirmatiua ſententia eſt tenenda, facit enim omnino ceſſare legis noſtræ beneficium.

Probatur primò, quia ſi poſſeſſionem ab hęrede obtinuit; ergo hæres poſt mortem defuncti poſſeſsionem ſemel obtinuerat quo poſito ceſſare legis noſtræ beneficium indubitati eſt iuris, vt in ſequenti articulo, argumento primo.

Secundò, quia iuſtè poſſidens legitimus eſt contradictor, vt ſæpius repetitum, & plenè probatum talis autem eſt qui ab hærede titulum & poſſeſsionem obtinuit.

Tertiò, quia ſi vellet hęres hunc à contradicendo repellere, & bona ab illo poſ-
37 ſeſſa ab eo auferre veniret contra † factum propriũ quod eſt abſurdum, *l.poſt mortem.*

rem, *ff. de adopt. l. 1. in princ. ff. de except. rei vend. l. ſicut*, *C. de actio. & oblig. Roman. conſil.* 140.

38 Quartò quia hæres immiſſus ex legis noſtræ remedio † teneretur de euictione cũ rem ex iuſta cauſa, & titulo tradiderit, puta vendiderit *toto tit. ff. de euict.* ideo multo facilius exceptione ſubmouebitur *ad l. vindicantem, ff. de euict.*

39 Amplia determinationem propoſitam, † vt vera ſit non ſolum in hærede, qui poſſeſſionem ſemel obtentam in alium tranſtulit, verum etiam in eo qui cum nunquam poſſeſſionem actu obtinuerit eam tamen, vt hæres ad quem ſpectabat d. poſſeſſio al-
40 teri ceſſerit † quemadmodum enim ad præiudicium eius, qui conſtituit ſe poſſidere alieno nomine ſufficit ipſum conſtitutum ſine aliqua poſſeſſionis probatione, *vt notat Bald. in l. ſine autem, §. 1. ff. de pub. in rem action. Ang. in l. quædam mulier, circa med. verſ. item attende, ff. de rei vendic. & in l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. poſſeſ. Franciſcus Aret. qui dicit ſingulare in l. interdictum, in fin. princ. ff. eod. tit. Soc. conſ. 197. in controuerſia col. 5. uerſ. 2. ratio lib. 2. & conſ. 106. col. 1. lib. 3. Franciſcus Purpurat. in l. is apud quem, col. 16. nu. 102. C. de edend. Ruin. conſ. 46. uiſa facti ſerie, col. 8. nu. 13. lib. 4. Claud. Acqueſſ. in l. quod meo, col. ult. ff. de acquir. poſſeſſ. Hieronym. Gratus conſ. 42. rem dubiam faciebat, col. 2. uerſ. 4. reſpon. lib. 2. Tiraquell. de iure conſtit. poſ-*
41 *ſeſſ. 3. par. limit. 1. nu. 20.* † neque is poſſeſsionem eius cuius nomine antea ſe conſti-
42 tuit poſsidere impugnare poſsit *ad Tiraq. citato loco, num. 37.* † ita ad præiudicium eius, qui ſe paratam poſſeſſionem, & iure ad ſe ſpectantem ceſſit, idem erit dicendum tum quia viget rationis identitas, ne veniat contra factum proprium, quod ab
43 ab omni iure alienum, vt dixi ſupra *in 3. arg.* † tum quia delata iam ſibi hæreditate poteſt hæres ſciens delatam, etiam ſi nõ dum poſſeſſionem fuerit nactus, vel totam, vel partem, vel rem quamcumque hæreditariam opportuno titulo alteri cedere, & quoad dominium, & quoad debitæ poſſeſſionis acquirẽdæ ius, omne enim ius quod ad venditorem ſpectabat in emptorem transfertur, *l. 2. in princip. ff. de hæred. uel act. uendit. l. emptor. C. eod. tit.* emptorq. res hæreditarias ſumptu, & periculo venditoris
44 à poſſeſſoribus proſequitur, *l. 1. C. de euict.* † & ſi quid hæreditarium forte venditor proſequutus obtinuerit, quod venditione cõtineretur, tenetur emẽti *ad l. fin. ff.*
45 *de hæred. vel act. vendita.* † Quinimo tantum abeſt, vt poſſit hæres aduerſus ceſſionarium hoc beneficium intentare, vt potius verſa vice ad ceſſionarium illud ſpectet contra alios poſſeſſores, quod pluribus tradit *Menoch. remed. 4. de adipiſc. num.* 249.

S V M M A R I V M
Tertij Articuli.

46 *Contradictor legitimus eſt qui mortuo teſtatore titulum à tertio poſſeſſionem ab hærede obtinuit.*

47 *Remedium legis noſtræ eſt adipiſcendæ.*

48 *Remedia adipiſcendæ non competunt pro recuperanda.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando titulum à tertio poſſeſſionem ab hærede obtinuit.

46 Breuiter † affirmatiua ſententia tenenda probatur.

Primo, quia cum poſt mortem defuncti hæres poſſeſſionem obtinuerit, quod apparet, eo quod alteri tradidit, conſtat amplius non eſſe locum huic immiſſioni,
47 quamuis hæres à poſſeſſione ceciderit, eſt enim † remedium legis noſtræ beneficium
48 adipiſcendæ, † quod non competit pro recuperanda, §. *ſequẽs ibi pro hærede, Inſtit. de interd. Alex. conſ. 183. nu. 3. lib. 5. faciunt tradita à Bart. hic nu. 9. Alexan. nu. 10.*

Dec.

*Dec.nu.26.verſ.ſi vero, Mantua in prima lectura, num.94. Zuccard.nu.218. & Menoch.de adipiſcend.rem.4.num.*178.*&* 179. Vnde rem huiuſmodi poſſidens, licet titulum non ab hærede obtinuerit contradicendo facit ceſſare immiſſionem, ex hac lege, fertque ſententiam fauorabilem hæredem non eſſe immittendum.

Secundo optimè probatur eadem ſententia ex tertio argumento ſuperioris articuli, quod in hoc quoque opportune, & eodem modo concludit, ideo non repeto.

SVMMARIVM quarti Articuli.

49 *Poſſeßio adepta ſciente poſſeßore à quo titulum quis habet videtur eo permittente adepta.*

*Declara quando poſseſſor iuſte poſſidebat, ſecus ſi ille quoque cum vitio poſſideret, vt nu.*91.

50 *Titulum habens rei vacantis poſſeſſionem recte ingreditur.*

*Declara in poſſeſſione omnino vacante ita vt ne animo quidem retineatur, & ſuppoſita validitate tituli, vt infra num.*92.

51 *Prodeſt quod mihi, nec alteri nocet eſt concedendum.*

52 *Poſſeßio ea iuſta eſt, quando præceßit titulus habilis ad transferendum dominium, & res peruenit ad eũ, qui titulum obtinuit.*

53 *Occupans rem hæreditariam, hæreditate iacente non incurrit pœnam, l. ſi quis in tanta, C. vnde vi.*

54 *Legatarius in caſibus in quibus non detrahitur falcidia rem legatam hæreditate iacente propria auctoritate capere poteſt.*

55 *Titulum habens propria auctoritate rem vacantem occupare poteſt.*

56 *Acquirens à non domino bona fide credens eum eſſe dominum, iuſtam poſſeſſionis cauſam habet.*

57 *Vſucapere is poteſt, qui à nõ domino, quem credebat dominum iuſto titulo poſſeſſionem obtinuit.*

*Declara quando non propria auctoritate poſſeßionẽ obtinuit, ſed ab eo à quo titulum, vt infra num.*94.

*Declara ſecundo, vt non habeat locũ iure nouißimo niſi concurrat bona fides authoris, vt infra nu.*95.

58 *Vſucapio iuſtam poſſeſſionẽ requirit.*

58 *Titulus apparens ſufficit ad efficiendum legitimum contradictorem.*

Declara ſi talis ſit, qui ſi verus eſſet ius hæredis excluderet, vt infra num. 97.

59 *Poſsidentis conditio in pari cauſa eſt melior.*

60 *Contradictor legitimus non eſt qui titulum à tertio, & poſſeſſionem à ſe mortuo teſtatore obtinuit.*

61 *Contradictor legitimus non eſt, qui non excludit ius hæredis agentis.*

62 *Ius metimur ex parte agentis.*

63 *Agendi ius habens quod per aliquã contradicentis exceptionem nõ corruat intentum conſequitur.*

64 *Titulum à tertio, & poſſeſſionem à ſe ipſo allegans non excludit ius hæredis agentis.*

65 *Titulus profectus ab eo de cuius iure nullo modo apparet pro non titulo habetur.*

66 *Poſſeſsio vitioſa non facit contradictorem.*

67 *Poſſeſsionem ne quidem vacantem licet propria auctoritate capere.*

68 *Poſſeſsio etiam ante aditam hæreditatem*

tatem occupata perinde habetur, ac ſi poſt aditionem occupata fuiſſet dummodo hæres hæreditatem aliquando adiuerit.

69 *Hæreditas quandocumque adita fingitur tempore mortis adita.*

70 *Occupatio rerum hereditariarum pro violenta habetur, & facta ante aditionem.*

71 *Poſſeſſio non ſequitur aditionem, ſed per ſe capienda.*

72 *Violentus eſt poſſeſſor non ſolum qui plenam poſſeſſionem occupauit verum etiam qui vacantem quando non habuit titulum ab habente ius illud concedendi, & poſſeſſio ad alium ſpectat.*

73 *Pœna.l.ſi quis in tanta habet locum in occupante, vel ſine titulo, vel cum titulo nullo.*

74 *Problíciana non competit ei, qui titulum obtinuit à non domino, & poſſeſſionem à ſe.*

75 *Publiciana competit hæredi hæreditate adita etiam poſſeſſione nondum apprehenſa.*

76 *Publiciana poſſeſſione per traditionẽ acquiſita competit hæredi quando eam intentat ex perſona defuncti, qui rem poſſidebat, ſecus ſi ex propria perſona.*

77 *Idem in fideicommiſſario aſſerendũ, quando in eum dominium tranſit abſque traditione.*

78 *Hæres quando, vt hæres agit ſuſtinet defuncti perſonam.*

79 *Fideicommiſſarius non repreſentat, defuncti perſonam.*

80 *Res inter alios acta alij nocere non debet.*

81 *Titulum, & poſſeſſionem, qui mortuo teſtatore obtinuit, non poteſt competere cum hærede, nec ratione poſſeſſionis, nec ratione tituli.*

82 *Mors omnia ſoluit.*

83 *Poſſeſſio quæ fuerat defuncti non tranſit in hæredem.*

84 *Poſſeſſio eſt quid facti.*

85 *Factum non ingreditur perſonam facientis.*

86 *Hæres non dicitur poſſidere, niſi actu poſſeſſionem acquirat, quamuis filius ſit, & ſuus hæres.*

87 *Poſſidens ſine titulo quando poſſeſſionem mortuo teſtatore obtinuit non eſt legitimus contradictor.*

88 *Poſſeſſio tranſit cum ſuo vitio.*

89 *Actio ſpolij tranſit aduerſus quoſcũque hæredes ſpoliantis ad quos poſſeſſio peruenit.*

90 *Poſſeſſio iuſta non ſemper facit legitimum contradictorem, ſed neceſſarius eſt titulus excluſiuus iuris hæredis.*

93 *Titulus habitus à non domino nullus eſt ſaltem ſi cum verò comparetur.*

96 *Vltimas voluntates ſuum effectum conſequi Reip. intereſt.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando titulum à tertio poſſeſſionem à ſe obtinuit.

Videtur dicendum hunc legitimum eſſe contradictorem, quod probatur. Primo, aut occupauit poſſeſſionem, quam detineret ſuus auctor, Aut quam
49 non detineret † ſi primum cum ipſe non impugnet, videtur eo permittente adepta poſſeſſio, & per conſequens iuſta *l. minus inſtitutus. ff. de acquiren. poſſeſſ.* vbi Imperator

rator in hæc verba (licet inſtrumento non ſit comprehenſum, quod tibi tradita ſit
poſſeſſio ipſa tamen rei veritate id conſequutus es, ſi ſciente venditore in poſſeſ-
ſione fuiſti) ſi ſecundum conſequens eſt talia bona fuiſſe vacantia, certum.n.nondũ
eorum poſſeſſionem ab hærede obtentam; cum nũc legis noſtræ beneficio eam pro-
50 ſequatur; vnde ſequitur licitè potuiſſe occupari, † quia titulum habens, licite rei va-
cantis poſſeſſionem ingreditur, facit tex. in l.1.§.Scæuola, ff.ſi quis teſtam. liber, &
ratio eſt, quia nulli iniuriam facit, cum nullus poſſideat, d.§.Scæuola, vnde intrat re-
51 gula, † quod mihi prodeſt, nec alteri nocet eſſe concedendum, l.2. §.quamquam, ff.
52 de aqua pluuia arcen. hinc receptum † vbi præcedat titulus habilis ad transferendũ
dominium, & res ad illum peruenit iuſtam eſſe eius poſſeſſionem, vt notatur in l.cum
nemo, ff.de acquir.poſſ. & in l.quedã mulier, ff.de rei vendic. Pereg. in tract. de fideic.
53 art.47.nu.59.verſ. & quia, hinc etiam † occupantem rem aliquam hæreditariam,
hæreditate iacente non incurrere pœnam, l.ſi quis in tanta docuit, Salic. ibid. in 9.
oppoſ. gl. Rip. & alij, quos allegat Couar. lib.3. var. reſol. c.16.nu.7.verſ.hæc preterea,
54 vbi teſtatur de cõmuni licet, licet ipſe à cõmuni diſſentiat, hinc † ligatarium in illis
caſibus in quibus non detrahitur Falcidia, rem legatam hæreditate iacente propria
auctoritate capere poſſe, neq; ſolum ius ſuum non amittere, ſed neq; teneri interdi-
cto quorum legatorum fuit cõiter receptum teſte Hip. Rim. in princ. inſtit. de donat.
qui late diſſerit nu.1395. vbi refert, & reprobat contrarium tenentes quibuſcumq;
rationibus contrarijs occurrẽs, idem tenet Peregr. de fideic. ar.47.nu.6. Hinc tandẽ
55 vniuerſaliter receptum, vt † titulum habens propria auctoritate rem vacantem oc-
cupare poſſit, Dec. conſ.190. in cauſa, col.pen. verſ. ſecundo hic videmus, & conſ.199.
in caſu poſt principium, Idem in l.noſtra, Galiaula in l.Centurio, nu.86.ff.de vulg. &
pup. Neuiz. qui cumulate alios congerit conſ.82. nu.29. facit l.fiſtulas, §.fundum, ff.
de contrah. empt. Peregr. art.48.nu.43. Si igitur vtroque caſu iuſte poſſidet, & cum
titulo ſequitur legitimum eſſe contradictorem, vt ſæpe ſæpius repetitum.

Neq; dicatur titulum ab alio quam teſtatore, aut hærede obtentum eſſe nullum,
56 quia ab eo profectum, qui nullum ius habet tituli concedendi, † quia ſuppoſita bo-
na fide acquirentis, qui crederet illum dominum à quo acquiſiuit, etiam non domi-
57 no iuſtam poſſeſſionis cauſam habet, vnde conſtat † vſucapere eum poſſe, cui ſic ac-
58 cipienti res tradita, vt in princ. Inſtit. de vſucap. cum tamen † iuſta poſſeſſio in vſu-
58 capione ſit neceſſaria ad tradit. in d.princ. Inſtit. de vſucap. & l.1.ff.eod. † accedat
non eſſe neceſſarium verum titulum ad efficiendum legitimum contradictorem, ſed
apparentem ſufficere ad Gabr. conſ.46.lib.1.nu.6. & conſ. anteced.45. nu.25.28.29.

59 Secundò, quia in pari cauſa † melior eſt conditio poſſidentis, §.commodum, Inſti.
de interdict. l.ſiue autem, §.ſi duob. ff.de public. in rem action. facit tex. iuncta gl. in c.
ſi à Sede, de præb. in 6. verum hæres, & contradictor in pari ſunt cauſa quoad titu-
lum, & contradictor poſſidet, ergo &c.

Tertio, quia ita tenuere Iacob. Butrigar. Cyn. & Petr. vt refert Iaſ. licet Natta
conſ. 352. num.1. pro contraria ſententia eos alleget, & nonnulli alij, vt refert hic
Menoch. num.602. verſic. nec aduerſatur.

60 In contrarium † eſt communis ſententia, quam tenuere Azo. hic, vt eum intelle-
xit Alex. nu.23. verſ. aut debuit apertius Bart. nu.20. in fin. Sal. qui Azonem tuetur,
col.7. verſ. vbi autem contradictor, Alex. vbi ſup. & conſ.90. in cauſa, & lite vertẽte,
col.pe. vol.2. nu.8. & conſ.4. nu.30. eod. vol. Iaſ. nu.23. verſ. circa primũ. Corn. nu.36.
Dec n.42. verſ. circa primũ. Zuccar. nu.395. & 396. Guid. Pa. q.132. col.2. verſ. vtrũ
habeat, Nat. conſ.252. num.1. lib.2. Menoch. de adipiſc. remed.4. num.602. Probatur.
61 Primo ex mente Bar. Quia † non excludens ius hæredis agentis non eſt legitimus
62 contradictor † ius.n. metimur ex parte agentis, † Ita, vt ſi agendi ius habeat, neq; per
63 aliquam contradicentis exceptionem corruat, recte intẽtum cõſequatur, ad d. Bart.
in Rubr. ff. forum, de rei vendic. Gomeſ. in §.ſed iſte, Inſtit. de act. nu.26. in fin. pluribus

firmaui

64 *firmani infra hac eadem q.nu.*144. At † allegans titulum ab alio,& poſſeſſionem à ſe
non excludit ius hæredis agentis,ergo &c. Minor probatur nihil.n.horũ facit quin
hæres ſit hæres, & quin teſtator mortis tempore de ſuis bonis diſponere potuerit,
& per conſequens,quin hæres eorum poſſeſſionem conſequi debeat,cum.n.ſuppo-
namus bona fuiſſe à teſtatore tempore mortis poſſeſſa, & ita ſaltẽ apparere de poſ-
ſeſſione,& quaſi dominio defuncti niſi probetur tribuentem titulum verũ fuiſſe do-
minium non infirmatur aliquo modo ius hæredis fundatum in teſtamento non abo-
65 lito,& vera poſſeſſione defuncti quinimo † titulus profectus ab eo de cuius iure nul-
lo modo apparet pro non titulo habetur cum habeat fundamentum à non habente
ius vnde intrat regula, *l.nemo plus iuris, ff.de reg.iur.*

66 Secundo ex mente *Caſtrenſ.* quia † poſſeſſio vitioſa non facit contradictorem, ta-
67 lis eſt hæc poſſeſſio † cum non licuerit eam capere propria auctoritate, ne quidem
vacantem ad tradita per *Caſtrenſ. qui allegat, l.ſi ex ſtipulatione, ff.de acquir.poſſeſ.
cum ibi notatis,& Bart.in l.cum quærebatur, quæ eſt finalis ſupra vnde vi, col.penul-
tima, ibi quæro vtrum.*

68 Confirmatur † quia etiam ſi ante aditam hæreditatem fuerit poſſeſſio occupata;
ſemper tamen perinde eſt, ac ſi poſt aditionem occupata fuiſſet, dummodo ab hæ-
69 rede fuerit hæreditas aliquando adita lite pendente; † fingitur enim adita tempore
70 mortis *l.hæreditas quandocumque, ff.de acquir.hered.* & ſic ante occupationem, † ita
vt occupatio ſemper pro violenta habeatur quaſi facta plena iam poſſeſſione, Et
quamuis poſſeſſione vere non fingatur acquiſita tempore mortis, licet fingatur hæ-
71 reditas adita, † cum poſſeſſio non ſequatur aditionem, ſed ſit per ſe capiẽda, *l.cum
hæres, in princ.ff.de acquir.her.l.1.§.Scæuola, ff ſi quis teſtam. Peregr.de fideic.art.*
48.*nu.*1. hoc nihil facit, ſufficit.n.ius adipiſcendæ poſſeſſionis quæſitum fingi, quod
72 in conſequentiam fictæ acquiſitionis hæreditatis venit † non ſolum.n.violentus eſt
poſſeſſor, qui plenam poſſeſſionem occupat, verum etiam, qui vacantem quando nõ
habuit titulum ab habente ius illud concedendi, & poſſeſſio ad alium ſpectat ita pro-
cedit *tex.in l.cum quærebatur, C.unde ui*, in quo poſſeſſionem vacantem occupans
73 punitur pœna *legis ſi quis in tanta, C.unde ui*, † quæ procedit in occupante, vel ſine
titulo, vel cum titulo nullo, poſſeſſionem ad alium pertinentem, vt concilietur cum
alijs ſuadentibus habentem titulum, poſſeſſionem vacantem occupare poſſe de qui-
bus ſupra in primo argumento contrariæ ſententiæ.

74 Tertio ex *Saliceti* ſententia, quia publiciana non competit ei, qui tali titulo rem
75 acquiſiuit abſque traditione, *l.ſiue autem, §.1.ff.de public.in rem act.* † cum tamen
hæredi adita hæreditate etiam poſſeſſione non apprehenſa competat, vt notatur *in
l.ſunt, & aliæ, & l.quicumq; in prin.ff.de public.* ideo inferendum hęredem præfer-
ri ei, qui ſolo titulo rem acquiſiuit abſq; traditione. Et quamuis *Zuccard.* & poſt eũ
76 *Menoch.* reſpondeant † publicianam poſſeſſionem non acquiſitam per traditionem
competere hæredi quando ex perſona defuncti; qui rem poſſidebat, eam intentat
77 ſecus ſi ex ſua propria perſona, † vt de eadem publiciana in perſonam fideicommiſ-
ſarij quando in eum dominium ſine traditione tranſit docuit *Bart. in l.ſi ſponſus, §.
is cui, ff.de pub.in rem act. & cum Bart.ſenſerunt Alex.conſ* 98.*nu.*8.*lib.*2. *Iaſ.in §.
ſed iſti, Inſtit.de act.nu.*35. *Ruin.conſ.*54.*nu* 36.*lib* 4. non tamen argumentum tol-
78 lunt ſemper.n. † hæres quando vt hæres agit ſuſtinet defuncti perſonam, quinimo
cenſetur vna, & eadem perſona cum defuncto, *§.1. in Auth.de iur.iur. à morient.
præſtito, l.hæredem, ff.de reg.iur.* vnde cum agamus de hærede, vt tali, conſequens
eſt, vt dicamus tanquam hæredem ſemper habere potiora iura, non res ita in fidei-
79 commiſſario procedit, † is.n. non repreſentat perſonã defuncti, ideo etiam, vt fidei-
commiſſarius agẽs niſi data opera ex perſona defuncti agat in propoſita actione nõ
obtinet, idem eſſet in hęrede ſi non, vt hæres, ſed ſimpliciter, vt Titius, aut Sempro-
nius ageret quo quidem caſu fateor legis noſtræ beneficium non competere.

Quarto,

80 Quarto, quia † res inter alios acta, alijs nocere nõ debet *Rubr. & tit. res inter alios*
acta, l. ſæpe, vbi DD. ff. de re iudic. c. pen. vbi DD. ext. eod. Dec. in l. 2. nu. 44. C. de edend.
& ibi Ripa, nu. 26. Fulgoſ. conſ. 209. Duob. fratrib. in prin. nu. 2. faciunt tradita à Ro-
mano conſ. 157. honorabilis col. 2. verſ. ſecundo quia, & à Io. de Imola conſ. 44. num. 5.
verſ. circa tertium. Anch. conſ. 21. in princ. Surd. deciſ. 209. nu. 9. ergo conceſſio tituli
rei non ſpectantis ad concedentem, ſed hæreditariæ, & occupatio poſſeſſionis facta
à contradictore tamquam res inter alios acta non poterit præiudicare hæredi quo-
minus ius ſuum exequatur.

Quinto ex mente *Salic. hic col. antepen. verſ. ſancimus, & Natta conſ. 352. num. 1.*
81 *vol. 2.* Quia hic qui † titulum, & poſſeſſionem mortuo teſtatore obtinuit non poteſt
contradicere hæredi ſcripto, nec ratione poſſeſſionis, nec ratione tituli, non quidem
poſſeſſionis, quia anterior eſt poſſeſſio defuncti ratione cuius petit hæres mitti in
poſſeſſionẽ, non ratione tituli, quia anterior eſt titulus hæredis ſcripti quandocum-
que adiuerit hæreditatem, quia ſemper in primo inſtanti poſt mortem fingitur adi-
uiſſe, adeat quandocumque, *l. hæres quandocumque, ff. de acquir. hæred.*

Neq; reſpõdeatur poſſeſſionẽ quidem defuncti eſſe anteriorem poſſeſſioni huius
82 cõtradictionis, verum iam extinctam, † quia mors omnia ſoluit, *§. deinceps, in Auth.*
83 *de nuptijs,* † neq; acquiritur hæredi ea, quæ fuerat defuncti, ſed noua † eſt. n. poſſeſ-
84 ſio quid facti, † quod non egreditur perſonam facientis, † vnde hæres ſi actu poſſeſ-
85 ſionem non acquirat non dicitur poſſidere, *l. cum hæres, in princ. ff. de acquir. hær. l. 1.*
86 *§. Scæuola, ff. ſi quis teſtam. liber.* quod verum etiã ſi eſt ſuus hæres, *Bald. in d. §. Scæ-*
uola, nu. 2. vbi inquit, quod licet exiſtentia ſui hæredis faciat filium hæredem, & do-
minium, non tamen facit poſſeſſorem, ideo poſſeſſio hæredis alia eſt à poſſeſſione
defuncti, *idem Bald. in Auth. defuncto, nu. 4. 5. & 6. C. ad Treb. Peregr. de fideic. art. 4.*
num. 1. Reſponſio enim in promptu eſt poſſeſſionem defuncti attendendam, non
vero hæredis, eamque hæredi prodeſſe, cuius intentio fundatur in teſtamento non
abolito, & dicta defuncti poſſeſſione, quinimo ſi poſſideret hæres, quia poſſeſſio de-
functi in illum tranſiret non eſſet huic beneficio locus, cum ſit acquirendæ, vt ſæpius
repetitum, non vero recuperandæ.

Sexto, quia ſi is à quo titulum obtinuit poſſediſſet, non fuiſſet legitimus contra-
dictor, ergo neq; iſte poſſidens, conſequentia tenet ob regulam *l. nemo plus iuris, ff.*
87 *de reg. iur.* Antecedens probatur, † quia poſſidens ſine titulo non eſt legitimus con-
tradictor, quando poſſeſſionẽ mortuo teſtatore obtinuit, vt ſupra *q. 4. num. 60.* Ideo
quemadmodum illius poſſeſſio fuiſſet vitioſa, & aduerſus eam competiiſſet hoc be-
88 neficium ita eſt dicendum in ſucceſſore † quoad poſſeſſionem, quia tranſit cum ſuo
89 vitio, facit quia in ſimili † actio ſpolij tranſit contra quoſcũq; hæredes ſpoliantis ad
quos poſſeſſio peruenit cum ſua cauſa, & ſic cum vitio ſpolij, *Ripa in c. ſæpe, nu. 19.*
& 28. de reſtit. ſpol. idem in l. 1. § ſi hæres, nu. 9. ff. ad Treb. Guid. Pap. deciſ. 629. Put.
deciſ. 28. de reſtit. ſpol. & 151. lib. 3. Mohed. deciſ. 40. alias 2. de reſtit. ſpol. Anton. Aug.
in Epitome tituli de reſtit. ſpol. § 3. & fuit dictum in vna Hiſpalen. & Corduben. præ-
ſtimoniorum 28. Februarij, 1600. coram Illuſtriß. Lancellotto.

90 Ad primum reſpondendum † non ſemper iuſtam poſſeſſionem legitimum facere
contradictorem, ſed ſimul neceſſarium eſſe titulum excluſiuum iuris hæredis, vtcũ-
que enim vnus bona fide poſſideat, ſi conſtet alium potiora habere iura ille eſt præ-
ferendus, vt dictum *in primo argumento negatiuæ ſententiæ.*

Secundo reſpondendum falſum eſſe poſſeſſionem noſtri contradictoris iuſtam
eſſe, vitioſam enim probauimus *in 2. arg. pro negatiua* ex ſententia *Caſtrenſ.* nihil
91 facit † poſſeſſionem adeptam non impugnante poſſeſſore iuſtam eſſe *ad l. minus in-*
ſtitutus. ff. de acquir. poſſeſſ. nam hoc verum quando poſſeſſor ille iuſte poſſidebat
92 ſecus ſi ille quoq; cum vitio, tranſit. n. cum ſuo vitio, *vt in 6. arg. dictum* † Neque ẽt
quidquam facit poſſeſſionem vacãtem poſſe eum qui titulum habet iuſte occupare:

ad late in argumento deducta, id enim intelligendum non ſolum de poſſeſſione omnino vacante ita vt ne animo quidem retineatur iuxta ea, quæ dicam *infra, ar.6.* huius quæſtionis in reſponſione ad contraria, verum etiam ſuppoſita validitate tituli profecta ab habente ius tituli concedendi, vt exempla in argumento propoſita indicant, *& allegati Doctores* loquuntur, ſi eorum dicta bene animaduertantur titulus enim inualidus, & nullus nullum operatur effectum, *l. eius qui in prouincia, ff. ſi*
93 *certū petatur*, † habitus autem à non domino pro certo eſt nullus ſaltem ſi compa-
94 retur cum vero titulo hæredis, † & quamuis huiuſmodi titulus in vſucapione videatur ſufficere, vt in argumento dictum, tamen hoc verum quando ei fuit coniuncta traditio, ita vt non propria auctoritate poſſeſſionem fuerit nactus, qui titulum
95 obtinuit *ad l. ſiue autem*, §.1. *ff. de publicia. in rem act.* † præterquam quod hoc tempore non ſufficit bona fides poſſeſſoris, niſi etiam concurrat bona fides auctoris, *Auth. malæ fidei, C. de praſcrip. longi temporis, c. vigilanti, & c. vlt. de praſcrip.* Conſtat autem non eſſe in bona fide, qui rem in aliena hæreditate repertam alteri, aut vendit, aut donat, addamus illud in vſucapione procedere poſſe ob eius fauorem, ne rerum dominia maneant in incerto ſecus in re noſtra vbi non eſt fauorabile hæ-
96 redem à poſſeſſione rerum hæreditariarum excludi, ſed totum oppoſitum, cum † intererſit reipublicæ, vt ſuprema hominum elogia quam facilime ſuum effectum conſequantur, *l. vel negare, ff. quemadmodum teſtam. aper.* Quamuis etiam ſufficiat titulus apparens ad excludendam immiſſionem, *ex l. noſtra hoc nihil facit*, non enim dicitur apparens, quod nullum eſſe conſtat præterea ad intelligendum de apparen-
97 te † qui ſi verus eſſet ius hæredis excluderet, ſecus in eo, qui etiam verus non excludit, *vt dixi in primo argumento pro negatiua.*

Ad ſecundum reſpondendum in pari quidem cauſa meliorem eſſe conditionem poſſidentis, at nos non eſſe in pari cauſa cum cauſa hæredis ſit fundata in anteriori titulo nempe inſtitutione, & in anteriori poſſeſſione defuncti, vt dictum *in 5. argum.* præterquam quod titulus hæredis proficiſcitur, aut à vero domino, aut ſaltem à quaſi domino, qui profecto tempore mortis poſſidebat, titulus vero contradictoris, vel à prædone qui nempe ſine titulo rei hæreditariæ poſſeſſionem occupauit *ad l. fin. C. vnde vi*, vel à nullo modo poſſidente, aut detinente; ita vt omnino conſtet non eſſe in pari cauſa, quod etiam ſatis opportune apparet *ex tertio argumento ſupra propoſito* pro negatiua.

Ad tertium reſpondendum auctoritatibus præfatorum iuris peritorum præpollere maiorem aliorum numerum, & rationes pro contraria ſententia allatas.

SVMMARIVM quinti Articuli.

98 *Poſſeſſio vitioſa tranſit cum ſuo vitio.*

99 *Contradictor legitimus eſt, qui titulum ab hærede, poſſeſſionem a tertio obtinuit.*

100 *Poſſeſſor iuſtus legitimus eſt contradictor.*

101 *Exceptio aduerſus eum competit agentem aduerſus quem poſſidentem competit actio.*

102 *Dominium eiuſdem rei poteſt ad vnum ſpectare, poſſeſſio ad alium.*

103 *Poſſeſſionem occupatam ab occupatore iuſte accipit, qui vacantem propria auctoritate accipere poterat.*

104 *Volenti, & conſentienti non fit iniuria.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando titulum ab hærede, poſſeßionem à tertio mortuo teſtatore obtinuit.

Videtur dicendum non eſſe legitimum contradictorem, cum.n.titulum ab vno poſſeſſionem ab alio obtinuerit, videtur vitioſe poſſidere. Aut enim crediderit dominum hæredem à quo titulum habuit, & ſciebat rem non ſpectare ad eum à quo
98 poſſeſſionem obtinuit, vnde poſſeſſio vitioſa, † Tum quia tranſit cum ſuo vitio, vt dictum ſuperiori articulo, in 6.argumento. Tum quia mala fide accipitur, nempe à ſciente rem non ſpectare ad tradentem, Aut verò credidit rem eſſe eius à quo poſſeſſionem obtinuit, & tum pro certo habebat nō eſſe dominum eum, à quo titulum, cum duo non dentur eiuſdem rei domini inſolidum, *l.ſi vt certo, §.ſi duobus vehiculum, ff.commodati.*

99 Iû † contrarium eſt veritas † quia legitimus poſſeſſor, eſt optimus contradictor,
100 vt ſæpius ex textu noſtro repetitum, legitimum autem poſſeſſorem cum eſſe conſtat, qui, & poſſidet, & opportunum habet poſſidendi titulum.

101 Secundo, quia certum eſt re ab hærede obtenta futurum, † vt aduerſus eum competat actio ei qui ab eo titulum obtinuit, qualis ex tali titulo competit, vnde obſtat regula, *l.vindicantem, ff.de euict. & reg.dolo facis, de qua alibi.*

102 Ad contrarium reſpondetur, † rem poſſe ad vnum ratione dominij ſpectare, ad alium ratione poſſeſſionis; ideo qui ab vno titulum, ab alio poſſeſſionem obtinet, non tamen aut titulum habere cum mala fide, aut poſſeſſionem.

Secundo quamuis forte mala fide poſſideat, & ita directe non excludat hæredē, indirecte tamen excludere per *d.legem vendicantem, & d.l.dolo facis.*

Tertio reſpondendum, quemadmodum habens titulum ab hærede propria auctoritate poſſeſſionem vacantem capere poteſt, vt in ſequenti artic. hic ita ex con-
103 ceſſione poſſidentis, eandem capere poſſe, quando à tertio poſſidetur, non † enim mala fide poſſeſſionem occupatam ab occupatore quis accipit, quam vacātem propria auctoritate accipere poteſt, nulli enim iniuriam facit, non occupatori, quia is
104 eam concedit, & ſic conſenſit, † volenti autem, & conſentienti non fit iniuria, *l.1. §.vſque adeo ff.de iniur.l.cum donation.C.de tranſact.c.ſcienti, vbi gloſ. de reg.iur. in 6.l.nemo videtur fraudare, vbi gloſſ. Dec. & Cagnol.ff.eod.* non ei à quo titulum obtinuit nempe hæredi, quia ſi re vacante nullam faceret iniuriam occupans, vt ſupra conſequens eſt, vt neque iniuriam faciat dum ab alio detinetur, ſi ab occupante accipiat, cum nullum maius ius habeat hæres ne ab alio occupata, quā ſi vacās eſſet.

SVMMARIVM
ſexti Articuli.

105 *Titulum habens ſi non ab eo à quo titulum habet poſſeſſionem obtineat, ſed à ſe ipſo prædo eſt.*

106 *Ius ſibi in ſua cauſa dicere non licet.*

107 *Poſſeßionem ab alio detentam etiam cum titulo occupans prædo eſt.*

108 *Hæreditariam rem occupans dicitur hæreditatem expilare.*

Contrarium infra num. 118.

109 *Contradictor legitimus eſt, qui titulum ab hærede poſſeßionem à ſe obtinuit.*

Declara, vt non directe vi ſuæ poſſeſsionis poßit excludere hæredem, ſed indirecte per exceptiones, euictionis, circuitus, euitandi, & doli mali, vt nu. 115.

110 *Exceptio contra agentem competit, contra quem poſsidentem competeret actio.*

111 *Factum impugnare non debet, qui aduerſus alios illud defendere tenetur.*

Agere

112 *Agere illud nemo debet, qui alium facientem prohibere tenetur.*
113 *Circuitus inutiles ſunt euitandi.*
114 *Dolo facis, exceptio admittitur aduerſus legis noſtræ beneficium.*
116 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*
117 *Poſſeſſionem plenam ingrediens à iure ſuo cadit.*
118 *Hæreditas iacens fingitur poßidere in quantum ſpectat ad vſucapionem cœptam perficiendam non verò ſimpliciter.*
119 *Poſſeßio in hæreditate iacente dicitur vacua.*
120 *Poſſeßionem rerum hæreditariarũ ingrediens non incurrit pœnam, l. ſi quis in tanta, C. vnde vi, & l. non dubium de legat.*
121 *Pœna l. ſi quis in tanta, & l. non dubium habent locum in plena poſſeßione non vacua.*
122 *Remedium l. fin. C. vnde vi eliditur per exceptiones doli mali, euictionis, & circuitus inutilis.*
123 *Pœna l. fin. C. vnde vi punit occupantem poſſeßionem vacantem.*
124 *Declara, vt habeat locum in vacua quantum ad corpus, & naturalem detentionem, non verò quantum ad animũ, & ciuilẽ, ſecus ſi vtroq; modo vacet, & animo, & corpore.*
125 *Pœna l. ſi quis in tanta, habet locum in occupante poſſeſsionem vacantem, agitur enim conditione ex l. fin. C. vnd. vi ad pœnam eius.*
126 *Non tamen habet locum in occupante rem aliquam hæreditatis iacentis.*
127 *Furtum cadit in rebus ob domini abſentiam vacantibus non tamen in rebus hæreditarijs.*
128 *Pœnam l. non dubium, C. de legat. nõ habet locum quando res legatæ fuerunt occupatæ hæreditate nõ adita.*
129 *Legatis rebus ante aditam hæreditatem à legatario occupatis locus eſt interdicto, l. 1. ff. quorum legat.*

ARTICVLVS SEXTVS.

Quando titulum ab hærede, poſſeſsionem à ſe obtinuit.

Videtur dicendum non eſſe legitimum contradictorem ad impediendam immiſſionem, licet in petitorio poſtea poſſit obtinere.

Probatur, quia poſſeſſor non legitimus, non eſt legitimus contradictor, at qui ẽt
105 † ſi titulum ab hęrede haberet, poſſeſſionẽ non ab eo, ſed propria auctoritate occupauit non eſt legitimus poſſeſſor, ſed prædo, *l. ſi ex ſtipulat. ff. de acq. poſſ.* ergo non eſt legitimus contradictor. Faciunt tradita in 2. argum. ſuperioris artic. pro negatiua.
106 Secundo, quia † non licet ſibi ius dicere in ſua cauſa, vt ſupra C. ne quis in ſua cauſa, ius dicat in rubro, & nigro, *l. ſi quis in tanta, C. vnde vi.* Qui autem habens titulũ ab hærede propria auctoritate poſſeſſionem occupauit ſibi dixit ius in ſua cauſa, ergo &c. Confirmatur quia quando obtinuit poſſeſſionem iſte contradictor, aut hæres iam adiuerat hæreditatem, & poſſeſſionem obtinuerat, aut hæreditas erat iacẽs,
107 † ſi primum conſtat hoc pacto acquirentem poſſeſſionem eſſe ſpoliantem, vt dictum in 1. arg. *per l. ſi ex ſtipulat. ff. de acquir. poſſ. & facit d. l. ſi quis in tanta in verbo ui.*
108 † Si ſecundum, quia hæreditas iacens dicitur poſſidere, *l. heres, & l. captam, ff. de vſucapion.* ſequitur, vt hæreditas expilata, ſeu ſpoliata habeatur, quamobrem conſtat hunc contradictorem ſemper iniuſte, & ſpoliatiue poſſidere.
109 Contrarium † eſt verius, quod probatur vulgatiſſimis quidem rationibus, & triſtiſſimis, quæ tamen euitari nequeunt.

110 Primo, quia † contra quem poſſidentem competit actio contra eundem vendicā-
tem competit exceptio, *l. vendicantem, ff. de euict.* vbi dicitur improbe eũ agere, qui
rem à ſe diſtractam euincere conatur, facit *tex. in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb.*
111 vbi habetur † non eſſe ei permittendum impugnare factum, qui illud aduerſus alios
112 defendere tenetur ad idem confert, *l. altius, ff. de ſeruit. & aqua,* vbi habetur † ne-
minem illud committere debere, qui alium facientem prohibere deberet, certum
eſt autem contra hæredem competere actionem ex titulo ab eo obtento, puta dona-
ti, ſi donauit, venditi ſi vendidit, eandemque rem à ſe diſtractam in caſu noſtro me-
diante hoc beneficio euincere, ergo &c.
113 Secundo quia † circuitus inutiles ſunt euitandi, *l. dominus, ff. de condit. indeb.*
DD. in l. quod tempore, C. de reſtit. milit. & nos alibi late diximus.
114 Tertio, quia † obſtat hęredi petenti immiſſionem regula dolo facis. *l. doli, ff. de do-*
li excep. l. doli, ff. de reg. iur. quam aduerſus hoc beneficium habere locum late pro-
bauimus *in quæſt. 10. num. 138.*
Ad contraria omnia vna reſponſione occurrendum, admiſſo poſſeſſionem eſſe vi
115 tioſam, † & ſic poſſeſſorem directè vi ſuæ poſſeſſionis non poſſe excludere hæredẽ,
poſſe tamen indirecte per exceptiones tres antea propoſitas, nẽpe euictionis, circui-
tus euitandi, & doli mali. Si dicatur has regulas non habere locum in ſpoliato ob
116 regulam, † ſpoliatum ante omnia reſtituendũ, *c. literis & c. conquerente, ext. de reſt.*
ſpol. c. nullus 2. q. 2. l. ſi quis ad ſe fundũ, C. ad l. Iul. de vi, l. coloni, C. de agric. & cẽſit.
l. ſi quis emption. §. ſed hæc ſuper illis, C. de annal. except. reſpondendũ primo aliud
eſſe ſi intentet actionem ſpolij, aliud ſi remedium legis noſtræ, Secundo reſponden-
dum actionem ſpolij habere locum, quando hæres poſſeſſionẽ obtinuerat, quo caſu
117 admittimus contrariam ſententiam tanto magis, quia hoc modo † plenam poſſeſ-
ſionem ingrediens à iure ſuo cadit, *d. l. ſi quis in tanta, inf. vnde vi, & l. non dubiũ,*
118 *C. de legat.* ſecus poſſeſſione nondum ab hærede obtenta † animaduertendum eſt in
hæreditatem iacentem nõ ſimpliciter fingi poſſidere, Sed tantummodo ſecundum
quid, nimirum in quantum ſpectat ad vſucapionem cęptam perficiendam, vt docuit
Sali. hic ſub nu. 19. verſ. nec etiam obſtat, quod hereditas, & Coraſ. li. 6. Miſcellaneo-
rum iuris, c. 12. nu. 2. Menoch. de recup. poſſ. rem. 13. nu. 46. & probatur neceſſario per
119 iura aſſerentia † in hæreditate iacente poſſeſſionem eſſe vacuã, *l. nunquam. §. vacuũ,*
& ibi gl. in verb. poſt aditam de vſucap. l. 1. §. Scæ. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer.
& quia leges aſſerentes hæreditatem poſſidere ſunt, *in tit. de uſucap.* vnde intelligẽ-
120 da ſecundum ſubiectam materiam, hinc fit, vt † talem poſſeſſionem propria aucto-
ritate ingrediens non incidat in pęnã, *l. ſi quis in tanta inf. unde ui, & l. non dubiũ*
121 *de leg.* † habent. n. locum in plena, non in vacua poſſeſſione, vt ex eorum lectura ap-
paret, & fatetur *Iuſtinian. in l. fin. C. vnde vi, in princ.* Quod ſi forte dicatur compe-
tere hæredi remedium, *d. l. fin. C. vnde vi,* quo veniunt illi, ad quos cum ſpectaret poſ
122 ſeſſio vacans, tamen ab alio fuit occupata replicatio erit aduerſus † hoc remedium
nõ minus obſtare propoſitas exceptiones, & doli mali, & euictionis, & circuitus inu-
tilis quas in poſſeſſorijs quoq; locum habere ſup. probauimus. Quod ſi dicatur has
exceptiones ceſſare, quia obſtat replicatio amiſſionis iuriũ ſuorũ iuxta diſpoſita *in*
123 *d. l. fin. C. unde ui* † in qua eadẽ pœna imponitur occupanti poſſeſſionẽ vacantẽ, quæ
occupanti plenam imponitur, *d. l. ſi quis in tanta.* Rñdendũ replicationẽ non habere
124 locũ, quia *d. l. fin.* † vt ipſe opinor loquitur quidẽ in poſſeſſione vacua quãtũ ad cor
pus, & ita quãtũ ad naturalẽ, non vero quãtũ ad aĩum; loquitur. n. de vacãte per ab-
ſentiã cũ certũ ſit abſentem aĩo poſſidere, *l. peregre, ff. de acq. poſſ.* colligiturq. ex illis
verbis textus; alienas res, vel poſſeſſiones in quib. ſupponitur poſſeſſionẽ rei occupa-
tæ alienam fuiſſe, & ibi quod ſuum non eſt hoc ad alios modis omnibus pertinere,
& ita etiam quoad poſſeſſionem qua de re aliquanto latius agam *inf. in q. 9. nu. 41.*
quamobrem, cum res hæreditariæ nondum adita hæreditate à nullo poſſideantur,
vt

vt iam ſtatuimus, conſtat dictæ legis pœnam ceſſare hinc factum, vt quamuis rece-
125 ptum ſit † pœnam legis *ſi quis in tanta* habere locum in occupante poſſeſſionẽ vacantem gloſſa *in d.l. in verbo apud, & ibi Iacob. Butrigar. col. 1. poſt med. verſic. ſed quid ſi poſſeſſio*, vbi admonet, quod licet pœna, quæ imponitur *in l. ſi quis in tanta* ſit repetita *in l. cum quærebatur*, quæ eſt *finalis, C. vnde vi*; tamen contra inuadentẽ poſſeſſionem vacantem non dari conditionem, *d.l. ſi quis in tanta*, quæ de poſſeſſione vacante nihil diſponit, ſed agendum eſſe conditione *ex l. finali ad pœnam d. l. ſi*
126 *quis in tanta*, † nihilominus illud quoque receptum eandem pœnam non habere locum in occupante rem aliquam hæreditatis iacentis ob eam rationem, quia nulli fit iniuria, *arg. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. liber. Alberic. in d.l. ſi quis in tanta, poſt nu. 2. in prima oppoſit. C. vnde vi, & ibid. Salic. nu. 1. in 9. oppoſit. Gloſſa, Ripa, & alij quos allegat Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 16. nu. 7. verſ. hic præterea*, vbi teſtatur de cõ-
127 muni licet ipſe à communi diſſentiat, *Farinac. q. 125. nu. 139.* † hinc fit, vt quamuis in rebus ob domini abſentiam vacantibus furtum fiat, vt probat *d.l. fin.* ibi cum talis diſpoſitio in furto; &c. non tamen fiat in rebus hæreditarijs hæreditate iacente *ad*
128 *trad. per Farinac. q. 125. nu. 139.* facit ſimile legatorum † in quibus non habet locum pœna, *l. nonnandum, C. de legat.* quando fuere occupatæ res legatæ hæreditate
129 non adita, † ſed habet locum interdictum, *l. 1. ff. quorum legatorum*, quod etiam ceſſat, vbi non dantur detractiones.

SVMMARIVM ſeptimi Articuli.

130 *Contradictor legitimus eſt, qui cum titulo poſſidet.*

131 *Interdictum adipiſcendæ non datur contra titulo poſſidentem.*

132 *Poſſeſſionem vacantem propria authoritate ingreditur, qui tit. habet.*

133 *Maximè ſi habeat hæredis titulum.*

134 *Poſſeſſionem qui propria authoritate capere poteſt quemcumq; alium ab ea obtinenda rectè excludit.*

135 *Contradictor legitimus non eſt qui titulum ab hærede obtinuit, & poſſeſſionem à ſe ipſo ſi veniat contra fideicommiſſarium quando ei hoc beneficium competit.*

136 *Iura hæreditaria purificata cõditione fideicommiſſi lege transferente in pia loca tranſeunt.*

137 *Legis noſtræ beneficium competit fideicommiſſario ſi ſit cauſa pia; & cuicumque fideicommiſſario in quẽ tranſlatæ ſunt vtiles actiones.*

138 *Contradictorem non facit titulus ab hĩrde poſt mortẽ teſtatoris obtẽtus.*

139 *Siue ſit inter viuos, ſiue ſucceſſio ab inteſtato.*

140 *Succeſſio teſtamentaria facit ceſſare cauſam inteſtati.*

141 *Hæres non poteſt contra factum defuncti venire.*

142 *Contradictor non fit, qui non habet titulum excluſiuum iuris prætendentis immiſſionem.*

143 *Hæres fideicommiſſum ſui authoris infirmare nequit.*

144 *Titulus ipſo iure nullus, & qui talis ab initio apparet nõ facit poſſeſſorem legitimum contradictorem.*

145 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

146 *Nulla quæ ſunt nullum operantur effectum.*

147 *Poſſeſſio etiã ex authoritate Iudicis adepta ex cauſa nulla eſt inanis.*

148 *Hæres hæredis grauati poteſt impedire fideicommiſſarij immiſſionem ſub prætextu Falcidiæ, aut Trebellianicæ detrahendæ.*

149 *Fallit tamen in fideic. ad pias cauſas.*
150 *Pater in caſu non exiſtentiæ liberorum poteſt filiæ ſubſtituere in omni eo quod excedit dotem deſtinatam etiam ſi dos minor reperiatur quam legitima ipſa ſit.*
151 *Legitima poteſt, & in quantitate, & in tempore à ſtatuto minui.*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Quando titulum ab hærede obtinuit, & poſſeſſionem à ſe ipſo, venit autem ad contradicendum fideicommiſſario ab eodem teſtatore vocato à quo inſtitutus hæres, cui hoc beneficium competit, quia forte iura hæreditaria in eum translata...

PRo faciliori expoſitione facti ſpeciem proponamus, ſit autem hæc; Teſtator inſtituit fœminam, eidem per fideicommiſſum ſub conditione mortis loca pia ſubſtituit; hæc nupſit viro, acei in dotem conceſſit bona fideicommiſſo ſubiecta, mox ſine agnatis, aut cognatis mortua, ita vt vir habeat titulum dotis ab hærede grauato, & ſucceſſionis ab inteſtato per bonorum poſſeſſionem vnde vir, & vxor mortua filia, & hærede, & ſic purificata conditione fideicommiſſi veniunt pia loca ad petendam immiſſionem nomine fideicommiſſi; contra vero maritus poſſeſſione propria auctoritate obtenta fundata tam in titulo dotis, quàm in titulo ſucceſſionis, vnde vir contradicit immiſſioni. Quæritur an ſit legitimus contradictor.

130 Videtur dicendum eſſe legitimum contradictorem, quia † poſſidens cum titulo,
eſt legitimus contradictor, *Zuccar. hic num. 334. Menoch. de adipiſc. rem. 4. nu. 565.*
131 *Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend.* vnde receptum † interdictum adipiſcendæ non dari cō-
tra titulo poſſidentem ad trad. ſupra in hac *quæſt. art. 1. in princ.* At hic poſſidet cum
titulo etiam duplici nempe, & dotis, & ſucceſſionis ab inteſtato, ergo &c.

Secundo, quia habens titulum ab hærede, & poſſeſſionem à ſeipſo eſt legitimus contradictor, vt ſupra in 5. artic. ſi tamen vacantem obtinuit, & bona fide, ergo &c.

132 Tertio, quia † ſi habens titulum poſſeſſionem vacantē propria auctoritate ingre-
di poteſt, & non eſt poſſeſſio vitioſa, vt ſupra docuimus pluribus, potiſſimum *ex Ne-*
133 *uiz. conſ. 82. nu. 29. Peregr. art. 48. nu. 43.* vbi id pluribus confirmat † multo magis
habens titulum hæredis in quo pro certo illud communiter receptum, vt poſſeſſio-
nem vacantem ingredi poſſit propria auctoritate, *l. cum heres, ff. de acq. poſſ. Bart. in
l. noſtra, nu. 16. Bald. nu. 3. Dec. nu. 4. Zuccar. nu. 107. Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper
rebus, nu. 27. in fine, ff. de re iud. Henric. Boic. in ſuis ſingularib. tit. auctor. licentia, &
conſenſu Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 69. Hartma. c. 5. tit. de hæred li. 2.* & pluries alibi
firmauimus, & ideo hanc auctoritatem potuit in alium transferre. Qui autē propria
134 auctoritate † poſſeſſionem capere poteſt quemcumq; alium à poſſeſſione obtinenda
excludit, ne duo dētur poſſeſſores inſolidū cōtra vulgatiſſimā *l. ſi vt certo, §. ſi duob.
vehiculum, ff. commodati, l. duo, ff. de precario, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ.*

135 In † contrarium eſt veritas, quæ probatur. Primo, quia certi iuris eſt purificata
136 conditione fideicommiſſi † in pia loca ipſa lege transferente iura hæreditaria eſſe
tranſlata, *§. qui autem pro redemptione in Auth. de Eccleſ. tit. l. vlt. vbi gl. & Doct. in
verbo relictorum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Alexan. conſ. 4. num. 16. lib. 2. Iaſ. conſ. 214.*
137 *nu. 3. lib. 2. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 39.* † & ideo ad illorum fauorem
locum eſſe beneficio legis noſtræ, competit enim etiam fideicommiſſarijs vniuerſa-
libus quando in eos tranſeunt vtiles actiones ad ea, quæ habentur *in l. penult. §. fin.
C. ad Treb. Bart. in l. noſtra, nu. 9. Rimin. conſ. 288. nu. 7. lib. 2. Aret. conſ. 37. in fine,
Rub. conſ. 68. Menoch. de adipiſcen. remed. 4. num....*

138 Secundò, † quia non ſufficit habere titulum ab hærede poſt mortem teſtatoris ad
tradita communiter, *in l. noſtra Ruin.conſ.45.nu.11.in fin.lib.1. Afflict.decif.119.*
139 *num.6. Couar.pract.quaſt.cap.12.num.3.* † quod non ſolum habet locum in titulo
inter viuos, nimirum dotis, de qua in caſu noſtro, verum multo magis in titulo ſuc
140 ceſſionis ab inteſtato, cum enim agat fideicommiſſarius prętēdens vi † ſucceſsionis
teſtamentariæ, facit ceſſare cauſam inteſtatæ ſucceſsionis, *l.quamdiu, ff.de acquir.
hæredit. l.quamdiu, ff.de reg.iur.* Ratio autem quare non ſufficiat habere titulum
141 ab hærede, eſt quia † hæres non poteſt venire contra factum defuncti, *l.cum à ma-
tre, C.de rei vendicat.*

142 Tertiò, quia † non habens titulum excluſiuum iuris pretendentis immiſsionem
non eſt legitimus contradictor ad tradita hac eadem quæſt.num.61. at titulus habi
143 tus ab hærede non facit ceſſare ius fideicommiſsi, quia non poteſt † hæres fidei-
commiſſum infirmare, *ad princip. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæreditatibus*, er-
go &c.

Quartò, quia in facti ſpecie ſupra propoſita ita fuit deciſum *à Rota in vna Bo-
non. fideicommiſsi de Roncho 16. Ianuarij 1589. coram Comitulo.*

Ad primum reſpondendum habentem titulum, & poſſeſsionem eſſe legitimum
144 contradictorem, † quando titulus non eſt ipſo iure nullus, aut ſaltem id non appa
ret, ita vt in dubio validius ſit præſumendus; ſecus ſi ab initio nullus appareat, vt in
re noſtra, probato enim fideicommiſſo, & poſſeſsione defuncti fideicommittentis,
conſtat non potuiſſe ab hærede grauato aliquem titulum opportunum concedi,
quia fideicommiſsi exequutio purificata conditione retardaretur, quod abſurdum
145 cum † non poſsit venire hæres contra factum defuncti, vt ſupra dictum dicta *l.cum
à matre, C. de rei vendicat.*

Ad ſecundum reſpondendum habentem titulum ab alio, & poſſeſsionem à ſe,
146 eſſe legitimum contradictorem, ſi verè titulum habeat validum, ſecus ſi † nullum,
quæ enim nulla ſunt, nullum operantur effectū, *l.eius qui in prouincia, ff.ſi cert.pet.*
147 Ampliatur etiam ſi ex auctoritate Iudicis poſſeſsionem fuiſſet ingreſſus † ob nul
litatem enim tituli poſſeſſio ſemper nulla eſt cum effectus cauſæ reſpondeat, & ita
determinauit *Rota in dicta Bonon. fideicommiſsi de Roncho.*

Ampliatur ſecūdò in terminis facti propoſiti, vt neque ex perſona hæredis eius,
qui fideicommiſit, immiſsio impediri poſsit ſub prætextu falcidiæ, aut Trebelliani-
148 cæ † licet enim regulariter impediri poſſet *ad Iaſon in l. non dubium poſt princ. C.
de leg. Rip.in l.1.num.24.quor.legat. Ruin.conſ.31.num.2.lib.2. Grat.conſ.149. nu-*
149 *mer.51.lib.2.* † fallit tamen in relictis ad pias cauſas in quibus Falcidia, aut Trebel
lianica non detrahitur, *§.ſi hæres in Auth.de Eccleſ.tit. Auth.ſimiliter, C. ad leg. Fal
cidiam, Bart.in l.Marcellus, num.5.& ibi Iaſon.de communi, num.2. ad Trebellian.
Abb.in c.Raynald.num.18.de teſtam.& conſ.59.num.3.lib.1. Caſtrenſ.conſ.43.n.2.
lib.2. Capra.conſ.54.num.17. Socin.conſ.78.nu.1.lib.1.& de magis communi Corn.
conſ.259.num.12.lib.4.Crauett.conſ.137.num.13. Tiraquell.de priuileg. piæ cauſæ
priuileg. 37.*

Ampliatur ſecundo ſuppoſito tamen ſtatuto Bononienſi, vt ne quidem, vel præ-
textu ſupplementi legitimæ prædicta immiſsio, aut impediri, aut retardari poſsit,
quando tamen fuit dotata fœmina, quando quidem Statuto Bononien. *de Succeſſ.*
150 *liber condit. teſtam. §.fin. item ſtatuimus, lib.4.* licet † patri in caſu non exiſtentiæ
liberorum ſubſtituere filię in omni eo quod excederet dotem deſtinatam, etiam ſi
151 dos minor reperiatur, quàm ipſa legitima, † poſſe enim ſtatuto legitimam minui in
quantitate, & in tempore explorati eſt iuris *Bart.in l.Titiæ centum, §. Titio genero,
num.6.de condit.& demonſtrat. Bald.in l.filium quem habentem, num.35. C.fami-
liæ hercisc. Roman.conſ.16.in fine Alexand.conſil.134.num.37.lib.6. Corn.conſ.55.
num.5.lib.2.& 123.num.7.lib.3. Natta conſ.308.num.7. Rota deciſ.1.de conſuetud.*

in no-

in nouiſs.ex Text.in cap. Raynutius in fine, verſic. ita quod de teſtamentis, & fuit dictum in d. Bonon. fideicommiſsi de Roncho 16. Ianuarij 1589. coram Comitulo.

S V M M A R I V M
Octaui Articuli.

152 *Contradictor legitimus eſt, qui titulum à defuncto obtinuit, quia fuit Inſtitutus, poſſeſſionem vero iure inſtitutionis à ſeipſo contrarium verius, num. 159.*

153 *Interdictum acquirendæ non datur contra titulo poſſidentem.*

154 *Amplia etiam ſi titulus ſuperuenit poſt mortem illius de cuius hæreditate agitur.*

155 *Subrogatus etiam in data poſterior, ſi poſsideat, eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum priorem datam habentem.*

156 *Regula, vt remedia poſſeſſoria competant contra poſsidentem titulo pro hærede, habet locum ſolum in hærede putatiuo, non autem vero, & legitimo.*

157 *Poſſidens inter æqualiter priuilegiatos debet eſſe melioris conditionis.*

158 *Iudicio alij quam familiæ herciſcundæ inter cohæredes non eſt locus. Declara, vt num. 166. & 167. & 172.*

160 *Interdictum quorum bonorum à cohærede intentatum, & beneficium legis noſtræ pari paſſum ambulāt.*

161 *Interdictum quorum bonorum, nec non legis noſtræ beneficium competit contra poſſidentes titulo pro hærede, vel pro poſſeſſore.*

162 *Cohæredibus duobus exiſtentibus vnuſquiſque ab altero ſuam dimidiam petitione hæreditatis conſequi poteſt.*

163 *Quod ſi controuerſiam ſibi non faciant iudicio familiæ herciſcundæ inter eos experiundum.*

164 *Interdictum ex legis noſtræ beneficio, & petitio hæreditatis pari paſſu ambulant.*

165 *Actio familiæ herciſcundæ ſolum inter poſſeſſores locum habet.*

168 *Actio familiæ herciſcundæ locum habere poteſt etiam vbi alia competunt remedia.*

169 *Actio familiæ herciſcundæ competit quando agitur ad obtinendam partem diuiſam, aliæ vero actiones, quando agitur ad indiuiſam.*

170 *Inducta in fauorem non debent in odium retorqueri.*

171 *Probatio nulla melior quam partis confeſſio.*

173 *Poſſeſsio pro indiuiſo non raro conceditur.*

O C T A V V S A R T I C V L V S.

Quando titulum à defuncto obtinuit, quia fuit inſtitutus, poſſeſſionem vero iure inſtitutionis à ſeipſo obtinuit; An ſit contradictor aduerſus cohæredem in eodem teſtamento inſtitutum, petentemq; immiſsionem in ſuam partē pro indiuiſo.

152 Videtur † dicendum legitimum eſſe contradictorem.

153 Primò, quia † Interdictum acquirendæ non datur contra titulo poſſidentē; Bart.

Bart. in l.1. in fin. C. quor. bonorum. Rip. in d. l. 1. num. 2. Angel. Aret. in §. quadrupli,
num. 34. verſic. præterea Inſtit. d. actio. Corn. conſ. 239. in fin. lib. 1. Alex conſ 4. nu. 5.
lib. 2. Ruin. conſ. 25. num. 2. in fin. Socin. iun. conſ. 75. nu. 6. lib. 2. Bero. conſ. 67. nu. 68.
lib. 1. Rol. conſ. 75. num. 16. lib. 3. Gabriel. conſ. 31. nu. 2. & ſeq lib. 1. Peregr. de fidei-
commiſſ. art. 46. nu. 15. Menoch. de adipiſcen. remedio 1. nu. 60. & remed. 4. nu. 565.
Rota in vna Romana Palatii dell' Aquila 5. Iunii 1602. coram Reuerendiſſ. Sacra-
to Archiepiſcopo Damaſceno, & in Romana bonorum de S. Cruce 4. Iunii 1610. corã
154 eodem, † quod verum eſt etiam ſi titulus ſuperuenerit poſt mortem illius, de cuius
hæreditate agitur, vt de magis communi, Zuchard. ad l. noſtram, num. 463. Couar.
pract. quæſt. cap. 2. nu. 31. Caputaquen. deciſ. 97. ſeu 99. lib. 1. in manuſcriptis, Rota
in d. Romana Palatii, coram Reuerendiſſ. Sacrato, quod maxime aſſerendum, ſi pa-
ri titulo poſsideat, ut tradunt communiter, DD. in l. noſtra præcipue Bart. num. 21.
verſic. aut comparet aliquis Alberic. nu. 14. Angel. num. 6. verſ. ſi verò contradictor.
Salicet. num. 19. Decius num. 40. Zuchard. num. 375. Menoch. de adipiſcen. remed. 4.
num. 566. verſ. aut contradictor allegat, Iaſon in l. 1. nu. 20. C. de inoff. teſtamen. So-
cin. iun. conſ. 75. nu. 6. & 11. lib. 1. vbi de magis communi Benintend. deciſ. 83. nu. 5.
& 6. Roland. conſ. 75. numero 16. lib. 2. Puteus deciſ. 131. libro 2. in nouis. Mohedan.
deciſ. 13. vt lit. penden. Caputaquen. deciſ. 329. par. 1. Rota in Vrbeuetana bonorum
14. Iunii 1604. coram Cardinali Mantica, & in d. Romana Palatii, coram Reueren-
diſsimo Sacrato, & in vna Dertonenſ. Parochialis 11. Martii 1602. coram Reueren-
diſs. Archiepiſcopo Bononienſi.

Confirmatur exemplo ſubrogati Apoſtolici in quo licet omnia iura cõcurrant,
quia nempe probauerit litem, mortem anteceſſoris in poſſeſſione, & ſuum Clerica-
tum, & ideo videatur indubitate immittendus in poſſeſsionem, vt alibi diximus, ſi
155 tamen alius † ſubrogatus etiam in data poſterior poſsideat eſt legitimus contradi-
ctor aduerſus ſubrogatum priorem datam habentem, vnde aduerſario denegatur
immiſsio, & via executiua ad Put. deciſ. 131. lib. 2. in nouis. Caputaq. dec. 329. nu. 2.
par. 1. Mohedan. dicta deciſ. 13. vt lite penden. Seraph. deciſ. 1153. vbi inquit, alias ita
reſolutum, ita ergo in re noſtra prior poſsidens tamquam verus hæres erit legiti-
mus contradictor aduerſus alium, quamuis iuſtum hæredem.

156 Secundò, quia † regula, vt remedia poſſeſſoria competunt contra poſsidentem
titulo pro hærede habet locum ſolum in hęrede putatiuo, non autem vero, & legiti-
mo, vt declarat gloſ. in l. pro hered. ff. de petit. hered. in §. ſequitur, verſiculo pro hære-
de, Inſtit. de interdict. late Couar. pract. q. num. 4.

Confirmatur, quia maior ratio viget in hęrede poſsidente, quam in quocumque
alio poſſeſſore is enim quoad immiſsionem eſt eodem modo priuilegiatus quo ad-
157 uerſarius, vnde tamquam † inter æqualiter priuilegiatos debet, vt poſsidẽs eſſe me-
lioris conditionis ita argumentatur Gozad. conſ. 50. nu. 13. Soc. iun. conſ. 25. nu. 12.
& 13. lib. 1. Rolan. conſ. 75. num. 17. & 18. lib. 2. Quamobrem cum ſupponamus poſ-
ſidentem eſſe verum hæredem non competet aduerſus eum immiſsio, & per conſe-
quens erit legitimus contradictor.

158 Tertiò, & quidem fortius, quia † inter cohęredes non eſt locus alij iudicio, quã
familiæ herciſcundæ, l. 1. §. proinde, & ibi DD. ff. ſi pars hæreditatis petatur, l. ſedet
eius, l. ſi ex aſſe, ff. fam. herciſcun. Rota in dicta Romana Palatii dell' Aquila, coram
Reuerendiſs. Sacrato, & in Recanatenſ. hæreditatis 18. Iunii 1603. coram Penia,
Verba deciſionis apud Sacratum hęc ſunt, vnde contra illum tamquam cohæredẽ
non competebat immiſsio, ſed tantum actio famil. herciſcund. apud Peniam, vero
hæc ſunt; cum inter hæredes non competat aliud remedium quã familiæ herciſcũ.

159 Contrarium † tamen eſt verius, vt in terminis fuit deciſum per Rotam, in vna
Romana hæreditatis 14. Martii 1616. coram R. P. D. Caualerio, quę licet loquatur in
Interdicto quorum bonorum à cohærede intentato eodem tamen modo eſt intelli-
genda

160 genda in legis noſtræ beneficio, † cum in hac ſpecie pari paſſu ambulent.
161 Probatur autem hęc ſententia primo, quia † tum Interdictum quorum bonorum
tum legis noſtrę beneficium competit contra poſsidẽtes titulo pro hęrede, vel poſ-
ſeſſore, *text. eſt in l. 1. & ibi Bart. & alis, ff. quorum bonorum, & in l. 2. C. eod.* At in
caſu noſtro poſsidet contradicens titulo pro hęrede, ergo competit aduerſus illum
legis noſtræ beneficium, ita vt non poſsit eſſe legitimus contradictor.
162 Secundo, quia quando duo ſunt cohęredes † vnus quiſque ab altero ſuam dimi-
163 diam petitione hęreditatis conſequi poteſt † ſi vero controuerſiam ſibi non faciãt
iudicio famil. herciſcun. inter eos experiendum, vt in verbis docet *I. C. in l. 1. §. proin
de, & in l. ſeq. ff. ſi pars hered. pet.* & in vtroque loco exemplificant, & ſimpliciter trã
164 ſeunt, *Bart. Caſtr. Fulgoſ. Angel. Roman.* & alij omnes, † At Interdictum ex legis no-
ſtrę beneficio, & petitio hęreditatis pari paſſu ambulant, *ad Menoch. de adipiſc. re-
med. 1. nu. 60. Rol. conſ. 1. nu. 1. & ſeq. lib. 1. Perſonal. de adipiſc. nu. 450. & 468.* compe-
tet igitur aduerſus cohęredem hoc beneficium, ideo is fruſtra contradicet.
Tertio, quia ſi non daretur hoc beneficium aduerſus cohæredem poſsidentem,
aut ſaltem aliquod ſimile interdictum, vel remediũ eſſet cohęres non poſsidens om
165 ni auxilio deſtitutus, nam neque actio familię herciſcundæ locũ habere poteſt † cũ
ſolum inter poſſeſſores locum videatur habere, ad ſcribentes *in l. 1. §. & proinde, ff.
ſi pars heredit. petat.* faciunt tradita *à Caſtrenſ. in l. in familia, nu. 3. ff. famil. herci-
ſcun.* vbi docet ſi vnus poſsideat ſeq. ſolum profiteatur hæredem non eſſe locum
huic iudicio diuerſorio, ſed primo declarandum alios agentes eſſe cohęredes.
Quarto, quia non eſt æquum, vt quando vnus occupauit omnia bona hęreditaria
alius cohęres priuari debeat commodo poſſeſsionis, ſibi de iure eodem modo de-
bitæ donec diuiſio fuerit expleta, quam aduerſarius varijs ſubterfugijs poſſet in lõ-
gum protrahere, vt ſe, diutius in iniuſta poſſeſsione tueretur, quod tamquam ab-
ſurdum eſt maxime euitandum, *ad l. nam abſurd. de bon. libert.*
Ad primum facilis eſt reſponſio negandum enim cohęredem poſsidere cum ti-
eam partẽ, quam prętendit cohęres inſtitutus, cum enim non ſit heres in ſolidum,
ſed pro ſua tantum parte puta dimidia reſpectu alterius dimidię caret omni titulo.
Ad ſecundum fermè eadem reſponſio falſum eſt enim hunc eſſe verum hęredẽ
reſpectu partis ad cohęredem ſpectantis, in quam ſolam immiſsionem prętendit.
Ad tertium reſpondeo inter cohęredes non eſſe locum alij iudicio, quam familię
166 herciſcundę † quando poſsidens hunc cohęredem fatetur, fruſtra enim intentat petitionem hęreditatis, per quam inſtat vt declaretur hęres, ſi aduerſarius eum
talem admittit, ſi vero non admittat, tunc locus eſt alijs remedijs, & ſic legis noſtrę
beneficio, ita reſpondet huic argumento, *Rota in dicta Romana hæreditatis coram
Caualerio.*
167 Vel ſecundo animaduertendum † eam propoſitionem, vt inter cohęredes non
habeat locum, niſi familię herciſcundæ iudicium, eſſe intelligendam, quando agit
cohæres ad obtinendam ſuam partem pro diuiſo, ſecus ſi agat ad obtinendam pro
indiuiſo, & ratio eſt, quia cum tale iudicium ſit diuiſorium non poteſt intentari, ni-
ſi à prætendente diuiſionem, quod rectè expreſsit, *I. C. in l. 1. ff. famil. herciſc.* dum
inquit cohæredibus volentibus à communione recedere neceſſarium fuiſſe aliquã
actionem conſtitui, qua inter eos res hęreditariæ diſtribuerentur, & hoc modo vi-
dentur intelligendæ deciſiones ex aduerſo allegatę, in illarum enim terminis inſta-
bat cohæres pro parte ſua diuiſa obtinenda, quod, vel eo maxime conſtare poſſe vi-
168 detur, quia certum eſt † actionem familiæ herciſcundę locum habere poſſe, etiam
vbi alia competunt remedia, *l. & puto, §. & ſi dolo in fine, ff. famil. herciſc. Alberic.*
169 *in l. non poſſumus, n. 20. in fin. ff. ſi pars hered. pet.* quod ita intelligendum † vt actio
familiæ herciſcundę competat, quando agitur ad obtinendam partem diuiſam alię
vero actiones, quando agitur ad indiuiſam.

Acce-

Accedat ſi dicamus ſolum iudicium familiæ herciſcūdę competere inter cohę-
redes ſimpliciter,quando vnus poſsidet totam hæreditatem, & fateatur petentem
immiſsionem in ſuam partem verè cohęredem eſſe, ſequetur abſurdum vt per talē
confeſsionem,quę ſane debet tendere in commodum petentis excluderetur à poſ-
170 ſeſſione obtinenda cohæres,qui remota confeſſione non excluderetur, & ſic † indu
cta in fauorem retorquerentur in odium contra, *leg.quod fauore,ff.de legibus cum
vulgar.* Præterquam quod nulla ratio ſuadet,vt ei denegetur ſuæ portionis poſſeſ-
171 ſio pro indiuiſo,ad quem certum eſt talem portionem ſpectare,cōſtat quippè † nul
lam meliorem probationem, quam partis confeſsionem, *l.cum te, C.de transactio.
Bald.conſ.190.col.2.vol.2. Socin.conſ.24.nu.8.vol.3.Pariſ.conſ.121.col.antepenul.
vol.1.* Si ergo per partis confeſsionem conſtat petentem immiſsionem eſſe cohæ-
redem,& ita pro ſua parte dominum, quæ ratio vnquam ſuadere poteſt, vt retar-
detur immiſsio quando eam pro indiuiſo prætendit, quæ iniuria fit hæredi poſsi-
denti, quem certum eſt ex propria confeſsione talem partem iniuſte poſsidere,
cum ad cohęredem pertineat, cur cogamus illum iudicio familiæ herciſcundę age-
re ſi non vult tunc temporis à communione recedere, Sanè ad impoſsibile cogimus
cum conſtet talem actionem ſolum competere, quando cohæredes volunt à cōmu-
nione recedere, *d.l.1.in princ.ff.fam.hercisc.* Arbitror igitur rem ſic neceſſario in-
172 telligendam,vt dicamus † inter cohęredes competere tantum iudicium famil. her-
ciſc.un.quando, & ſe cohæredes fatentur,& agunt,vt obtineant ſuas partes pro di-
uiſo,ſecus ſi agat aliquis illorum,vt ſuæ partis poſſeſsionem pro indiuiſo conſequa
173 tur non raro enim † poſſeſsionem pro indiuiſo concedendam explorati eſt iuris,
*l.deo ſ.vbi gloſs.& DD.ff.de acquir.poſſeſſ.Socin.in l.3.§.incertam, ſub num.7.ff.de
acquir.poſſeſſ. dicetur in q.10.num.84. & 156.*

OCTAVA QVAESTIO.

QVando allegat poſſeſsionem viuo Teſtatore acquiſitam, Titulum verò eo mortuo,

Duos tantum articulos continere poteſt.

Primus,quando obtinuit titulum ab hęrede.

Secundus,quando obtinuit titulum à Tertio.

SVMMARIVM primi Articuli.

1 *Genitiuus rebus poſſibilibus additus dominium importat.*
Declara,vt infra num.9.

2 *Poſſeſſio ſola per contradictorem quæſita, abſque titulo non facit dominium.*

3 *Contradictor legitimus eſt qui poſſeſſionem viuo Teſtatore, acquiſiuit, & titulum ab hærede eo mortuo.*

4 *Factum proprium nemo impugnare poteſt.*

5 *Circuitus inutiles ſunt euitandi.*

6 *Poſſeſsio defuncti tempore mortis in remedio huius legis intentando eſt neceſſaria, & infra num.10.*

7 *Poſſeſsionis cauſa præſumitur muta ta, quando ſuperuenit habilis titulus,*

8 *Amplia ſiue prima poſſeſsio eſſet iuſta ſiuè iniuſta.*

ARTI-

Quæſt. VIII.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando obtinuit titulum ab hærede.

VIdetur dicendum non eſſe legitimum contradictorem.
Primò, quia legis noſtræ beneficium competit pro rebus quæ fuerunt Teſta-
toris tempore mortis, & ita quarum dominus eſſet, vt optime probat Textus noſter
1 in illis verbis, quæ Teſtatoris mortis tempore fuerunt, † genitiuus enim rebus poſ-
ſidibilibus adiectus dominium importat, *l.2. §.in locum, ff.de relig. & ſumpt.funer.*
2 *Salic.hic nu.*18. † At bona quorum poſſeſſio ſola eo viuente fuit obtenta, abſque ti
tulo non fuerunt facta poſſidentis, ſed remanſerunt in dominio eius cuius erant, &
ita defuncti ad l.numquam nuda vbi *Doctor.ff.de acquir.rer.domin.* ergo pro talibus
bonis competit hoc remedium, & ſic poſſidens non eſt contradictor.
3 In † contrarium eſt veritas, quam tenuere in penultima, & vltima *col.Bald.Ang.
Salic.Paulus in l.noſtra Iacob.nu.*46.*Anchar.conſ.*291. *Cur.iun.hic nu.*5. *Zuchard.
nu.*387.*Menoch.de adipiſc.remed.*4.*nu.*783.*Peregr.de fideicom.art.*48.*nu.*39.
4 Probatur primò, † quia hæres contra factum proprium venire non poteſt, *l.4.ſi-
cut, C.de actio. & oblig.* Veniret autem contra factum proprium, nempè conceſſio-
nem ſui tituli ſi vellet in talia bona immitti.
5 Secundò, quia † circuitus inutiles ſunt euitandi; *l.Dominus teſtamenta, ff.de con
dit.indeb.* quod ſæpius pluribus antea firmatum, non autem euitarentur, quia hæres
obtenta immiſſione vi tituli à ſe ipſo conceſſi cogeretur reſtituere, vnde intrat regu
la *l.vindicantem, ff. de euict.*
Tertiò, quia cum poſſideret iſte contradictor teſtatore adhuc viuente cōſtat de-
ficere primarium requiſitum, vt beneficio legis noſtræ locus eſſe poſſit nempè teſta-
6 toris poſſeſſionem tempore mortis, † hoc enim requiſitum in primis neceſſarium
probat *text. noſter in illis verbis,* (quæ Teſtatoris mortis tempore fuerunt) hæc
enim verba ad poſſeſſionem non vero ad dominium referenda communis eſt om-
nium ſententia hoc argumento poſt *Zuchard. vtitur Menoch.d.rem*4.*num.*583.*&
Peregrin.d.art.*48. *num.*39. qui rectè animaduertit ſi dubium ſit an defunctus tem-
pore ſuę mortis poſſederit repelli actorem, quia non probat id quod eſt fundamen-
tum ſuæ intentionis, *ad Bart.colum.penult. Bal.ſub nu.*42. *verſic. aut contradictor.*
7 Quarto confirmatur † eo quod acquiſito titulo, etiam poſt poſſeſſionem præſumi
tur poſſidens mutaſſe poſſeſſionis cauſam, & cum antea pro poſſeſſore poſsideret cę
piſſe poſsidere iuxta titulum poſtea obtentum puta ex empto ſi emit. *ad l.ſingula
ria cum ibi notatis, ff.ſi certum peta.ita in terminis Achill.deciſ.*4.*nu.*1.*& per totā
Put.deciſ.*459.*lib.*1. *Dec.conſ.*406. *num.*5.*Burſat.conſ.*8.*num.*15.*lib.*1. *atteſtans de
opinione Rotæ Ruin.conſ.*61.*nu.*13. *& ſeq.lib.*1.*Rota deciſ.*143.*par.*2. *Berò.conſ.*53.
*num.*11.*&* 29.*lib.*3.*Gabriel.conſ.*51.*num.*1.*et ſeq.lib.*1. *Ferret.conſ.*1.*poſt num.*8.
*Surdus deciſ.*224.*ſub nu.*19.*Crauet.conſ.*131.*nu.*1.*Rota in Nouarien.beneficiorum*
23.*Iunij* 1608.*coram Penia, et Aſsiſien.bonorum* 24.*Ianuarii* 1600.*coram Cardin.
Pamphilio, et in Viterbienſ.terræ Vetralla* 14.*Martii* 1614.*coram R.P.D.Pirouano.*
8 quod † eſt verum non ſolum ſi poſſeſsio primo eſſet iuſta, verum etiā ſi iniuſta, poſ-
ſidens enim ex cauſa iniuſta, iuſta ſuperueniente pręſumitur poſſeſsionem iniuſtam
mutare, ita fuit deciſum in dicta Nouarien. beneficiorum 23. Iunij 1608. cum igi-
tur titulo obtento cæperit iuſtè poſsiderę conſequens eſt vt fuerit factus legitimus
contradictor, ſi forte ante titulum non fuiſſet, aut ſaltem ius contradicendi fuerit
confirmatum.
9 Ad primum reſpondendum † verba illa, quæ teſtatoris mortis tēpore fuerint eſ-
ſe, intelligenda reſpectu poſſeſſionis, non verò reſpectu proprietatis, ita gloſſ. &
omnes

omnes alij nullo contradicente interpretantur, & ratio eſt, quia ſi de dominio proprietatis loquerentur, illud eſſet probandum, eo autem probato nō ſola poſſeſſio eſſet hæredi concedenda; ſed verum dominium adiudicandum, quod ſolemus conſequi ſolum in iudicijs petitorijs, non in poſſeſſorijs, quale eſt legis noſtræ remediū, ceſſaretq. omne commodum huius beneficij, quod in eo conſiſtit quemadmodū in alijs poſſeſſionis, & onus probandi dominij, quod difficillimę eſt probationis in aduerſarium transferatur ad §. *cōmodum, inſtit. de Interd.* hanc rationem voluit indicare Salic. hic nu. 18. dum eam affert, quia hoc iudicium eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, quaſi dicat cum mere, & ſimpliciter poſſeſſionem reſpiciat, & ſolum hæres fiat poſſeſſor hoc remedio intentato non eſſe ea neceſſaria, quæ reſpiciunt petitorium, & ideo non eſt neceſſarium anteceſſoris dominium.

SVMMARIVM ſecundi Articuli.

10 *Poſſeſſio teſtatoris eſt neceſſaria tempore mortis, vt ſit locus legis noſtræ beneficio.*

11 *Limitata cauſa limitatum parit effectum.*

12 *Exceptio tua non intereſt excludit à contradicendo in hoc remedio.*

13 *Cautela ſeruanda à poſſeſſore aliquorum bonorum, quæ fuerunt teſtatoris, quando ſuſpicatur ne heres immiſsionem in talia bona pretendat.*

14 *Interdictum recuperandæ, an poſsit cumulari cum legis noſtræ beneficio remiſsiuè.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando obtinuit poſſeſsionem viuente Teſtatore, titulum verò eo mortuo à tertio.

PAucis agendo affirmatiuam ſententiam amplector, quam probo eadem ratio-
19 ne, quam tertio loco in ſuperiori articulo † pro negatiua attuli: Quia nimirum ceſſat principale requiſitum neceſſarium, vt huic remedio ſit locus, quod eſt vt bona tempore mortis fuerint à teſtatore poſſeſſa, quod maximè neceſſarium eſſe ſentiunt, *Doctores hic communiter, & in l. 2. C. quorum legatorum, Alex. conſ. 139. num. 14. & 16. lib. 6. & conſ. 187. nu. 3. lib. 7. Capic. deciſ. 55. n. 20. Cagnol. in l. in pari nu. 4. ff. de regul. iur. Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le vif. 4. par. declarat. 2. nu. 3. & fuit à Rota deciſum in vna Romana Vinea 4. Iulii 1586. coram R. P. D. Orano.*

Declaranda eſt vtriuſque Articuli determinatio vt vera ſit, & ita vt poſſeſſor ſit legitimus contradictor, quando hæres peteret ſe mitti in poſſeſſionem bonorum quæ ab hoc contradictore poſſidentur ſecus ſi exprimat bona in quorum poſſeſſionem mitti petit, & inter illa non eſſent bona ab hoc contradictore poſſeſſa, tū quia in his ſolū viget contradictoris ratio, quāobrem cum hęc non petat nihil impedire
11 poteſt hęredis immiſſionem † limitata enim cauſa limitatum operatur effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* tum quia contradictoris non intereſt hæredē in alia bona ab eo nō poſſeſſa admitti, nullus autē ad contradicendū admittitur, cuius nō
12 interſit hęredem immitti † excludetur enim continuo famigerata replicatione, tua non intereſt, quā vulgo *litis finitæ appellant, l. loci corpus, §. cōpetit, ff. ſi ſeruit. vendicet. l. poſthumus, §. ſi quis ex his. ff. de inoff. teſtamen. Dec. conſil. 302. num. 4. 5. Cravet. conſ. 182. nu. 8.* quæ non ſolum contra agentē proponitur, verum etiam in vim

replicationis contra excipientem quem repellit, *l. 1. ff. de appell. non recip. l. ille, aut il le à quo §. ſi de teſtam. vbi notant Doct. ff. ad Trebell. c. cum inter de elec. Surd. deciſio. 149. num. 14.*

Quod etiam intelligendum, quando hæres non expreſsit ſpeciatim bona in quorum poſſeſsionem immitti prętendit, ſed generaliter petijt immiſsionē in bona à teſtatore tēpore mortis poſſeſſa, ſuppoſita enim tali inſtantia, conſtat non ea petere quæ à conrradictore poſsidenrur, cum à teſtatore tēpore mortis non poſsiderētur; hoc animaduertit Zuchard. hic nu. 388. optima ratione, ea nempè, quā ſupra attulimus, quia huius contradictoris non intereſt hæredem in talia bona immitti in quæ petit cum non petat ſe immitti in poſſeſſa ab hoc contradictore, vt omnibus eſt manifeſtum.

13 Quia vero forte poſſet huiuſmodi poſſeſſor ſuſpicari, quominus prætendat hęres bona ab eo poſſeſſa fuiſſe à defuncto tempore mortis poſseſſa, & ideo quominus de facto in eorum poſseſsionem immitteretur, ſi forte cadat in eum huiuſmodi ſuſpicio, ſibi conſulere poteſt opportuna proteſtatione, qua proteſtetur, & intimet vt nulla fiat immiſsio in his bonis à ſe poſseſsis, petens etiam ſe in eius poſseſsionē manuteneri, & hæredi à quo turbari timet præcipi, ne eum in poſterum turbet, niſi eo legitime citato, & conuicto cum ſit paratus legitimè contradicere, aliàs ſe proteſtari de iniuria, & iniuſtitia, & nullitate eorum quæ fierent, & de violentia, quæ ei inferri videretur, & de omni ſuo intereſse & damno, hanc Cautelam docuit Salicet. hic ſub num. 19. verſ. nec allegatio quę tales proteſtationes multum frequentari Boniæ refert, quia ligant manus partis, & Iudicis, & operantur ne poſsint prętendere ignorantiam, & ne poſsint aliquid facere parte non citata, alioqui pars incidit in pęnam, *l. meminerint, C. vnde vi. eandem cautelam repetit Zuchard. hic num. 388. ſequitur Menoch. d. remed. 4. num. 585.*

Si vero hæres talia bona exprimeret vna cum alijs quæ à defuncto tempore mortis poſsidebantur partim poſseſsor erit contradictor, & impedict immiſsionem; partim non erit, neque impediet, nam quantum ad bona à ſe ipſo poſseſsa attinet, erit legitimus contradictor, quantum ad alia non æque; probatur ead. ratione ſupra propoſita, quia limitata cauſa limitatum parit effectū, *l. in Agris, ff. de acquir. rer. dom.*

Cum igitur quoad bona etiam iniuſtè poſseſsa ab alio non poſsit hęres beneficium legis noſtræ prętendere, ſi viuente teſtatore poſseſsio fuerit à Contradictore

14 obtenta dubitandum cōtingit, † an poſsit cumulari cum legis noſtræ beneficio interdictum recuperandæ, quod defuncto competebat, vel an poſsit poſſeſsorium huius legis cum petitorio reſpiciente bona poſseſsa ab alio cumulari, quod cum ad huiuſmodi tractatum non pertineat alibi Deo dante explicabitur.

NONA QVAESTIO.

NOna quæſtio principalis eſt, quando contradictor allegat titulum viuente Teſtatore acquiſitum, poſſeſsionem eo mortuo quę quidem quæſtio habet ſex articulos.

Primus, quando poſſeſsionem ab hærede obtinuit, titulum vero vel ob hęrede, vel à defuncto, vel à tertio.

Secundus, quando titulus à defuncto poſſeſsionem à ſe.

Tertius, quando titulum à defuncto poſseſsionem à tertio.

Quartus, quando titulum à tertio obtinuit poſseſsionem à ſe.

Quintus, quando titulum ab hęrede poſſeſsionem à tertio.

Sextus, quando titulum ab hærede, poſſeſsionem à ſe.

SVMMARIVM
primi Articuli.

1 *Contradictor legitimus eſt qui allegat titulum viuente teſtatore quæſitum, vel ab hærede, vel à defuncto, vel à tertio & poßeßionem eo mortuo ab hærede, quod intellige per accidens, ita vt contradictio ſit fundata in non iure hæredis.*

Declara, vt num. 4.

2 *Remedium legis noſtræ non competit hæredi qui ſemel poſt mortem teſtatoris poſſeſſionem obtinuit.*

3 *Exceptio, tuo facto à poſſeſſione cecidiſti, impedit effectum remedij adipiſcendæ.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando poßeßionem ab hærede obtinuit, titulum verò ab eodem hærede, vel à defuncto, vel à tertio.

1 BReuiter, † affirmatiua ſententia eſt tenenda nimirum eſſe legitimum contradictorē ſaltē per accidens, itaut contradictio ſaltē ſit fundata in nō iure hæredis.

2 Probatur autem ſępe ſæpius repetita ratione, † legis noſtræ beneficium non competere ei hæredi, qui ſemel poſſeſſionem bonorum defuncti eo mortuo fuerit conſequutus, eſt enim remedium adipiſcendę, quod non competit illi qui ſemel poſſeſſionem eſt adeptus, *§. ſequēs inſtit. de interdict. tradit Specul. in tit. de teſtam. § ſequitur, nu. 32. Corn. conſ. 113. nu. 3. Iaſ. in §. actionum, n. 116. inſtitut. de actio. Matthe- ſilan. ſingul. 69. & fuit ſæpè reſolutum à Rota præcipuè in vna* Bonon. *attentatorum 24. Octob. 1588. coram Card. Mantica, & coram Card. Seraphino deciſ. 1268. in fine, vbi ſæpius ita fuiſſe in Rota deciſum teſtatur.*

Secundò, quia cum hęres mediante huius legis beneficio ſolā poſſeſſionem conſequatur, quā ipſe iam conceſſerat ei, contra quē hoc remediū intentat, dicitur apertè contra factum propriū venire, quod turpè, *l. ſicut, C. de act. & oblig.* quinimo ſem-

3 per obſtabit † exceptio tuo facto à poſſeſſione cecidiſti, quæ impedit effectū remedij adipiſcendæ, faciunt tradita *à Menoch. d. rem. 4. nu. 583. Rota in d. Bonon. attentatorum 24. Octob. 1588. coram Card. Mātica, & in d. Viterbien. Terræ Vetrall. 14. Martii 1614. coram R. P. D. Pirouano*, quod eo magis verum ſi vel ab eodem, vel etiam à defuncto titulum obtinuiſſet; veniret enim etiam contra factum defuncti, quod abſurdum, *l. cum à matre, C. de rei vendicat.*

4 Declara, vt ſi & titulum, & poſſeſsionē ab hærede obtinuerit, vel tit. à defuncto, & poſſeſsionē ab hærede, qui in executionē tit. à Teſtatore conceſsi poſſeſsionē tradiderit, ita vt poſſeſsio ſit congrua tit. & iuſta, ſitq́, duplici ex cauſa legitimus contradictor, altera vi iuſtæ poſſeſsionis cū tit. quomodo per ſe, & directè eſt contradictor, altera ob incōpetentiam huius beneficij ex parte hęredis, eo quod ſemel poſſeſsionē obtinuit, & ita indirectè, & per accidēs. Si vero tit. à tertio obtinuerit, poſſeſsionem vero ab hærede, & ſic in vi ſui tit. ita vt poſseſsio quaſi titulo nō rńdens pro vitioſa habeatur, & tunc vnica ex cauſa eſt cōtradictor, nēpè ex incōpetētia huius beneficij ob hęredis poſseſſ. ſemel obtētā, quo caſu erit cōtradictor indirectè, & per accidēs, Nō. n. cōtradictio fundatur in iure cōtradicētis, ſed in nō iure hęredis.

SVMMARIVM
ſecundi Articuli.

5 *Legatarius, & fideicommiſſarius ſi propria auctoritate res legatas, aut per fideicommiſſum relictas occupet reſtituere tenetur.*

Fallit ſi nullus ſit locus detractioni,

aut falcidiæ, aut trebellianicæ, vt infra num. 20.

6 *Hæreditas vacans loco poſſeſſoris eſt, & defunctum repreſentat.*
Declara, vt infra num. 22.

7 *Vſucapio procedit hæreditate iacente, quaſi durante defuncti poſſeſſione.*

8 *Hæreditas iacens facit fructus ſuos.*

9 *Occupans poſſeſſionem vacantem per mortem plus delinquit, quam occupans per negligentiam.*
Sed contra, num. 32.

10 *Proprietarius non poteſt ſibi ius dicere, & hæreditatem iacentem ſpoliare.*

11 *Fideicommiſſarij occupatio bonorum hæreditatis iacentis, quaſi vitioſa eſt reuocanda.*
Declara, vt infra num. 33.

12 *Titulum habens propria auctoritate poſſeſſionem vacantem ingredi nequit.*
Declara vt infra num. 34.

13 *Poſſeſſio vitioſa non facit contradictorem.*

14 *Dominus, & quilibet titulum habens non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem rerum vacantium occupare.*

15 *Contradictor legitimus eſt qui titulum à defuncto uiuente, & poſſeſſionem à ſe ipſo, & mortuo accepit.*
Declara, vt infra num. 53.
Amplia, vt num. 54.

16 *Titulum habens à defuncto propria auctoritate poſſeſſionem capere poteſt.*

17 *Petens illud, quod ſtatim eſt reſtituturus excluditur per exceptionem doli facis.*

18 *Exceptione ſubmoueri poteſt agens qui de euictione tenetur.*

19 *Hæres non poteſt uenire contra factum defuncti.*

21 *Titulum à defuncto habens, ſi uacante hæreditate poſſeſſionem occupet non habet rationem ſpoliantis.*

23 *Seruus hæreditarius ſtipulando hæreditati acquirit.*

24 *Seruus hæreditarius rectè inſtitui poteſt.*

25 *Hæreditas in illis caſibus in quibus facto, & voluntate non eſt opus defunctum non repreſentat ſecus vbi facto, & voluntate eſt opus excepta tamen vſucapione in qua licet volũtas, & factũ requiratur hæreditas tñ defunctũ repreſentat.*

26 *Poſſeſſio eſt facti, & animi.*

27 *Seruus domino etiam inuito, et ignoranti acquirere poteſt.*

28 *Inſtituti factum, aut conſenſus non eſt neceſſarius, vt inſtitutio valeat.*

29 *Inſtituti voluntate eſt opus, vt ei acquiratur hæreditas.*

30 *Hæreditas vacans non poteſt citari, ſed aut expectandus hæres, aut dandus curator.*

34 *L. ſi quis in tanta, C. vnde vi declaratur.*

35 *L. ſi ex ſtipulatione ff. de acquirenda hæred. declaratur.*

36 *L. non dubium, C. de legat. declaratur.*

37 *L. cum quærebatur, C. vnde vi declaratur.*

38 *L. cum quærebatur, C. vnde vi non videtur habere locum, quando poſſeſſionem occupãs habuit licentiam à domino poſſidente.*

Decla-

Declara, vt num. 39.

40 Saluianum competit, quando quis ob tinuit titulũ coniuncta hypotheca.

41 Poſſeſsio vacans duplex conſiderari poteſt, vel ita vt nullius ſit profeſ- ſio, vel vt ſit alicuius qui tamen actu eam non exerceat, nec per ſe, nec per alium.

42 Res pro de relicto habitæ dicuntur vacantes, itaut poſſeſſio ad nullum ſpectet.

43 Bona defuncti dicuntur ita vacare ante aditam hæreditatem vt poſ- ſeſſio nullius ſit.

44 Aditio hereditatis non eſt ſufficiens ad acquirendam poſſeſsionem. Declara, vt inf. num. 55.

49 Suus hæres quamuis fiat dominus non tamen fit poſſeſſor.

46 L. cum quærebatur, C. vnde vi, ha- bet locum in poſſeſsione vacante, quæ tamen alicuius eſt, non verò in ea, quæ omnino nullius. Declaratur eadem lex pluribus infra num. 57.

47 Hæres poſſeſsionem vacantem pro- pria auctoritate capere poteſt. Titulum inter viuos habens eodem modo poſſeſsionem vacantem rectè occupat.

49 Poſſeſsio per mortem poſſeſſoris dici- tur vacare.

50 Etiam ſi uniuerſitas poſsideret ſi om nes de uniuerſitate moriantur.

51 Habens licentiam capiendi propria auctoritate ſi occupauit poſſeſsio- nem non vacantem legitimus eſt contradictor.

52 Verba hæc dedit, vendidit &c. tri- buũt facultatem capiendi propria auctoritate.

56 Dominium rerum hæreditariarum acquiritur per ſolam aditionem hæ reditatis.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando titulum à defuncto, poſſeſsionem à ſe obtinuit poſt mortem defuncti.

PRimo aſpectu videtur negatiua ſententia amplectenda.
5 Primo, quia † legatarius, & fideicommiſſ. ſi propria auctoritate res legatas,
aut per fideicõmiſſum relictas occupent, tenentur reſtituere, *l. 1 ff. quor. legatorũ*, &
tñ tit. à defuncto habent, & poſſeſsionem à ſeipſis, merito habens tit. à defuncto, &
poſſeſsionem à ſe ipſo non eſt legitimus contradictor, ſed cogetur ad reſtituẽdum.
Secũdo, quia remedium legis noſtræ videtur introductũ, vt hęres in poſſeſsione
redintegretur quaſi ſpoliatus; ob occupationem .n. huius contradictoris ſpoliatus
6 cenſetur, † cum hæreditas vacans loco poſſeſsionis ſit; repreſentat enim defunctũ,
l. in eo in fine, & l. ſequen. ff. de acquir. rer. domin. §. *ſeruus in fine Inſtitut. de hæred.*
7 *inſtit.* † hinc hæreditate iacente, quaſi durante defuncti poſſeſsione Vſucapio pro-
cedit, *l. heres, l. numquam,* §. *vacuũ, & l. ceptum, ff. de Vſucap. Rota deciſ. 520. n. 8.*
8 *p. 1. diuerſ.* vbi habetur non ſolũ hæreditatẽ iacentem vſucapere † verum & facere
9 fructus ſuos quinimo ſubnectit † plus delinquere eũ qui occupat poſſeſs. per mortẽ
10 vacantem, quã per negligentiã poſſeſſoris † Amplius ſubnectit, n. 12. non poſſe pro-
prietarium ſibi ius dicere propria auctoritate, & hæreditatem iacentem quaſi poſsi
dentem ſpoliare allegat, cap. conſultationibus, & ibi notant omnes de iure patr. *Cal
der. conſil. 23. de probatio. Dec. conſil. 405. & conſil. 467. Guid. Pap. queſt. 366. & alii
11 poſtremo ſub nu. 13.* † in fideicommiſsario hoc exprimit cuius occupationem bono-
rum hæreditarijs iacentis quaſi vitioſam venire reuocandam ſtatuit ita vt appareat
poſſeſsionem acquiſitam ab habente titulum hęreditate iacente eſſe vitioſam.

12 Tertio,quia † titulum habens non tamen propria auctoritate poſſeſsionem in-
gredi poteſt,diceretur enim ſibi iuſdicere, quod abſurdum, *leg.1.* C.*ne quis in ſua*
cauſ.ſibi ius dicat, *l.ſi quis in tantam*,C. *vnd.vi*, & ideo qui propria auctoritate eius
rei quę ſibi ex ſtipulatione, aut venditione debetur poſſeſsionem nactus eſt prædo
appellatur, *l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acquiren.poſſeſs.*quamobrem talis poſſeſsionem
propria auctoritate ingrediens poſſeſsionem contra legis diſpoſitionē occupat me-
13 rito,talis poſſeſsio nulla,& vitioſa,*leg.non dubium*,C.*de legat.* † Ideo non faciet le-
gitimum contradictorem in quo non vitioſa poſſeſsio eſt neceſſaria,vt in textu no
ſtro in illis verbis,neque legitimo modo ab aliis detinētur,& ſępius ſupra diximus,
quia prætor iniuſtam poſſeſsionem non tuetur toto tit. ff. quod vi, aut clam cum
aliis cumulatè deductis.

Confirmatur hæc ratio, quia ne quidem rerum vacantium poſſeſsionem vide-
14 tur propria auctoritate ingredi poſſe † qui titulum habet,imo, & qui dominus eſt,
vt probat Text.in l.cum quęrebatur,quæ eſt finalis, C.vnde vi, vbi interdicti, vnde
vi,& legum antiquorum decreta quæ erant,vt domino non liceret occupare poſſeſ-
ſionem rerum ſuarum ab alijs detentam amplientur,etiam in poſſeſsionē vacantē,
ſi enim Textus eſſet intelligendus de non habente,aut titulum, aut dominium non
ampliaret antiquas leges quæ de titulum habente, & dominium loquebātur, *leg.ſi*
quis in tanta, C.vnd.vi, & l.ſi quis ex ſtipulatione,ff.de acquirend.poſſeſs. quod ele
ganti inductione confirmatur *à Menoch.de recuper.remed.13.num.26.*ſuppoſito tex
tum illum loqui de occupante rem ab alio non poſſeſſam, neceſſe eſt vel vt loqua-
tur de tali occupante habente, & dominium, & poſſeſsionem vel habente ſolā poſ-
ſeſsionem non vero dominium, vel ſolum dominium non vero poſſeſsionem, non
ſanè de primo, aut ſecundo loquitur, vt quilibet per ſe intelligere facilè poteſt, er-
gò de tertio, & ſic de dominio alioquin Text. de nullo loqueretur, & eſſet omnino
inanis,quod valde abſurdum. Si ergo dominus rem ſuam vacantem occupare non
poteſt multo minus poterit ſolum habens titulum.

15 Quarto, quia ita tenuit *Butrigar. à Saliceto loco vbi ſupra, relatus.* In † contra-
rium eſt communis interpretum ſententia, cuius fuit auctor *Azo. quem cæteri ſe-*
quuti ſunt, vt teſtatur Salicet.hic colum.5.ſub num.19. verſic.3.caſu qui Doctores
hanc opinionem communiter ſequi teſtatur, allegat in ſpecie Azon.gloſſ. Cynum, &
Peruſinos ita videtur ſentire Bart.hic num.9.verſic.2.caſu clarius.Bald.numer.49.
Salicet.qui de communi,num.19.colum.3.caſu. Corn.num.34. Dec.numer.41 verſic.
quid ſi autem,& num.42. Mantica in prima lect. num.159. Zuchard.num.390. Ne-
uiz.conſil.8.num.73. Oldrad.conſil.139.ad habendum aliqualem ſexto dubio Guid.
Pap.quæſt.59.plura Alex.conſ.83.num.6.lib.2.qui ad id affirmat donatarium teſta-
toris legitimum eſſe contradictorem. Bero conſ.55. num.6.lib.2. Idem conſ.60.nu.3.
lib.2. Alexand.conſ.3.num.1.lib.3. Curt.Sen.conſ.63.num.19. Perſonal. de adipiſc.
num.432. Menoch.de adipiſc. remed.4.num.588. & 610. Peregrin. de fid.art.48.nu-
mer.43. Honded.conſ.22.num.41.volum.1.Cardin.Seraphinus, deciſ.801.numer.1.
vbi loquitur ad effectum,quoad diſcutiantur iura poſſeſſorum, & de poſſeſsione ca
pta eſt iudicis licentia.

16 Probatur hæc ſententia primo † quia ille, qui titulum a defuncto habet propria
auctoritate poſſeſsionem capere poteſt, *l.fiſtulas,§.fundum,ff.de contrahen.emptio.*
ita docuit Bart.in l.cum ſolus ad finem,ff. de Vſucap. Bald.hic ſub nu.49.verſic.

Quinto opponendo de contractu idem *in l.iudicia,col.1.C.de rei vend. Salic.hic*
ſub nu.19.col.5.in fine, verſ.non obſtant obiecta per d.l. Sertulas Roma. conſ.312.in
prin. Ang.Are.in §.ſed iſte, Inſt.de act. Menoch.qui omnes enarratos refert,d.rem.4.
nu.589. Addo Decium hic ſub nu.41.verſ.niſi dicamus,& Alex.à Decio alleg. & ideo
ſi propria auctoritate poſſeſſionem cępit iuſtè poſſidet, & per conſequens legitimus
eſt contradictor.

Proba-

Probatur ſecundo per inſtantiam fideicommiſſarij,qui quotieſcunque poſſeſſio-
nem ſine vitio eſt conſequutus, quamuis propria auctoritate legitimus,eſt contradi
ctor,verum de eo ex profeſſo agemus in ſequenti quæſtione.

17 Tertio, quia † in hoc caſu locus eſt exceptioni doli mali; hæres enim cum petit
immitti in poſſeſſionem bonorum ab alio poſſeſſorum ex titulo á defuncto obtento
petit illud,quod ſtatim eſt reſtituturus, Ideo petita non ſunt ei concedenda, *l.vni-
cuique,§.dolo facis de reg.iur.l.2.ff.de dol mali except.*

18 Quarto, quia † is qui tenetur de euictione,ſi ipſe agat exceptione ſubmoueri po-
teſt,*l.vendicantem ff.de euict.Alex.conſ.3.nu.1.lib.3.Curt.ſen.conſ.63.nu.19.verſ.
quo caſu,ſequitur Perſonal in tract.de adipiſc.nu.432.& pluribus in locis dixi*, At
hæres tenetur de euictione, quando defunctus titulo congruo rem alteri conceſſe-
rat, meritò, & poterit exceptione ſubmoueri, donec de iuribus excipientis fuerit
cognitum.

19 Quinto, quia † hæres non poteſt venire contra factum defuncti, *l.cum à matre,
ff.de rei vendic.*

Omitto ponderationem, *l.1.§.quæ redigantur,ff quor.legator.& l.1.C.quorum
bonor.*eæ, enim vt rectè Dec. animaduertit loquuntur in eo qui, & titulum, & poſ-
ſeſſionem à defuncto obtinuerat.

20 Ad primum † reſpondetur ex mente Curtij,num.72.cuius reſolutionem reliqui
amplectuntur potiſſimum, *Zuccar.hic nu.390.verſ.cui non obſtat, & Menoch.d.re-
med.4 nu.592.*illud eſſe propter Falcidiam, & Trebellianicam, quæ veniunt detra-
hendæ quamobrem ſi forte indubitatum eſſet nullum eſſe locum detractioni non
teneretur fideicommiſſarius res poſſeſſas reſtituere, vt de fideicommiſſario ex pro-
feſſo agentes latius dicemus in ſequenti quæſtione.

21 Ad ſecundum reſpondetur ex mente *Salic.col.7.verſ.non obſtat*,† habentem titu
lum à defuncto vacante hæreditate ſi poſſeſſionem occupet, non habere rationem
ſpoliantis,tum quia teſtatore permittente id facit, vt ſupra dictum; tum quia re ve-
22 ra † bona hæreditaria hæreditate iacente à nullo dicuntur poſſeſſa,vt apertiſſime in-
quit *tex.in l.2.§.Scæuola.ff.ſi quis teſtam.liber.in l.nunquam,§.vacantem, vbi gloſ.
in verb.poſt aditam,ff.de vſucap.*Neq; obſtat *l.hæres,l.nunquam,§.vacuum,& l.cer
tum ff.de vſucap.* Nam ſingulari iure in vſucapione procedunt, vt hæreditas quaſi
defunctum repræſentans poſſidere videatur, vt perficiatur vſucapio, ne rerum do-
23 minia in incerto maneant, quod valde publicè intereſt *toto tit.† Inſtit. de vſucap.*
Quod ſi replicetur, quinimo etiam in alijs vbi de vſucapione non agitur hæreditatē
repræſentare defunctum,vt probat *tex.in l.in eo in fine,& l.ſeq ff.de acq.rer.domin.*
vbi ſeruus ſtipulando hæreditati acquirit, quia hæreditas defunctum repræſentat,
24 *& in §.ſeruus etiam Inſtit.de hered.*† vbi dicitur eſſe cum ſeruis hæreditarijs teſta-
menti factionem, quia hæreditas perſonæ vicem ſuſtinet, non quidem hæredis fu-
turi,ſed defuncti, *Capic.qui pluribus confirmat deciſ.87.nu.9.*

25 Reſponſio eſt in promptu † excepta vſucapione in qua à communi regula rece-
ditur in ijs, in quibus facto, & voluntate non eſt opus hæreditatem ſuſtinere vices
defunctiſecus vbi facto,& volūtate eſt opus quod apparet ex allegatis textibus hinc
inde,ſi quidem *l.1.§.Scæuola.ff.ſi quis teſtam.liber eſſe*,ſtatuit hæreditatem nō poſ-
26 ſidere in illis verbis non autem fuit poſſeſſio hæreditatis, † Rationem autem affert,
quia poſſeſſio eſt facti,& animi;ſecus in ſtipulatione ſerui de qua *in l.in eo, in fin.&
27 l.ſeq ff.de acquir.rer.dom.* Nam,† ſeruus domino, & inuito,& ignoranti acquirere,
poteſt ideo facto,& voluntate domini non eſt opus,*§.item vobis Inſtit.de teſtam.l.
etiam inuitis,ff.de acq.rer.dom.l.ſeruus vetante,ff.de verb.obl.* ſecus etiam in inſti-
28 tutione hæredis de qua *in §.ſeruus etiam alienus, Inſtit.de hæred.inſtit.* Ad † hoc
enim vt inſtitutio rectè fiat non requiritur tactum,aut conſenſus inſtituti,ſed omni-
no ignorans inſtitui poteſt,facit *text.in §.ſi quis ita formidoloſus, Inſtit.de pupill.*,

licet

29 † licet quantum ad id, vt inſtituto acquiratur hæreditas voluntate inſtituti ſit opus
30 † hinc neque dicitur repræſentare perſonam defuncti ad effectum, vt citari poſſit; quia requiritur intelligentia, & ideo debet expectari hæres, vel dari curator, *Alba*
31 *Mandell. conſ.232.nu.9.* † Nihil facit Rotæ auctoritas *d. deciſ.*520. quia loquitur ſi caſum illius animaduertamus in eo de cuius titulo erat dubium in quo verum eſt
32 non poſſe bona hæreditatis iacentis occupare, & quamuis ſub *nu.*8. † dicat plus delinquere occupantem rem vacantem per mortem, quam per negligentiam poſſeſſionis, non tamen hoc probat, niſi quia hæreditas jacens complet vſucapionem, & facit fructus ſuos, quod neceſſariò non conuincit, cum vt dictum, ſit ſpeciale in vſucapione, vt hæreditas poſſideat, quamuis etiam ſub nu.12. expreſſe dicat habentem titulum non poſſe poſſeſſionem vacantem occupare, neque tamen *Dec.* neq; *Calder:* nec *Guid. Pap.* aut alij allegati illud dicunt ad quod allegantur niſi ego in legendo
33 deceptus ſim. Videat prudens lector, & iudicium ferat, † dum tandem ſubnectit occupationem rerum fideicommiſſo ſubiectarum hæreditate iacente vti vitioſam eſſe reuocandam non abſolutè eſt verum, qua de re latius in queſtione ſequenti agemus vbi ſaltem ceſſantibus detractionibus poſſeſſionem à fideicommiſſario hæreditate iacente obtentam non reuocari animaduertimus.

34 Ad tertium reſpondendum † *l. ſi quis in tanta, C. unde ui,* † *l. ſi ex ſtipulatione, ff.*
35 *de acquir. poſſeſſ.* † *l. non dubium, C. de legat.* habere locum in poſſeſſione ab alijs detē-
36 ta non vero in vacante; Ad confirmationem verò ex † *l. cum quærebatur, C. unde vi,*
37 non habere locum in domino, neque in habente titulum ab eo, vt communem eſſe ſententiam pluribus cumulatis refert *Menoch. d. remed.* 13. *nu.*25. qui licet aſſerat ſe aliquando contrarium ſenſiſſe, nihilominus, inquit difficile futurum in ſuam à communi recedere, Neque quicquam facit inductio iam ex Menochio propoſita cum non ſint partes ſufficienter enumeratæ, ſed duo caſus omiſſi nempe quando quis nō eſt nec dominus, nec poſſeſſor, ſed titulum habet à domino; Item quando nec dominus, nec poſſeſſor, ſed titulum habet à non domino.

Verum, quia ſuppoſita Menochij prima opinione hæc reſponſio corrueret ex mē-
38 te Saliceti 2. affertur reſponſio † *d. l. cum quærebatur ceſſare*, quando poſſeſſionem occupans habuit licentiam à domino tunc poſſidente, quam is habere videtur, qui titulum à defuncto habuit, vel quando aduerſarius tenebatur, & potuiſſet aſtringi ad poſſeſſionem vacuam exhibendam, qui enim poterat aſtringere videtur, & poſſe vacantem propria auctoritate ingredi, & hoc eſt de mente Saliceti d. verſ. non ob-
39 ſtat. † At neque huic ſolutioni videtur omnino acquieſcendum, quia non eſt abſolutè verum habentem titulum habere licentiam à domino ingrediendi propria auctoritate, niſi fuerit hoc, vel expreſsè, vel ſaltem tacitè cautum per clauſulas opportunas puta, vendidit, ceſſit, tradidit ad *Alex. in l. prædo, nu.*8. *ff. de acq. poſſ.* & alios allegandos in fine art. in prima animaduerſione. Neq; ſuppoſita dicta Menochij ſententia, qui poteſt poſſidentem aſtringere ad rem, & poſſeſſionem ſibi cedendam poteſt propria auctoritate eandem vacantem ingredi, nam profectò dominus poteſt cogere poſſidentem ad rem, & poſſeſſionem ſibi reſtituendam, nō tamen propria auctoritate ingredi poteſt, vt ſupponimus, quod ſi hoc intelligeretur de eo qui cogere poteſt poſſidentem ad poſſeſſionem reſtituendam mediante remedio poſſeſſorio, hoc nihil facit quamuis verum eſſet, quia habens titulum à defuncto puta emptionis non habet remedium poſſeſſorium ad rem obtinendam, niſi titulo quoque ſit
40 coniuncta hipotheca, † quod quidem cauſa competeret Saluianum interdictum, *Rota in nouiſſ. deciſ.*34. *num.*77. *& dixi ſupra, q.*5. *num.*22. Verum tunc egredimur terminos propoſiti articuli in quo ponitur quem habuiſſe à defuncto titulum non ve-
41 ro hipothecam, Ad tollendum igitur omnem ſcrupulum animaduertendum † poſſeſſionem vacantem duplicem cōſiderari poſſe, vel vacantem quidem; ita tamen vt alicuius ſit poſſeſſio, non vero nullius, licet nullus actu eā exerceat neq; per ſe, neq;

per

per alium, quod in eo contingit, qui peregrè profectus nullum reliquit rei ſuæ cu-
ſtodem, qui eius nomine poſſideat, non enim retento poſſidendi animo poſſeſſionē
amittit, *l. peregrè, ff. de acq. poſſ.* vel ita vacantem, vt ad nullum nullo modo pertineat
42 neq; poſſumus dicere poſſeſſionem huius, vel illius eſſe, exemplum, vel † in rebus pro
derelicto habitis, *ad l. ſi quis, §. dominia, ff. de acquir. poſſ.* vel in eo qui mortuus eſt,
43 mors.n. omnia ſoluit, *§. deinceps, in Auth. de nupt.* non enim † poſſeſſio transfertur
in hæreditatem iacentem, aut hæreditate adita continuatiuè in hærede, ſed acquiſi-
44 tione actuali eſt opus, ita vt neque † aditio hæreditatis ſufficiens ſit ad eam acqui-
rendam; *l. cum heredes, in prin. ff. de acq. poſſ. l. 1. §. Scæu. ff. ſi quis teſtam. liber.* quod
45 etiam in ſuo hærede locum habet. Vnde *Bal. in l. 1. §. Scæu. nu. 2.* inquit, quod † licet
exiſtentia ſui hæredis faciat filium hæredem, & dominum, non tamen facit poſſeſ-
ſorem, Vnde conſequens eſt, vt poſt mortem alicuius antequàm hæres illius poſſeſ-
46 ſionem † obtinuerit ea omnino nullius ſit, Si primo modo vacua ſit poſſeſſio locum
habet, *l. cū quærebatur, quæ eſt fin. C. vnd. vi,* ideo eam propria auctoritate ingrediens
prædo eſt, & incidit in pœnam, *l. ſi quis in tanta, C. vnde vi repetita in d. l. cum quæ-
rebatur, C. eod.* ſi verò ſecundo modo vacua, habens titulum propria auctoritate ca-
pere poteſt, neque vllam incurrit pœnam. Probatur hæc diſtinctio tum verbis *d. l. cū
quærebatur,* ſi rectè ponderentur, tum congrua diuerſitatis ratione, verbis, primo,
ibi, Qui vacuam poſſeſſionem abſentium, vbi loquitur de poſſeſſione quidem vacua,
quæ tamen alicuius eſt, nimirum abſentis ergo, non de ea, quæ nullius, & ita de pri-
mo vacuæ poſſeſſionis genere; ſecundo ibi, Nō concedentes aliquem alienas res, vel
poſſeſſiones per ſui auctoritatem vſurpare ex quibus conſtat loqui de poſſeſſione ſi
vacua, quæ tamen aliena ſit, non verò nullius, tertio ibi ridiculum, & enim eſt dice-
re, vel audire, quod per ignorantiam alienam rem aliquis quaſi propriam occupa-
uerit, non enim alienam rem quaſi propriam occupat quis, quando poſſeſſio ſecun-
do modo eſt vacans, ſed quaſi nullius, & quoad dominium, & quoad poſſeſſionem;
ſibi verò ratione tituli debitam.

Quarto ibi, Omnes enim ſcire debent, quod ſuum non eſt hoc ad alios modis om-
nibus pertinere, hæc enim verba non poſſunt verificari in poſſeſſione, ſecundo mo-
do vacua in qua licet ſciam rem non eſſe meā, ſcio tū de præſenti ad nullū pertinere.

Quod ſi dicatur pertinere ad hæredem ſaltem potentia, quia titulum inſtitutio-
nis, & ſic vltimæ voluntatis habet, cur non æque dicamus ad habentem titulum in-
ter viuos pertinere, cum anterior ſit tempore, & ideo potior iure, *c. qui potior, de reg.
iuris, in 6.*

Ratio vero diuerſitatis inter poſſeſſionem primo modo vacantem, & vacantem
poſteriori, hæc eſt quod occupans in primo caſu rem alienam, occupat nimirū alie-
nam poſſeſſionem; ſupponimus enim poſſeſſionem non ita vacantem fuiſſe, vt non
alicuius eſſet, & ideo alicui iniuriam facit, ſecundo vero caſu nullius poſſeſſionem
47 turbat hinc quemadmodum nullo propemodum diſſentiente receptum poſſe † hæ-
redem poſſeſſionem vacantem rerum hæreditariarum propria auctoritate capere,
qui nulli iniuriam facit, *l. cum heres, in princ. ff. de acq. poſſeſſ. Dec. hic nu. 4. poſt Bart.
nu. 16. Bald. nu. 3. Cyn. & Ang. quos allegat idem conſ. 199. in caſu poſt princ. Alex. in
l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, nu. 27. in fin. ff. de re iudic. Ripa in rubr. ff. quor. bonor.
nu. 2. verſ. quinta, Plot. in l. ſi quando, nu. 85. & 93. C. vnde vi, Durand. in tract. de ar
te teſtand. tit. 2. cautel. 20. nu. 2. Calcan. conſ. 67. col. 2 in fine. Pariſ. conſ. 54. nu. 1. &
ſeq. lib. 3. & conſ. 37. nu. 22. eod. lib. Socin iun. conſ. 75. nu. 10. lib. 1. Perſonal. in tract.
adipiſc. nu. 8. Henric. Boich. in ſuis ſingular. tit. Auctor licentia, & conſenſu Hartm.
48 c. 5. tit. de her. lib. 2. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 69.* † idem videtur aſſerendum in ha-
bēte titulum inter viuos cum nulla diuerſitatis ratio afferri poſſe videatur, *ad l. illud
ff. ad l. Aquil. cum vulg.* quod ſi prærogatiua ex parte alicuius vigeat, videtur vigere
ex parte habentis titulum inter viuos cum ſit prior tempore, vt ſupra dictum; potiſ-
ſimum

ſimũ cum illud de iure ſit expeditum vniuerſaliter habentem titulum, poſſeſſionem vacantem ingredi poſſe auctoritate propria, *vt poſt Bart. Dec. Caſtrenſ.* [*Gozad. Menoch. tradidit Surd. conſ.160.nu.4.* vtique ſupra etiam auctoritatibus firmaui]. † Dici-
49 citur autem vacare poſſeſſio per mortem poſſeſſoris, *l. cum heres, in princ. ff. de acq. poſſ. l.1. §. Scæuola, ff. ſi quis teſtam. liber. Crott. conſ.47.nu.23. Surd. d. conſ.60.nu.5.*
50 quod ſtatuit † habere locum etiam in vniuerſitate, vel collegio, quod ſi omnes de illa vniuerſitate, vel collegio moriãtur, poſſeſſio vacabit, *ita gl. in l. ſicuti, §. fin. ff. quod cuiusq; vniuerſ. nomin. Bar. in l.1. §. municipes, vbi Alex. nu.8. & Iaſ. in fin. ff. de acquir. poſſ.* Cum igitur nos ſimus in occupante rem hæreditariam nondum ab hærede obtentam, conſtat iuſtam eſſe occupationem, & iuſtam poſſeſſionem, ideo nihil hoc nomine impedire poſſe, quin talis poſſeſſor iuſtus ſit contradictor.

Ad quartum facilis eſt reſponſio auctoritatem Butrigarij frequentiori inſignorũ virorum auctoritate, & rationibus vrgentiſſimis ſuperati, ita vt non ſit graue ab ea recedere quamuis alioqui maxime ſit auctoritatis.

Animaduertendum hanc ſententiam proculdubio veram eſſe, quando poſſeſſionem vacantem contradictor occupauit, *Bald. hic nu.42. verſ. tertio caſu opponendo, Salic. nu.19. verſ. tertio caſu opponendo, Afflict. deci.119.nu.6. Cephal. conſ.4.nu.35.* ſi autem poſſeſſio non eſſet vacans res paulò obſcurior, hæc tamen diſtinctio am-
51 plectenda, Aut † verba tituli adeo concepta, vt ex illis deprehendamus licẽtiam pro-
52 pria capiendi auctoritate conceſſam, † puta ea verba in inſtrumento appoſita, dedit, vendidit, tradidit, & quia poteſt propria auctoritate capere erit legitimus contradictor, *Alex. in l. prædia, nu.8. ff. de acq. poſſ. Lanfranc. in c. quoniam contra in verb. teſtium depoſitio, nu.164. de probat. Soc. conſ.55.nu.3. lib.4. Crau. conſ.245.nu.13. Rol. conſ.51.nu.31. lib.2.* Aut verò non extant verba ex quibus deprehendamus datam licentiam propria auctoritate capiendi, & tunc cum bona non vacantia nequeant propria auctoritate capi, ſed ſi ita capiantur vitioſa ſit poſſeſſio, conſequens eſt non eſſe legitimum contradictorem; hanc diſtinctionem videtur probare, *Perſonalis in tracta tu adipiſcendæ, nu.432. verſ. ſed & quoque.*

53 Animaduertendum ſecundo veram eſſe, quando † contradictor allegat titulum inter viuos à teſtatore quæſitum puta emptionis, aut donationis *ad Corn. hic nu.42. Zuccar. nu.403. & Menoch. d. rem.4.nu.610.* vel ſi in vltima voluntate ſimilem titulo hæredis, veluti ſi alliget ſe hæredem inſtitutum, vel ab eodem, vel ab alio teſtatore, ita *Dec. hic nu.41. ibi ſimiliter iſte Zucchard. nu.390. in fine, Menoch. num.592. verſ. extenditur,* Si vero diſſimilem in vltima voluntate puta fideicommiſsi legati, quid aſſerendum infra latius dicemus de his ex profeſſo agentes.

54 Animaduertendum tertio veram eſſe prædictam determinationẽ quando † rem hæreditariam occupauit, qui titulum à defuncto habuit antequam hæres hæreditatem adiuerit, ſi verò occupauerit poſt aditam hæreditatem, rem aliquanto obſcurio-
55 rem eſſe. Quamuis. n. nondum poſſeſſio fuerit hæredi quæſita † cum non ſufficiat aditio hæreditatis, ſed actuali apprehenſione ſit opus, *l. cum heres, in prin. ff. de acq.*
56 *poſſ. & paulo antedixi*, nihilominus iam † dominium rerum hæreditariarũ eſt quæſitum, *d. l. cum heredes, ff. de acq. poſſ.* Ideo tales res occupans, alienas res occupat, &
57 ideo uidetur incurrere in diſpoſitionem † *d. l. cum quærebatur*, quæ loquitur de occupante non ſolum poſſeſſiones alienas, ſed etiam res alienas quantum ad dominiũ attinet, ut indicant uerba teſtatoris ibi, Alienas res, uel poſſeſſiones, & ibi alienam rem quaſi propriam, & ibi (quod ſuum non eſt) quæ omnia dominium uidentur requirere indiſtinctè tamen affirmatiuam ſententiam tenent ſupra enarrati auctores, neq; quicquã facit ponderatio, *d. l. cum quærebatur* iam facta; Non enim eſt abſurdũ relata uerba ad poſſeſſionem referri, non ad dominium & modo quo in lege noſtra communiter receptum eſt, ut ſupra dixi *quæſt.8. art.1. in ſolutione ad primum*, & ratio eſt eadem, quæ ibi quia, ſi de dominio intelligerentur intentans remedium, *d. l. cum*

cum querebatur, debetet probare dominium, quod non eſt dicendũ cum hoc quoq; remedium ſit poſſeſſorium, & introductum ad euitandam dominij, probationem *ad Bald. in d. l. cũ querebatur*, quæ reſpicit petitorium non vero poſſeſſorium. Præterea *d. l.* intelligenda in eo qui dum occupat rem, ſcire debeat modis omnibus ad alium pertinere, qui verò rem hæreditariam, ad quam à defuncto titulũ obtinuit, occupat, Scit eam non modis omnibus ad alium pertinere, ſed iure tituli ſibi debitã, & ita ad ſe non ad alium hoc nomine ſpectare; Vnde *Bart. in d. l. cum querebatur, nu. 15. poſt gloſ.* docuit malam fidem in occupante neceſſariam eſſe, vt eius legis remedio ſit locus, malam autem præſumi in non habente titulum, bonam verò in habẽte titulum.

SVMMARIVM Tertij Articuli.

58 *Nemo in alium plus iuris transferre poteſt, quam habet ipſe.*

59 *Res iniuſtè occupata, ſit vitioſa, & cum vitio tranſit.*

Declara quando alter ſuam poſſeßionem primario ab iniuſto poſſeſſore recognoſcit, ſecus ſi primario à iure ſuo, & inſtrumentaliter ab hoc poſſeſſore eam recognoſcat, vt infra nu. 69.

60 *Res furtiua, & per vim poſſeſſa non ſolum non poteſt vſucapi, aut à fure, aut à violento poſſeſſore, ſed nec ab eo qui bona fide à fure accepit.*

61 *Occupans poſſeßionem rerum vacantium ſine vi rem tribuens accipiẽte bona fide facit, vt præſcribere poßit ſecundum ius fforum, & inſtitutionum ſecus de iure Codicis, & Authenticorum.*

62 *Occupans poſſeßionem rerum vacantium pro prædone habetur, non minus, ac accipiens per vim à poſſeſſore.*

63 *Capiens à poſſeßore malæ fidei qui ſine violentia poſſeßionem obtinuerat, non præſcribit niſi per tricenalem præſcriptionem quamuis bona fide poßideat.*

64 *Contradictor legitimus non eſt, aduerſus quem de iure competit actio ſpolij.*

65 *Actio ſpolij datur aduerſus ſingularem ſucceßorem, quando competebat aduerſus ſpoliantem.*

Declara ſi ſingularis ſucceßor ſit in mala fide conſtitutus ſecus ſi in bona, vt infra num. 76. in 3. art.

66 *Contradictor legitimus, eſt qui titulum à teſtatore obtinuit, poſſeßionẽ verò eo mortuo à tertio.*

67 *Poſſeſſor iniuſtus non ſpoliandus, & ſpoliatus ante omnia reſtituendus.*

68 *Prædo non eſt à ſua poſſeßione amouendus.*

70 *Poſsidendi plures cauſas habens cenſetur ea poſsidere, quæ licite poteſt.*

71 *Vitium violentæ poſseſsionis purgatur, quando ad aliquem voluntate domini peruenit poſseſsio.*

72 *Velle præſumitur, qui velle tenetur.*

73 *Cauſam poſseſsionis præſumitũ mutare poſseſsor quãdo iuſta ſuperuenit.*

74 *Poſseſsor nouus in quo datur alia cauſa poſsidendi iuſta cum in primo daretur iniuſta præſumitur ex ſecunda poſsidere.*

75 *Poſsidere non præſumitur ex titulo præambulo qui titulum ab vno, & poſseſsionem ab alio obtinuit, quod verum ſi recognoſcat poſseſsionem principaliter ab eo à quo titulum non habuit, ſecus inſtrumentaliter.*

ARTI-

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando titulum à teſtatore obtinuit, poſſeſſionem verò eo mortuo à tertio.

SVpponendum pro terminorum dilucidatione, tertium à quo is poſſeſſionem obtinuit, de quo quærimus, an ſit contradictor, non à teſtatore, ſed mortuo poſſeſſionem obtinuiſſe; ſi enim ex viuente deficiet hoc beneficium deficiente poſſeſſione defuncti tẽpore mortis, vt probat text. noſter, & ſæpius plurib. antea firmauimus.

Supponendum ſecundo neque hunc ab hærede poſſeſſionem conſequutum, quãdoquidem hæres iam poſſediſſet, & ideo non amplius etiam amiſſa poſſeſſione poſſet hac beneficium intentare, quod datur pro adipiſcenda, non vero recuperanda poſſeſſione, vt eſt ſæpè ſupra monitum.

Supponendum tertio hunc nullum habuiſſe à defuncto titulum, cuius vi propria auctoritate rem cepiſſet poſſidere cum enim certum ſit, eum hoc modo futurũ fuiſſe legitimum contradictorem, vt in ſuperiori articulo, ita pro certo habendum potuiſſe huiuſmodi ius tranſire in accipientem poſſeſſionem ab eo. Ita vt concludendum terminos huius articuli hos eſſe, vt titulum à teſtatore habens obtinuerit poſſeſſionem ab iniuſto poſſeſſore.

Videtur negatiua ſententia tenenda, hoc eſt talem poſſidentem non eſſe legitimum contradictorem.

58 Primo, quia † nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat, *l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur.* At primus poſſeſſor non habebat ius legitimi contradictoris, ergo &c.

59 Secundo, quia † res ſemel iniuſtè occupata, videtur fieri vitioſa, & cum ſuo vitio
60 tranſire, hinc conſtat † res furtiuas, & per vim poſſeſſas vſucapi non poſſe, non ſolũ à fure, aut violento poſſeſſore, ſed ne ab eo quidem, ad quem bona fide accipiente
61 poſſeſſione fuerunt tranſlata, *§. furtiuæ, Inſtit. de vſucap.* Et licèt † ſecundum ius inſtitutionum, ſi quis loci vacantis poſſeſſionem propter abſentiam, aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſione deceſſerit, ſine vi nanciſcatur; quamuis ipſe mala fide poſſideat (quia intelligit alienum fundum occupaſſe) tamen ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa poſſeſſione acquiri, quia rei neque furtiuè, neq; vi poſſeſſæ poſſeſſionem accepérit, *§. quod autem, Inſtit. de vſucap.* hoc tamen ſecundum ius tum Codicis, tum Authen. aliter ſe habet; *nam l. fin. C. vnde vi*, quæ incipit,
62 cum quærebatur, cautum eſt † occupantem poſſeſſionem rerum vacantium pro prædone haberi non minus ac accipientes per vim poſſeſſiones ab alijs detentas, eiſdéq. pœnis teneri, quibus tenebantur violenti ingreſſores, illudq. in talibus rebus ſeruari iubet, quod antea in rebus mobilibus cautum, vt nempè furtiuæ fierent per ſolam apprehenſionem, Ex quibus conſtat res occupatas poſſeſſione vacante eodem modo fieri vitioſas, quo, & furtiuas, & vi poſſeſſas, ideo hoc tempore cũ tali onere trãſibunt, *in §. vero, rurſus ſancimus, in Auth. vt ſponſalitia largitos, & in Auth. malæ*
63 *fidei, C. de praeſcrip. long. temp.* cautum † capientem à poſſeſſore malæ fidei, qui ſine violentia poſſeſſionem obtinuerat, nõ præſcribere, niſi per tricenalem præſcriptionem, nec ei prodeſſe, qui hoc modo poſſidet, aſſerere bona fide poſſidere, quando ipſe à mala fide poſſidente accepit. Si igitur non præſcribitur à bonæ fidei poſſeſſore res quæ vitio affecta eſt, ſequitur vitioſam eſſe poſſeſſionem, & retentionem, quæ quemadmodum non facit vſucapientem, ita neque faciet legitimum contradictorem, in quo poſſeſſio ſine vitio eſt neceſſaria, vt ſæpius repetitum, præcipuè infra in 10. quæſtione, num. 125.

64 Tertio quia † is aduerſus quem de iure competit actio ſpolij non eſt legitimus con-

65 contradictor, † At aduerſus ſucceſſorem ſingularem datur actio ſpolij, quæ com-
petebat aduerſus ſpoliantem, & ſic aduerſus accipientem poſſeſſionem à ſpolian-
te, *c. ſæpe contingit, de reſtit. ſpol.* Verùm aduerſus primum dabatur hæc actio, *d. l.*
cum quærebatur, C. vnde vi, ergo &c.

66 In † contrarium eſt veritas, quæ probatur vnica ratione.

Quia ſi habens titulum à defuncto viuente poſſeſſionem propria auctoritate bo-
na fide occupans eſt legitimus contradictor, vt in ſuperiori articulo fuit conclu-
ſum, ergo eodem modo habens à tertio, qui occupauerat. Si enim vacantem pro-
pria auctoritate capere poteſt, obtentam non minus poterit concedente eo, qui
obtinet, nihil enim aliud obſtare poteſt, quàm huius occupantis poſſeſſio; Ea enim
remota, rectè per ſe occuparet, vt dictum, at hæc non obeſt, quia ille cedit, igitur
conſequens eſt, vt iuſtè poſſeſſionem accipiat.

Ad primum reſpondendum non eſſe primum poſſeſſorem quem iniuſtum de-
tentorem probauimus, qui tribuat ius legitimi contradictoris, ſed habentem titu-
lum à defuncto vi ſui tituli coniuncta iuſta poſſeſſione per ſe huiuſmodi ius habe-
re; illud vnum facit iniuſtus ille poſſeſſor, vt cedendo poſſeſſionem remoueat impe-
dimentum, quod poterat obſtare, ne ſecundus poſſidens fieret legitimus contradi-
ctor, eo enim poſſidente vtcumque iniuſtè, neque cedente, non potuiſſet alter pro-
pria auctoritate poſſeſſionem iuſtè conſequi, & ita; & poſſidens, & contradictor
67 euadere, † nam neque iniuſtus poſſeſſor eſt ſpoliandus, & ſpoliatus ante omnia re-
ſtituendus, *l. colonus, l. cum fundum, ff. de vi, & vi armata, l. 1. §. quia me, ff. eod. tit.*
l. 1. §. denique, ff. quod vi, aut clam, c. in literis, de reſtit. ſpoliat. & vulgatiſſima eſt
68 omnium ſententia aſſerentium † ne prædonem quidem ſua poſſeſſione amouen-
dum *Menoch. de recuper. remed. 1. num.* 110. quod ceſſat eo cedente.

Ad ſecundum reſpondendum rem iniuſtè ab vno poſseſsam cum vitio ad alte-
69 rum tranſire, † quando alter primariò ſuam poſſeſſionem ab huiuſmodi iniuſto
poſseſsore recognoſcit, ita vt verè, & primario ab eo eam accipere dicatur, ſecus
ſi à ſuo iure eam recognoſcat, licèt ſecundariò, & quaſi inſtrumentaliter ab iniu-
ſto poſseſsore, ita videtur intelligendus textus *in §. rurſus ſancimus, in Authent.*
vt ſponſalitia largitus, dum inquit, nec ei prodeſſe, qui hoc modo poſſidet, aſ-
ſerere ſe bona fide poſſidere, quando ipſe à mala fide poſſidente accepit; ex his
enim apparet, ſi non acceperit poſſeſſionem à mala fide poſſidente rem aliam eſ-
ſe. At in re noſtra habens titulum, à defuncto, qui rem vacantem iuſtè occupare po-
terat, non obtinet poſſeſſionem ab hoc iniuſto poſseſsore, ſed à ſe ipſo; is enim
cedens quaſi vacuam relinquere videtur; quam eodem momento apprehendit al-
ter propria auctoritate, ita vt eam, quantum ad ius poſſidendi recognoſcat à ſe
ipſo, ab altero verò tanquam à medio inſtrumentali actus externi, non verò iu-
70 ris poſſidendi, quod ex eo maximè ſtatuendum, quia † habens plures poſſiden-
di cauſas, cenſetur ex ea poſſidere, qua licitè poteſt, *l. quædam mulier, ff. de rei*
vendic. l. 1. §. 1. ff. de except. rei iudic. l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. quamobrem cum
propria auctoritate iure poſſidere poſſit ſub hoc nomine videtur poſſidere, non
ſub nomine poſseſſionis acceptæ ab iniuſto poſseſsore, niſi quatenus ille conſen-
tiens facit ceſsare violentiam, quæ fortè fuiſſet adhibita.

71 Secundo reſpondendum † rem peruenientem ad tertium habentem titulum
à domino licet defuncto vitium violenti purgari, quia ad eum voluntate domi-
ni dicitur peruenire *ad l. quartam, §. tunc in poteſtate, in fine, ff. de vſucapion.*
dicitur autem voluntate domini ad hunc peruenire, quia cum titulum tranſtuliſ-
72 ſet, tenebatur velle, vt ad eum † perueniret, præſumitur autem illud velle ad
quod tenebatur niſi contrarium appareat, *gloſſ. & Bald. in l. minus inſtructus,*
C. de acquir. poſſeſſ.

73 Tertio quemadmodum † idem poſseſsor noua ſuperueniente poſſidendi cauſa,

O quæ

quæ iuſta ſit, eam mutari præſumitur, & poſſidere iuxta titulum poſtea obtentum
ad l. ſingularia cum ibi notatis, ff. ſi cert. petat. & in terminis *Achill. deciſ. 4. nu.* 1.
& per totam cum alijs deductis ſupra in quæſtione 8. artic. 1. argumento 4. ita no-
74 uo poſseſsore ſuperueniente, † in quo alia datur cauſa poſſidendi, cui primus poſ-
ſeſſionem cedit, præſumitur mutata poſseſſionis cauſa, & ſic poſseſſio erit facta
iuſta, quod verum erit, quando ſecundus non recognoſcet principaliter poſseſſio-
nem ab iniuſto poſſeſſore, niſi vt dicebam inſtrumentaliter, & quaſi à reſtitutore
poſſeſſionis debitæ, ſecus ſi ab eo poſſidendi ius recognoſcatur, tunc enim non
75 præſumitur quis † poſſidere ex titulo præambulo, quia titulum ab vno, & poſſeſſio-
nem ab alio obtinuit, *ad Bald. in l. ſuper longe, num. 16. C. de preſcript. & Ang. in l. quadam mulier in fine, ff. de rei vendicat.*

76 Ad tertium † reſpondendum aduerſus ſucceſſorem ſingularem ſpoliati dari ſpo-
lij actionem, quando ipſe in mala fide eſt conſtitutus, non verò ſi in bona fide,
quod ex *textu in d. c. ſæpè*, facilè colligitur, ſi animaduertantur illa verba (cum ſpo-
liatione qua ſi ſuccedat in vitium, eo quod non multum intereſt quoad periculum
animæ iniuſtè detinere, ac inuadere alienum) cum igitur nos ſimus in accipiente
bona fide, qui non iniuſtè alienum detinet, ſed iuſtè ſuum, conſequens eſt ceſſare
diſpoſitionem dicti capitis.

Secundo reſpondendum non vti ſucceſſionem ſpoliantis hunc poſſidere, ſed vti nouum poſſeſsorem ex alia poſſidendi cauſa non obtenta à ſpoliante, ſed à vero domino, vt ſupradictum.

SVMMARIVM quarti Articuli.

76 *Titulum habens rerum vacantium, poſſeßionem occupare poteſt, quando poſſeſſio eſt nullius.*

77 *Poſſeſſor ſine vitio, & cum titulo legitimus eſt contradictor.*

78 *Quamuis nec à defuncto, nec ab hærede poſſeßionem obtinuerit.*

79 *Poſſidentis melior eſt conditio in pari cauſa.*

80 *Contradictor legitimus non eſt qui titulum viuente teſtatore à tertio obtinuit poßeßionem verò eo mortuo, vel à ſe ipſo, vel à tertio.*

Fallit ſi incontinenti dominium ſui authoris probet, vt infra numero 89.

Intellige hanc fallentiam quando verè, & ſine hæſitatione de dominio anteceſſoris, vel proprio probat, & probationes nullam patiuntur controuerſiam, vt infra numero 92.

Declara, vt infra num. 101.

Fallit ſecundo, quando poſſeſſor allegat titulum, qui ſi verus eſſet excluderet ius hæredis, aut enim huiuſmodi titulum probat, & facit cauſam ordinariè tractari, aut dat fumum, vt obtineat dilationem ad probandum, aut neutrum præſtat, & reſpuitur à iudicio, vt infra num. 94.

81 *Hæredi immißionẽ petenti ius quando non deficit, omnis contradictio vana.*

82 *Titulus à diuerſo forte profectus facit poſsidentem legitimum contradictorem, neque eſt neceße, vt proueniat à defuncto, quando tamen eſt titulus excluſiuus iuris prætendentis immißionem, ſecus ſi non ſit excluſiuus.*

Ius

83 *Ius hæredis prætendentis immiſſionem poſitum eſt in teſtamento, & poſſeſſione teſtatoris tẽpore mortis.*

84 *Poſſeſſionem rei non vacantis propria auctoritate occupare nequit etiam qui titulum habet.*

85 *Poſſeſſio non poteſt capi auctoritate iniuſti poſſeſſoris.*

86 *Bona hæreditaria vacante hæreditate occupari poßit ab habente titulum ab alio, quam à defuncto, &* 88.

87 *Poſſeßor iniuſtus non poteſt transferre in alium iuſtam poſſeßionem.*

88 *Poßidentis conditio in pari cauſa eſt melior.*

90 *Poßeßorium non eſt examinandum, vbi de petitorio conſtat.*

91 *Contradictor legitimus eſt, qui poteſt dicere, hodie conſtat, hodie agatur.*

93 *Iudicium legis noſtræ eſt ſummariſſimum.*

95 *Contradictor legitimus eſt, qui in continenti ius ſuum probat.*

96 *Probans in continenti hæredis incapacitatem impedit continuationem poſſeſſionis ex diſpoſitione ſtatuti.*

97 *Poßidens cum titulo licet non probet dominium & titulum non habuerit à defuncto, ſi tamen probet titulum excluſiuum iuris hæredis eſt legitimus contradictor.*

98 *Prouiſus ab ordinario, quãdo dat firmum ſuum titulum eſſe concluſiuũ iuris prouiſi à Summo Pontifice obtinet dilationem ad rectius probandum.*

99 *Poſſeßione ſua non eſt quis temere priuandus.*

100 *Media via rationibus æqualibus hinc inde vigentibus eſt eligenda.*

102 *Feudi titulum allegans in locis, in quibus in feudis in teſtamen. non ſucceditur, dansque ſumum eiuſdem obtenebrat titulum prætendentis immißionem ex teſtamento.*

103 *Seminarium allegans vnionem ex forma Concilij Tridentini, & dans ſumum huius vnionis obtinet ſuſpenſionem immiſſionis ex ſubrogatione gratioſa fiendæ, & dilationem ad clarius probandum.*

104 *Fraudibus via non eſt aperienda.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando titulum viuente teſtatore à tertio obtinuit, poſſeſsionem verò à ſe ipſo, eo mortuo, vel etiam à tertio.

SVpponendum rem fuiſſe penes teſtatorem tempore mortis, alioqui non eſſet dubitationi locus, cum certum ſit deficiente defuncti poſſeſſione tempore mortis non eſſe locum huic beneficio, vt ſæpius eſt repetitum.

Item ſupponendum hunc propria auctoritate poſſeſſionem obtinuiſſe antequam hæres caperet, alioqui eſſet pro certo vitioſa poſſeſſio, & non ſuffragaretur, *l. ſi quis in tanta, C. vnde vi, cum vulgar ſæpius deductis.*

Tertio ſupponendum crediſiſſe eum dominum eſſe à quo titulum obtinuit, alioqui mala fide poſſeſſionem occuparet ſciens ſe emiſſe, aut alio modo titulum obtinuiſſe à non domino facit *text. in c. ſæpe, extra de reſtit. ſpoliat.*

Ita vt his ſuppoſitis talis facti ſpecies reſultet, Quidam credens Titium dominum eſſe rei, quæ à Gaio poſſidebatur, eam à Titio emit, mortuoq. Gaio hæreditate

nondum adita, vel ſi adita,non dum obtenta poſſeſſione ab hærede, rei emptæ poſſeſſionem ingreditur, vult hæres ex beneficio legis noſtræ immitti, hic contradicit, Quæritur quid iuris, an legitimè contradicat.

76 Videtur dicendum legitimum eſſe contradictorem, † quia titulum habens iuſtè rerum vacantium poſſeſſionem, quatum poſſeſſio tunc nullius ſit propria auctoritate ſine aliquo vitio ingreditur, vt ſupra *in 3.art.tum num.66. tum 76. faciunt tradita ab Alex.in l.3.num.15.in princ.ff.de acquir.hered.Lader.Imol.conſ.124.ſub nu.10. verſ.*quod autem ſine vitio, vbi loquuntur de habente titulum feudi ex inueſtitura,

77 † Talis autem poſſeſſor ſine vitio, & cum titulo legitimus eſt contradictor, vt paſſim omnes omnino interpretes admittunt *Bald. in l. noſtra, num. 42. qui de communi Alexan.num.23. Decius num.42. Curt. num.72.* & etiam ex mente cęterorum ſcribit *Lader. Imol.d.conſ.124.ſub nu.10.verſ.ſecundo quod magis eſt*, vbi *Gozadinum,*

78 *Rolan.& Roman.*not. qui malè contratium ſunt opinati, † dum voluerunt titulum, á defuncto, vel ab hærede fuiſſe neceſſarium, quod eo magis verum, quando non á ſe ipſo, ſed ab alio eam obtineret, neque dicitur ſibi ius dicere, cum ab alio accipiat, ceſſat enim omnis ſuſpitio temeritatis.

79 Secundo, quia † in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, *§.commodum, Inſtit. de interdict. cum vulgar.* alibi ſæpe adductis. At hæres, & iſte videntur in pari cauſa, quia alter á defuncto, alter á tertio titulum habet, ita vt ratione tituli pares ſint, ergo iſte poſſeſſor erit præferendus, & ita hæredem ab immiſſione excludet.

Tertio, quia ita tenent *Iacobus Butrigar. Petrus*, & nonnulli alij, vt inquit *Menoch.remed.4.num.602.verſic.nec aduerſatur*, quibus addo *Salicet.hic ſub nu.19. colum.6.in princ.in illis verbis* (vbi autem titulus allegatus non eſt habitus á defuncto, nec ab eius hærede, ſed ab alio, tunc etiam dicit Azo, quòd eſt legitimus contradictor, ſi titulum illum habuit defuncto viuente, non ſi poſt eius mortem, & hæc eſt veritas) *Caſtren. ſub num.12. in illis verbis*, Item ſi cum ſit acquiſitus á defuncto, vel eius hærede, ſiue á tertio &c. hanc dicit fuiſſe mentem Azonis, licèt malè fuerit per DD. declarata, & eam affert rationem, quam primo loco ponderauimus, licèt malè, & quaſi contrarium teneat, refertur á *Decio hic ſub num.42. Gabr. conſ.46. nu.6. lib.1.* qui dicit contrarium tenentes moueri ex ratione quaſi non potuerit haberi poſſeſſio ſine vitio, quod falſum eſſe affirmat, licèt nullo modo probet, eandem opinionem tenet *Lader.Imol.conſ.124. num.10.* qui in ſuo caſu docet poſſeſſionem iuſte occupari potuiſſe.

80 In contrarium † eſt veritas, quam crebriori calculo receperunt interpretes potiſſimum Azo hic, vt eum intellexit *Alex. num.23. verſic. Aut habuit poſt mortem defuncti, & per Bart.num.20.in fine, qui dictum Azonem tuetur, Salicet.col.7.verſic. vbi autem contradictor, Alexand.dicto num.23. Corn.num.26. Dec.num.42.verſic. circa primum, Zuccard.num.395.& 396. Guid.Pap.q.132.col.7.verſ.certe habens, Natta conſ.252.num.1.lib.1.*

81 Probatur autem primo, † Quia ius hæredis, qui immiſſionem prætendere poteſt, nullo modo deficit, ideo conſequens eſt, vt rectè hoc beneficium cum effectu intentet; ius enim á parte actoris metiendum *Bart.in Rubric.ff.de rei vendicat. Bald. hic*

82 *num.38. Gomeſ. in §.ſed iſta Inſtitut.de action.num.26. in fine*, † hine ſtatutum, vt titulus quidē á diuerſo fonte profectus poſſidētem facere poſſit legitimum contradictorem ad tradita ſupra *quæſt. 7.num. 13.* & ideo non eſſe neceſſe, vt prouenerit á defuncto, vel ab hærede, vt contra *Goẓad. Rolandum, & Roman. tradit Laderch. Imol.conſ.124.nu.10.verſ.ſecundo*, quod magis, hoc tamen habeat locum, quando huiuſmodi titulus eſt excluſiuus iurium eius, qui prætendit immiſſionem, ſecus ſi

83 non ſit excluſiuus, vt dictum *in d.q.7.nu.114.* Antecedens probatur, † quia ius hæredis poſitum in teſtamento non abolito, & poſſeſſionem defuncti tempore mortis, *l.noſtra, vbi Doct.communiter*; vtcunque autem alter rei, á teſtatore poſſeſſæ titulum

conceſ-

conceſſerit,vtcumque eo mortuo poſſeſſionem hic, vel à ſe, vel à tertio obtinuerit,
nihil facit, quin res fuerit à teſtatore tempore mortis poſſeſſa, quin de ea teſtari
potuerit, quin efficere, vt ſuus hæres eam poſſeſſionem conſequi debeat, niſi forte
probetur eum, qui viuente teſtatore titulum conceſſit, fuiſſe dominum, eo enim ca-
ſu res aliter ſe haberet, vt infra in limitatione.
84 Secundo, quia huius contradictoris ius deficit, cum iniuſtè poſſideat, † non enim
potuit propria auctoritate capere poſſeſſionem, *l. ſi ex ſtipulatione, ff. de verbor. oblig.*
85 † neque auctoritate tertij iniuſti poſſeſſoris, *cap. ſæpè, extra de reſtit. ſpoliat.* † neque
86 quicquam facit bona hæreditaria vacante hæreditate occupari poſſe ab habente ti-
tulum, hoc enim intelligendum de habente titulum à defuncto, & ſic à domino, vel
ſaltem à iuſto poſſeſſore, qualem fuiſſe defunctum ſupponendum; non verò ab ha-
87 bente titulum à non domino, † non enim ille potuit ius transferre poſſeſſionis
iuſtè occupandæ, cum ipſe non haberet, ſæpius repetita *l. nemo plus iuris, ff.
de reg. iur.*
88 Ad primum igitur † reſpondendum habentem titulum bonorum hæreditatis ia-
centis poſſeſſionem occupare propria auctoritate poſſe, quando haberet titulum à
defuncto, vel ab alio iuſto poſſeſſore, qui poſſeſſionis acquirendæ ius transferre po-
tuit, Secus ſi à non poſſidente, vel iniuſtè detinente, qui legitimum iuſtæ poſſeſſio-
nis acquirendæ ius transferre nequiuit, vt in ſecundo dicitur argum. pro negatiua.
Ad ſecundum reſpondendum in pari cauſa meliorem eſſe conditionem poſſi-
dentis, ſi iuſtè poſſideat, ſecus ſi iniuſtè. Secundo negandum parem cauſam, cum
vnus habeat titulum à iuſto poſſeſſore; alter verò, vel à non poſſeſſore, vel ab iniu-
ſto poſſeſſore.
89 Fallit primo ſupradicta determinatio, quando † qui occupauit poſſeſſionem cum
titulo, vel eam obtinuit à tertio incontinenti dominium ſui auctoris probat; Exce-
ptio enim dominij incontinenti probata remedium legis noſtræ excludit *ad Bart.
hic nu. 21. Ang. nu. 6. Salicet. nu. 19. qui de communi. Caſtr. nu. 12. Corn. nu. 42. tradit
Lader. Imol. conſ.* 126. *num.* 18. & alibi cumulatius probaui.
90 Quæ † confirmantur, quia quando conſtat de petitorio non eſt diſputandũ ſuper
poſſeſſione, *c. cum dilectus, & ibi notat Abb. de cauſ. poſſ. & propr. Soc. conſ. 98. nu. 2.
91 vol. 1.* † & quando poſſunt aduerſarij dicere hodie conſtat, hodie agatur, dicuntur
legitimi contradictores ad impediendam immiſſionem *Andr. de Iſern. Prepoſ. Ale-
xand. Martin. Lauden. & Aluarott. in c. 1. §. inter filiam ſi de feud. fuer. controuerſ.
Gozad. conſ. 7. num. 2. pulchrè Natt. conſ. 511. col. 2. & 3. poſt Iaſ. conſ. 138. colum. fin.
vol. 4. & conſ. 152. col. 4. & Anchar. conſ. 146. col. 2.* id quod ex mente Ancharani op-
timè probatur per textum noſtrum, vbi Imperator inſtruit iudicem, vt cauſam poſ-
ſeſſionis, & ſubſequutæ traditionis inquirat, & poſſeſſionem ei tradat, qui potiora
iura oſtenderit; Si ergo potiora iura attenduntur, cum planè appareat iura potiora
eum habere, qui titulum, & dominium ejus, à quo titulum obtinuit probat, & poſſi-
det, quàm ille qui ſolam poſſeſſionem defuncti probat, & titulum teſtamenti, non
verò dominium conſtat eum præferendum. Addo intrare æquitatem ſæpius repe-
titæ regulæ, dolo facis, per quam vitantur circuitus inutiles *ad l. dominus teſtamen-
to, ff. de condi. indeb.* Si enim concedatur poſſeſſio hæredi conſtat dominum ſtatim
rem ſuam vendicaturum.
92 Intelligenda † tamen hæc limitatio, quando verè, & ſine hæſitatione de domi-
nio anteceſſoris, vel proprio probat poſſeſſor contradicens, ſecus ſi ſuæ proba-
tiones aliquas paterentur exceptiones, faciunt tradita per *Butr. in cap. cum con-
tingat, num. 3. de reſcrip. Imol. in cap. conſtitutus de fil. presbyt. Dec. conſ. 474.
num. 3. & in cap. licet cauſam, num. 15. de probat. Socin. conſil. 226. num. 4. Ruin.
conſil. 128. vol. 4. Senat. Pedem. deciſ. 129. num. 7.* Ratio autem eſt, quia quando
probationes aliquas patiuntur exceptiones dicuntur requirere altam indaginem;

93 ideo non poſſunt impedire poſſeſſorium † legis noſtræ, quod eſt ſummarijſſimum *Dec.conſ.424.& conſ.467.col.fin. Rol.à Vall. conſ.1.nu.72.vol.1. & latius conſ.48. nu.40.vol 3. Rimin.iun.conſ.69.nu.24.& 25.*

94 Fallit ſecundo † quando poſſeſſor allegat titulum, qui ſi verus eſſet ius hæredis excluderet, tunc enim poteſt eſſe legitimus contradictor non tamen abſolutè, aut indiſtinctè, quia eſſet in arbitrio cuiuslibet ſibi confingere titulum excluſiuum iuris hæredis, & illum allegare ad excludendum ſumma cum fraude hæredem, verum cũ hac diſtinctione, vt opinor. Aut huiuſmodi titulum excluſiuum iuris hæredis probat; Aut ſaltem eius dat fumum; Aut neque probat, neque dat fumum, ſi probat legitimus eſt contradictor ſi dat fumum obtinet dilationem ad quatuor menſes, vel ſimilem ad docendum de tali titulo excluſiuo. Si neutrum præſtat, arbitror nullo modo eſſe contradictorem.

95 Primum caput probatur, quia poſſidens † probans incontinenti, & ius ſuum, & non ius hęredis eſt optimus contradictor ad excludendam immiſſionem ex lege noſtra, vt probatur ex allatis in prima limitatione, eſtque ſatis trita regula, probantem in continenti de iuribus ſuis legitimum eſſe contradictorem, *Bart. in l. filiam fratribus, ff. ad Trebel. Dec.conſ 8 col.2. Rolan.à Vall.conſ.1.nu.24.vol.1. & conſ.78.*

96 *nu.4.vol.3. Rim.iun.conſ.69.nu.14.* † & incontinenti probans in capacitatem hæredis impedit non ſolum legis noſtræ beneficium, verum etiam diſpoſitionem ſtatuti continuantis poſſeſſionem, *Menoch.de adipiſc.remed.4.nu.759. Rim.iun.conſ.352. num.65. Socin.iun.conſ.67.vol.1.* & hoc modo intelligendus *Lader.Imol.conſ.124.*

97 *num.10.verſ.ſecundo*, vbi ſtatuit, † & ſi poſſidens cum titulo non probet dominium eſſe legitimum contradictorem, & ſi titulum non habuerit à defuncto; ſupponendũ eſt enim ſaltem titulum probaſſe, & talem quidem qui contradictorem facere poſſit, qualis ſolummodo is eſt, qui excluſiuus eſt iuris hæredis, ſi enim non ſit excluſiuus iuris hæredis, quomodo impediet eius immiſſionem fundatam in iure nullo modo infirmato, quod enim non tollitur ſtare non prohibetur. eodem modo intelligendus *Gabr.* dum inquit, ſaluum eſſe, vt habens titulum à tertio, non potuerit poſſeſſionem habere ſine vitio; potuit ſiquidem habere ſine vitio, quando obtinuit titulum excluſiuum iuris hæredis, puta à vero domino; ſecus ſi non obtinuit titulum excluſiuum; neceſſe eſt enim vt à non domino nec habente ius concedendi auctoritatem poſſeſſionis propria auctoritate acquirendæ obtinuerit; quo caſu certum eſt occupantem temerè, & cum vitio occupare ad tradita ſupra in ſecundo argumento.

98 Secundum probatur, quia in ſimili Rota Romana † quando prouiſus ab ordinario dat fumum ſuum titulum eſſe excluſiuum iuris prouiſi à ſummo Pontifice, concedit dilationem prædictam ad probandum huiuſmodi titulum excluſiuum, vt fuit dictum in *vna Eluen. Preceptorie 10. Iunij 1611. coram Reuerendiſſ. Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen. dixi infra quæſt.15. num.209.* hoc idem ſuadet æquitas, quæ non patitur, vt vnus immittatur in poſſeſſionem quando alter probabiliter

99 oſtendit ſuum ius eſſe excluſiuum huius prætendentis immiſſionem † non enim eſt temerè quis ſua poſſeſſione priuandus, potiſſimum vbi coloratam eius cauſam affert: tanto magis quia dans huiuſmodi fumum obtenebrat titulum, & ius prætendentis immiſſionem, ita vt non amplius dicatur apparere de eius bono iure abſolutè, quia verò cum non ſit omnino ius illius excluſum non omninò beneficium denegandum.

100 Ideo non immerito media via eligenda, vt detur opportuna dilatio † vigentibus enim hinc inde rationibus, æque patentibus media via eligenda, *L antiqui, ff. ſi pars hered.petat, l.non licet, § penult. ff. ex quibus cauſ.maior. §.cum ex aliena inſtitut.de rer. diuiſ.*

101 Neque opponatur declaratio in ſuperiori limitatione propoſita, in qua † dicimus ſi clarè, & ſine hęſitatione, non probet poſſeſſor contradicens ſuum dominium, nõ

impedire

impedire immiſſionem, quia probationes requirentes altam indaginem non admit tuntur ad impediendam immiſſionem, prout ibi; Illud enim procedit, quando quod non clarè probatum non obtenebat ius hæredis, neque illud dubium reddit, tunc enim probationes requirentes altam indaginem non impediunt immiſſionē in aperto iure fundatam; ſecus ſi probatio non omnino clara, colorata tamen obtenebrat ius hæredis; tunc enim quia fundamentum intentionis hæredis titubat, eſt ſuſpendenda immiſſio, donec poſſeſſoris iure plenè probato omnino corruat, & omnino denegetur immiſſio, vel eius omnino deficiente probatione titubatio ceſſet, & concedatur immiſſio.

102 Exemplum, ſi quis allegaret titulum † Inueſtituræ in rebus feudalibus obtentū à domino directo eiuſque ſummum daret in illis locis, in quibus ex teſtamento in feudis non ſucceditur, iuxta determinationem, *cap. 1. de ſucceſſ. feud. de qua re infra in 7. quæſt. nu. 1. cum ſeq.* hoc enim caſu, quia teſtamentum, quantum ad res feudales

103 attinet, titubat, ſuſpenditur immiſſio, & conceditur prædicta dilatio, † ſimile eſt in beneficialibus, quando ſeminarium allegat vnionem ex forma Concilij Tridentini ſibi factam aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum; tunc enim, quia per talem vnionē ceſſat reſeruatio, quæ eſt fundamentum ſubrogationis gratioſæ dans ſumum congruum huius vnionis obtinet ſuſpenſionem immiſſionis ex ſubrogatione gratioſa, & dilationem prædictam ad clarius probandum huiuſmodi titulum.

Tertium verò probatur, quia ſi ſufficeret ſola allegatio tituli talis, qui ſi verus eſſet, hæredis ius excluderet, poſſet quilibet, vt paulo ante dicebam titulum huiuſmodi

104 di comminiſci, & commentitum afferens intentum obtinere, vnde via † aperiretur fraudibus, quod omnino abſurdum, *cap. porro, de diuor. l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſan eccleſ. l. cum ij, §. ſi cum lis, ff. de tranſact.*

SVMMARIVM quinti Articuli.

105 *Contradictor legitimus eſt qui titulum ab hærede viuente teſtatore obtinuit, & poſſeſſionem, eo mortuo à tertio.*

106 *Ratio vbi eſt eadem, eadem eſt iuris diſpoſitio.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando titulum ab hærede viuente Teſtatore obtinuit, poſſeſſionem à tertio.

Eodem † modo eſt reſoluendus quo quintus ſeptimæ quæſtionis; ſiue enim titulum habuerit ab hęrede viuente Teſtatore, vt hic, ſiuè eo mortuo. Vt ibi

106 † nulla diuerſitatis ratio afferri poſſe videtur ideo, idem ius locum habet *l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum vulgaribus*, accedat omnes rationes eo loci probantes hunc poſſeſſorem legitimum eſſe contradictorem, huic optime trāsferri poſſe. Certum eſt enim, ſi hæres talem rem poſſideret aduerſus illum competituram eſſe actionem naſcentem ex titulo ab eodem conceſſio, ideo intrat ſæpius repetita ratio. *l. is vendicantem, ff. de euict. & regula dolo facis, &c.* quam ſæpius decantauimus, & in ſequenti quoque articulo reperemus.

SVMMARIVM Sexti Articuli.

107 *Contradictor legitimus eſt qui titulum ab hærede obtinuit viuente teſtatore, & poſſeſſionem à ſe eo mortuo.*

ARTICVLVS SEXTVS.

Quando titulum ab hærede obtinuit viuente Teſtatore, poſſeſsionem à ſe eo mortuo.

107 Determinandus † eſt eodem modo, quo ſextus ſeptimæ quæſtionis articulus, cum eadem vigeat ratio, ſiue titulo ab hęrede viuente teſtatore conceſſo, ſiue conceſſo eo mortuo, quantum ad rem noſtram attinet, non minus enim intrat regula, *l. vindicantem, ff. de euict. & reg. l. dolo, ff. de dol. except. & l. doli, ff. de reg. iur.*

DECIMA QVAESTIO.

Decima quæſtio principalis eſt. An, & quando fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor. Continet autem articulos viginti duo.

Primus, quando fideicommiſſarius non poſſidet, nec poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem.

Secundus, quando fideicommiſſarius non poſsidet, ac poteſt propria auctoritate poſseſsionem capere teſtatore ſic concedente.

Tertius, quando fideicommiſſarius obtinuit poſſeſsionem ab hærede, mortuo teſtatore.

Quartus, quando fideicommiſſarius obtinuit poſſeſsionem ab hærede, viuente teſtatore.

Quintus, quando propria auctoritate poſſeſsionem obtinuit, facta ſibi ab hęrede reſtitutione verbali.

Sextus, quando fideicommiſſarius, facta ſibi reſtitutione verbali ab hærede totam hæreditatem occupauit, quia vero dantur detractiones, hęres grauatus vult immitti in poſſeſsionem, vt detrahenda detrahere poſsit, An fideicommiſſarius poſsidens ſit legitimus contradictor.

Septimus, quando fideicommiſſarius poſſeſsionem propria auctoritate cepit, teſtatore id ſic permittente.

Octauus, quando ſi fideicommiſſarius hęrede poſsidente, & ſic plena poſſeſsione in vim conceſsionis, ſibi factæ, bona occupauerit, nulla tamen vi, aut fraude adhibita, An iuſtè poſsideat, ita vt legitimus ſit contradictor.

Nonus, quando fideicommiſſarius poterat propria auctoritate poſſeſsionem ingredi, & fuit ingreſſus, hęres autem ob detractionem Trebellianicæ ſibi competentem, immiſsionem petit.

Decimus, quando fideicommiſſarius poterat propria auctoritate poſſeſsionem capere, & cepit, hæres autem ob detractionem legitimæ, ſibi competentem immiſsionem prætendit.

Vndecimus, quando fideicommiſſarius obtinuit poſſeſsionem iuſtè, iuxta terminos ſuperiorum articulorum, hęres autem vti creditor hæreditarius, immiſsionem prætendit, eo conſilio, vt detrahat primo quod ſibi debetur, reliquum deinde reſtituat.

Duodecimus, quando fideicommiſſarius iuxta terminos proximè præteritorum articulorum poſſeſsionem obtinuiſſet, hereditas autem eſſet prægrauata ære alieno, non erga hæredem, ſed erga extraneos; hęres autem vellet immitti, vt ipſe primo ſatisfaceret creditoribus hęreditarijs, deinde reliquum fideicommiſſario reſtitueret.

Decimus tertius, quando ſumus in illis caſibus, in quibus de iure cenſetur facta reſtitu-

reſtitutio, ſeu pro facta habetur, & fideicommiſſarius vi talis reſtitutionis propria auctoritate corporalem poſseſsionem obtinuit.

Decimus quartus, quando obtinet poſſeſsionem non vacantem propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente.

Decimus quintus, quando obtinuit poſseſsionem vacantem propria auctoritate, nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti docere de ſuo iure.

Decimus ſextus, quando poſseſsionem vacantem fideicommiſsarius obtinuit propria auctoritate, nec teſtatore, aut aliquo iure id concedente, tamen paratus eſt incontinenti de iure ſuo docere.

Decimus ſeptimus, quando obtinuit poſseſsionem ante aditam hæreditatem propria auctoritate nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti de iure ſuo docere.

Decimus octauus, quando propria auctoritate obtinuit poſseſsionem nullo iure concedente poſt aditam hęreditatem, & eſt paratus incontinēti de iure ſuo docere.

Decimus nonus, quando obtinuit poſseſsionem à tertio priuato, & paratus eſt incontinenti docere de iure ſuo.

Vigeſimus, quando obtinuit poſseſsionem à tertio, & non eſt paratus docere de iure ſuo incontinenti.

Vigeſimus primus, quando obtinuit poſseſsionem ex auctoritate Iudicis, ſiue paratus ſit docere incontinenti de iure ſuo, ſiue non.

Vigeſimus ſecundus, quando fideicommiſsarius vi vnius fideicommiſsi vult impedire immiſsionem alterius venientis ex alio fideicommiſso.

SVMMARIVM primi Articuli.

1 *Fideicommiſſarius propria auctoritate poſſeſsionem capere nequit, ſed debet capere à manu hæredis.*

2 *Et ſi propria auctoritate, cadat à iure ſuo.*

3 *Neque aliquas actiones ante dictam reſtitutionem intentare poteſt.*

4 *Intellige quantum ad petitorias actiones intentandas aduerſus debitores hæreditarios, vel poſsidentes bona hæreditaria, non vero quantum ad hæredem attinet.*

5 *Fideicōmiſſum hærede inſtituto non adeunte hereditatem deficit.*

6 *Fideicommiſſarius hærede non adeunte hæreditatem, implorat Iudicis officium, vt compellat hæredem, fideicommiſſarij periculo hæreditatem adire, & reſtituere.*

7 *Fideicommiſſario poſt additam hæreditatem competit actio ex teſtamento ad cogendum hæredem, vt hæreditatem reſtituat.*

8 *Hæres adeundo hæreditatem, quaſi contrahit cum creditoribus hæreditarijs, legatarijs, & fideicommiſſarijs.*

9 *Fideicommiſſario competit interdictum Saluianum, quo mittitur in poſſeſsionem bonorum teſtatoris fideicommittentis, donec ſibi fiat reſtitutio à grauato.*

10 *Fideicommiſſarius non poſsidens, & qui non poteſt propria auctoritate poſſeſsionem capere, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem petentem immiſsionem.*

Ampliatur etiam ſi incontinenti de iure ſuo docere ſit paratus, vt infra num. 13.

Amplia ſecundo, vt num. 15.

Amplia

Amplia tertio, vt num.16.

11 *Nocere alteri nemo debet.*

12 *Contradictor legitimus non eſt non poſsidens.*

14 *Fideicommiſsarius, quamuis notoriè conſtet fideicommiſsarium eſse, ante reſtitutionem, vel re, vel verbo factam nullum ius habet.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando fideicommiſsarius non poſsidet, nec poteſt propria auctoritate capere poſseſsionem.

1 PRæſciendum † regulariter fideicommiſsarium propria auctoritate poſseſsio-
nem capere non poſse, debet enim capere à manu heredis, *l.reſtituta, l.fa-
cta vbi Doct.ff.ad Trebellian.Bart.in l.noſtra,num.9.vbi cæteri eum ſequuntur Ri-
pa in l.1.nu.1.& 5.ff.quor.legat.et in l.in quartam, num.113.ff.ad leg.Falcid.Plot.
in l.ſi quando,nu.54.C.vnde vi Durand.in tract.de arte teſtandi,tit.5.caut.31.nu-
mero 1. Dec.conſ.434.nu.15.in fine Soc.iun.conſ.92.nu.3.lib.1.Corn.conſ.94.nu.7.
lib.4.Cephal.conſ.37.nu.35.lib.1.*
2 Quod † adeo verũ, vt ſi eam propria accipiat auctoritate ſuo iure priuetur iuxta,
l.non dubium, C. de legat. quam in fideicommiſsis locum habere ſtatuit, *Durand.
in dicto tract.tit.5.cautel.32.nu.1. Rimin.iun.in princ.inſtit.de donat.nu.534. Per-
3 ſonalis in tract.adipiſcendæ, nu.401.* † quinimo neque aliquas actiones ante dictam
reſtitutionem intentare poteſt, & intentando nihil conſequitur *Caſtr. in dicta l.re-
ſtituta,num.3.& ibi Imol.& Alex.num.2.*aſſerens male facere eos qui ante dictam
reſtitutionem actiones proponunt,quia obtinere nõ poſſunt,quod etiã dixit *Boer.
deciſ.176.nu.13.ſequunt.Angel.Aret. in §.reſtituta,nu.1. inſtit.de fideicom.hæred.
Roland. à Valle,conſ.78.nu.14.lib.3.Rim.iun.conſ.363.num.16.lib.4. Franciſ.Becc.
4 conſ.97.nu.2.vbi alios allegat,* † Id tamen intellige quantum ad petitorias actiones
intentandas,vel aduerſus debitores hereditarios, vel poſſidentes bona hæreditaria,
hæc enim non competunt,niſi reſtituta hæreditate *dicto §.reſtituta Inſtit. de fidei-
com.hæred.l.facta,l.reſtituta,ff.ad Trebell.* ſecus vero quãtum ad hæredem attinet.
aduerſus eum enim competunt opportunæ actiones,ſeu remedia ante reſtitutionẽ,
5 quibus is ad reſtituendum cogatur,& ante aditam hæreditatem,& poſt, † Et quidẽ
ante aditam hæreditatem, ſi enim adire negligat hæres (quia eo non adeunte fidei-
commiſſum deficeret, *l.qui poterat,l.ille à quo §.ſi de Teſt.ff.ad Trebell.l.ſi nemo,ff.
6 de teſtamentis, l.ſi nemo,ff.de reg.iur.l.eam quam,C.de fideicommiſſ.* † competit fi-
deicommiſſario facultas implorandi iudicis officium vt Iudex ex officio compellat
hæredem fideicommiſſarij periculo hæreditatem adire, eamq; reſtituere dicta *l.qui
7 poterat,l.ſi legatus, l.omnes,ff.ad Trebell. §.ſed quia Inſtit.de fid.hæred.* † Poſt ve-
ro aditam hæreditatem, duo competunt fideicommiſſario remedia. Alterum actio
ex teſtam. orta ex obligatione quaſi cõtractus initi per aditionem hereditatis (he-
res enim adeundo, quaſi contrahit cum creditoribus hæreditarijs, legatarijs, & fi-
deicommiſſarijs quaſi adeundo in ſe ſuſcipiat onus eis ſatisfaciendi, *§.hæres Inſtit.
de oblig.quæ ex quaſi contractu*) per quam agit fideicommiſſarius vniuerſalis aduer-
ſus hæredem,vt reſtituat hæreditatem, *gloſſ.in l.2.in verſ.perſonales, C.commun.de
leg.gloſſ.& Pauli in l.pen.§.cum autem,* C.*ad Trebell.gloſſ.Bart.Bald.Salic.& alij,
in l.& ſiue,C.ad Senat.conſ.Trebell. Bart.in l.ſi legatus,& in l.Papin.ff.eod.Iaſ.in
Rubrica eiuſdem tituli in prima lectura in vltimis verbis Natta,conſ.400.nu.2.&
4.Pereg.de fid.ar.45.nu.13.* qui pluribus de hac actione diſſerit,ad quem me remit-
9 to,cum non ſit mei inſtituti de hac ex profeſſo agere. † Alterũ interdictum Saluia-
num,

num, quod eſt remedium poſſeſſorium apprime vtile, cuius vi petit fideicõmiſſarius ſe mitti in poſſeſſionem bonorum teſtatoris qui fideicommiſſum reliquit, donec, & quouſque ſibi fiat reſtitutio de quo *Gabriel.conſ.36.vol.2. & conſ.46.n.20. & ex profeſſo Statil. Pacif. de Saluian.interd.inſpectione 3.c.4.n.58. cum ſeq.*

Praſciendum ſecundo aliquas limitationes ſupradictam regulã pati, & aliquos dari caſus in quibus propria auctoritate poſſeſſionem capere poteſt, quos infra in ſequentibus articulis attingemus.

Hoc igitur ſuppoſito nullum iſtorum caſuum eueniſſe, ita vt re vera non poſſit propria auctoritate poſſeſſionem capere fideicommiſſarius, quæro an ſaltem ſit legitimus contradictor, vt hæredem impedire poſſit, quominus immiſſionem ex beneficio legis noſtræ conſequatur.

10 Pauciſſimis † negatiua ſententia eſt amplectenda.

Probatur primo per textum noſtrum, quo apertè cauetur beneficio legis noſtræ locum eſſe, quando res hæreditariæ à nullo legitimè detinentur, ſi ergo huic beneficio eſt locus, quando res hæreditariæ non poſſidentur, nec in ſpecie noſtra poſſidentur, conſtat locum eſſe beneficio, & ideo non impediri à non poſſidente, aut retardari.

Probatur ſecundo, quia ſi fideicommiſſarius in hac ſpecie impediret hæredis immiſſionem, alteri noceret, nec ſibi prodeſſet, quinimo, & ſibi quoque noceret.

Alteri quidem noceret, quia impediret quominus poſſeſſionem conſequeretur; ſibi quoque, quia cũ non poſſit capere propria auctoritate, ſed debeat capere à manu hæredis impediendo quominus bona ad hæredem perueniant, impediret etiam

11 quominus, ſibi ab eodem reſtitui poſſent, † non autem poſſe alteri nocere quemquam apertiſſima eſt iuris regula, *C. vni per alium extra de regul.iur. l.ius noſtrum, ff. eodem.*

Probatur tertio ex auctoritate *Bartol.hic num.22. nec non in l.filiam fratribus, ff.ad Trebellian. Bald.hic; num.42. Salicet.num.21. Iaſon.nu.28. Alexand.hic qui communem teſtatur, num.24. & in dicta l.filiam fratribus, Paul. hic num.13. Dec. num.40.verſic.2.ampliatur, & num.48. Alberic.num.15. Corn.num.43. Mantua in prima lectura, nu.182. Zuchard.nu.417. alij plures relati à Boer. quæſt.156.nu.1. Gozad.conſil.93.num.9. Caß.conſil.19. n.63. Grat.conſ.149.n.5.lib.2. Menoch.de adipiſcen. remed.4. num.630. Curt.iun.conſ.92.num.1. Perſonal.de adipiſcend.numero 400. Peregr.de fid.art.48.num.33. & conſ.23.num.2.vol.4.* eſtque generalis,

12 † & nota concluſio, non poſſidentem non eſſe legitimum contradictorem, vt poſt Flaminium de Rubeis docuit, *Peregr.d.conſ.23.nu.2.vol.4.* & in terminis fideicõmiſſarij non poſſidentis ſtatuit, *Rota in vna Vrbeuetana Caſtrorum, coram Card. Seraph. 1.Iulij 1569.inter impreſſ.deciſ.83. & in Iannen.fideicommiſsi 19.Februarij 1590 coram Cardin. Plato.*

13 Ampliatur † etiam ſi incontinenti de iure ſuo docere ſit paratus adhuc enim nõ eſt legitimus contradictor. Ita tenuit, *Dec.conſ.424.nu.18. & in lege noſtra, nu.48. Soc.iun.conſ.75.nu.18.lib.1. Roland.conſ.1.nu.71.lib.1. Zuchard.d.nu.417. Ioſeph. Ludouic.deciſ.47.num.15. perſonal.de adipiſcend.dicto num.400. Menoch. d.rem 4. num. 632.*

14 Probatur † quia quamuis notoriè conſtat illum eſſe fideicõmiſſarium tamen ante reſtitutionem, ſibi vel re, vel verbo factam nullum ius habet, *l.facta, & l.reſtituta, ff.ad Trebellian. §.reſtituta inſt.de fideicommiſſ. Rip. in l.Centurio, num.51. ff.de vulg. & pupillar.* niſi forte Saluiano interdicto vtatur contra poſſidentes, quo caſu an ſit legitimus contradictor, & indirectè excludat hæredem, & ipſe immittatur alterius eſt inſpectionis.

15 Ampliatur † ſecundo, vt non ſolum non audiatur pro iure ſuo, verum vt nõ poſſit impedire ſummariũ proceſſum, nec ſuſpẽdere licentiã de mittẽdo in poſſeſsionẽ,

tanto

tanto minus ſententiam fauorabilem referre ita Menoch. n.631. probatur ex iiſdem rationibus principalem ſententiam probantibus.

16 Amplia tertiò, † vt ne quidem ſit legitimus contradictor, quamuis inſtrumentalem poſſeſsionem obtinuerit, dum tamen Coloni non fuerint eiecti, neque ipſum fideicommiſſarium in Dominum agnouerint, *vt in dicta Vrbeuetana Caſtrorum 27. Maij 1569. coram Cardin. Seraph. & dicta Ianuen. fideicommiſsi 19. Februarij 1590. coram Cardin. Plato.*

SVMMARIVM ſecundi Articuli.

17 *Pacto conueniri poteſt, vt poſſeſsionem quis propria auctoritate capiat.*

18 *Fideicommiſſarius habens à teſtatore licentiam capiendi propria auctoritate iuſtè bonorum fideicommiſſo ſubiectorum poſſeſſionem occupat.*

19 *Licentiam capiendi propria auctoritate poteſt concedere teſtator fideicommiſſario non ſolum expreſsè verum etiam tacitè.*

20 *Voluntas teſtatoris in teſtamentis, & vltimis voluntatibus totum facit.*

21 *Et pro lege ſeruanda dummodo non ſit contra bonos mores.*

22 *Facultatem capiendi propria auctoritate dicitur tacitè teſtator fideicommiſſario conceſſiſſe, quando ſubſtituit in omnibus bonis, & in tota hæreditate integraliter, abſque detractione legitima, aut trebellianica.*

24 *Voluntas teſtatoris declaratur ex actu nullo.*

23 *Falcidiæ prohibitio dat licentiam legatario accipiendi propria auctoritate.*

25 *Facultatem capiendi propria auctoritate tacitò concedit fideicommiſſario teſtator, quando ſubſtituit per verba directa in caſu in quo ſubſtitutio non poteſt eſſe directa.*

26 *Subſtituo, verbum, quando ſtet directè.*

27 *Clauſula, omni meliori modo, tribuit tacitè fideicommiſſario licentiam capiendi propria auctoritate.*

28 *Facultatem acquirendi propria auctoritate concedit teſtator fideicommiſſario, quando in ſubſtitutum omne ius transfert.*

29 *Ius omne in fideicommiſſarium dicitur translatum, quando teſtator ſubſtituit in omnibus bonis, abſque alia detractione.*

30 *Fideicommiſſarium exequutorē conſtituens teſtator dat tacitè facultatem capiendi propria auctoritate.*

31 *Fideicommiſſario dat teſtator facultatem capiendi propria auctoritate, quando iubet ne hæres illum moleſtet in poſſeſſione rei relictæ.*

32 *Licentiæ de ingrediendo renunciare videtur, qui non ingreditur; ſed aliam eligit viam.*

33 *Eligens vnā viam non poteſt variare, et ea omiſſa ad aliam confugere. Declara, vt num. 43.*

34 *Electione vnius remedij, vbi plura competunt alia tolluntur.*

35 *Iudicem qui adit, cum aliquid facere poſſet auctoritate propria, ſibi præiudicat.*

Contra-

36 *Contradictor legitimus non eſt non poſſidens, ſi ſaltem non habeat titulum eiuſdem ſpeciei.*
Declara, vt num. 46.
37 *Titulus par ad contradicendum, & immiſſionem impediendam eſt neceſſarius.*
38 *Fideicommiſſarius non poſſidens, ſi habet facultatem capiendi propria auctoritate legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem.*
39 *Vitam, & corpus ſuum quilibet tueri poteſt.*
40 *Bona, & iura ſua quilibet tueri pōt.*
41 *Defenſiones nemini poßunt tolli, etiā in quacumque cauſa ſummaria, & vbi agendum de plano, & ſine figura iudicij.*
42 *Facultas à teſtatore conceſſa fideicommiſſario capiendi propria auctoritate ſolummodo habet locum bonis uacantibus.*
44 *Repugnantia mutuo ſe deſtruunt.*
45 *Reparatorio electo, principale quoque electum videtur.*
47 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando fideicommiſſarius non poſſidet, at poteſt propria auctoritate poſſeſſionem capere teſtatore ſic concedente.

PRæſciendum teſtatorem in teſtamento concedere poſſe fideicommiſſario, vt propria auctoritate bona fideicommiſſo ſubiecta ingrediatur, quemadmodum
17 enim † pacto conueniri poteſt, vt quis propria auctoritate poſſeſſionem capiat, *l. 3. C. de pignor. ita teſtam. eadem licentia concedi poteſt, l. Paulus reſpondit, vbi Doctor. ff. ad Trebell. l. Titia cum teſtamento, §. 1. vbi gloß. & Bartol. numero 4. Caſtrenſ. numero 1. Imola in fin. ff. de leg. 2. Angel. & Alex. in l. Paulus, ff. ad Trebell. Bald. conſil. 234. lib. 3. et conſ. 146. nu. 1. lib. 4. Dec. hic num. 48. Simon de Pret. de interpr. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 1. num. 99. & ſeq. Socin. iun. conſ. 11. num. 8. lib. 2. Durand. de arte teſtandi, tit. 5. cautel. 15. num. 3. Honded. conſ. 20. nu. 10. vol. 2. Marescot. var. reſol. lib. 1. cap. 1. num. 24.* & quamuis aliquæ rationes in contrarium ponderari poſſe videantur, præcipuè quia talis licentia videtur prębere facultatem rixarũ, & ſimiles;leis tamen ſatis opportunè occurrit, *Hippol. Rimin. iun. in princip. inſt. de*
18 *donat. num. 1420.* † qua quidem licentia data rectè fideicommiſſarius propria auctoritate bonorum fideicommiſſo ſubiectorum poſſeſſionem occupat. *l. Titia cum teſtam. §. Lucius Titius, ff. de leg. 2. vbi* Bart. *Anchar. q. 40. n. 2. lib, 2. Bald. conſ. 375. in fin. uol. 1. latè Roland. conſ. 78. nu. 17. lib. 3. Iaſon poſt Doctor. in l. non dubium n. 2. & nu. 4. uerſic. ſed redenndo, C. de legib. & in l. Centurio, nu. 46. & ſeq. ff. de uulgar. & pupill. Curt. hic nu. 47. Dec. hic num. 48. uerſ. quod dictum eſt Zuchard. num. 376.* Rip. *in l. 1. nu. 7. 9. & 15. ff. quor. legat. Rim. iun. in principio inſtit. de Donationibus, num. 539. Plot in l. ſi quando, num. 54. C. unde ui Dec. conſil. 84. colum. 2. uerſic. nam ſine uitio, & conſil. 243. col. 2. in princip. & conſil. 424. numero 13. in fine, & ſeq. Pariſ. conſil. 81. numero 15. & pluribus ſequent. libro 2. & conſil. 54. numero 30. et ſeq. lib. 3. Grat. conſ. ult. n. 51. uol. 1.* Rub. *conſ. 43. nu. 4. Soc. iun. conſ. 113. n. 42. lib. 1. Durand. in tract. de arte teſtan. tit. 2. cautel. 3. n. 5. et tit. 6. cautel. 32. nu. 4. Tiraq. in tract. de iure conſtit. in 2. par. ampliat. 24. numero 5. Boer. deciſ. 156. num. 17. et ſeq. Perſonal. de adipiſc. n. 405. Menoch. de adip. remed. 4. n. 635. Honded. qui alios cumulat. d. conſ. 28. nu. 12. & 13. deciſ. Pedem. 47. n. 19. Burſatt. conſ. 89. n. 15. Surd. deciſ. 333. n. 3.*

19 Secundo præſciendũ † hanc licentiam non ſolum expreſſe, verum etiam tacite à teſtatore concedi poſſe, vt ex communi ſententia docuit, *Dec. in l. noſtra num.* 48. *Curt. iun. nu.* 44. *Dec. conſ.* 243. *ſub nu.* 3. *& conſ.* 418. *n.* 4. *& conſ.* 424. *n.* 15. *& conſ.* 438. *in fin. et* 467. *n.* 12. *Rol. à Vall. conſ.* 78. *n.* 16. *vol.* 3. *Peregr. de fid. ar.* 47. *n.* 43. vbi
20 rationem affert, † quia in teſtamentis, & vltimis voluntatibus teſtatoris voluntas totum facit, regit, & dominatur, *l. in conditionibus ff. de condit. & demonſtrat. l. ex fa*
21 *cto, ff. de hæredit. inſtit. l. cum quæſtio, C. de legat.* † & pro lege voluntas ſua in rebus ſuis ſeruatur, modo non ſit aduerſus bonos mores ordinata, *l. verbis, l. ff. de verb. ſignif.* §. *diſponat in Auth. de nuptijs, l.* 1. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* plures autem ſunt modi, quibus eam tacitè concedit, quorum nonnullos in gratiam Tironum referemus.
22 Primò † ſi teſtator ſubſtituerit in omnibus bonis, & in tota hæreditate integraliter, abſque detractione alicuius legitimæ, ſeu Tribellianicę, probatur autẽ: nam in
23 ſimili quemadmodum ex ſola † prohibitione Falcidiæ licentia data intelligitur legatario accipiendi poſſeſſionem legati propria auctoritate, *ſecundum Alexand. in addit. ad Bart. in l.* 1. *ff. quor. legat. Cuman. conſ.* 61. *in fine Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. rem.* 2. *num.* 27. quos ſequitur, & eorum opinionem multis rationibus comprobat, *Hipol. Rimin. in tit. Inſtit. de donatio. in principio, num.* 1491. *& ſeq.* item quemadmodum cenſetur etiam data hæc licẽtia ſubſtitutis in caſu quo hæres priuatur Trebellianica, vt poſt *Caſtrenſ. in Auth. ſed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. Rimin. dicto titulo, numero* 1498. ita multo magis in iſto caſu data intelligetur, quando non ſolum
24 deductio Trebellianicæ; verum etiam legitimæ fuit à teſtatore prohibita † quamuis enim prohibitio detractionis legitimæ non ſuſtineatur declarat tamen voluntatem teſtatoris ad effectum de quo agitur, ita poſt *Marium Anguiſſol. conſil.* 19. *& conſil.* 179. *& Ale.* Alexan. *conſ.* 43. *concludit Hondе. conſ.* 28. *num.* 23. *lib.* 2.
25 Secundus modus † ſi teſtator fuerit vſus verbis directis, etiam in illis caſibus in quibus ſubſtitutio non poteſt eſſe directa, quod contingit quando ſubſtituitur in caſum aditæ hæreditatis ab adulto ſanæ mentis, licet enim ſubſtitutio non ſit directa, verba tamen directa id operantur, vt ſubſtitutus poſſit propria auctoritate capere, *ita Bart. in l. Centurio, numero* 43. *ff. de vulgar. & pupill. Bald. in repet. capit. cum pater, columna* 15. *verſic. Venio ad tertiam partem de teſtamentis, in* 6. *& ibi Philipp. Francus, columna* 3. *verſ. item alia regula, & poſt eos Marius Anguiſſ. conſil.* 51. *numero* 19. *cum ſequen. Rub.* Alexand. *conſil.* 43. *numero* 5. *Simon de Pret. de interpretat. vlt. volunt. lib.* 5. *interpret.* 2. *dubit.* 1. *numero* 104. *Ripa in l. Centurio, numero* 52. *ff. de vulg. & pupill. & poſt omnes Honded. conſil.* 28. *numero* 16. Vbi declarat exemplo eius formulæ ſubſtituendi, quæ vulgo in vſu, videlicet ſubſtituit vul
27 gariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, vbi probat verbum † ſubſtituit in tali diſpoſitione ſtare, vt directum, & quando fuit facta ſubſtitutio per verba inſtituit, & ſubſtituit, *Surd. deciſ.* 333. *num.* 3. *vbi multos allegat Farinac. in tract. de furt. quaſtio.* 175. *num.* 304.
27 Tertius caſus, quando teſtator vſus eſt † clauſula omni meliori modo, ea enim importat licentiam accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate, *Curt. iun. in leg. noſtra, numero* 49. *qui dicit ita reſpondiſſe, & fuiſſe iudicatum, Grat. conſil.* 140. *numero* 50. *& ſeq. lib.* 1. *Rimin. iun. in tit. Inſtitut. de donatio. in princ. numero* 1585. *ſequitur Paſet. in conſil.* 140. *numero* 10. *Simon de Prat. dicto lib.* 5. *interpretat.* 2. *dubit.* 1. *numero* 110. *Honded. latè d. conſ.* 28. *num.* 27. qui rationes affert, & rem declarat à contrarijs tuendo.
28 Quartus, quãdo teſtator † in ſubſtitutum transfert omne ius, videtur enim trãſferendo omne ius dediſſe facultatem, quam ipſe habet, quare cum ipſe habeat facultatem inſiſtendi propria auctoritate, hanc dediſſe videtur, ita reſpondet, *Curt. iun. conſil.* 127. *num.* 3. *verſ. & iſta concluſio, lib.* 2. *Simon de Prat. de interpretat. ultima*
29 *volunt. lib.* 5. *interpret.* 2. *dubitat.* 1. *num.* 109. † *hoc autem ius omne uidetur dediſſe,*

quando

quando teſtator ſubſtituit in omnibus bonis, abſque alia detractione, vel in tota hæreditate, cum hęreditas ſit ſucceſſio in omne ius defuncti, *l. nihil aliud, ff. de verb. ſignific. l. hæreditas, nihil. ff. de reg. iur. ita Honded. dicto conſil. 28. numero 24. & 25. volum. 2.*

30 Quintus, quando † teſtator conſtituit fideicommiſſarium exequutorē, tunc enim tacite eidem conceſſiſſe videtur, vt poſſeſſionem propria auctoritate accipiat. *l. ſiſtulas, §. fundum, ff. de contrahen. emptio. l. non exiſtimo, ff. de adminiſtrat. tutor. & fuit originalis deciſio Ioannis Andreæ, in additio. ad Speculat. in tit. de teſtamentis, §. nunc dicendum verſ. ſed pone communiter recepta à Bald. Angeli; Salicet. Iaſon. Paul. Alexand. in l. non dubium, C. de legibus. Angel. & Alexand. in dicta l. Paulus, ff. ad Trebellian. Socin. conſ. 11. vol. 1. Dec. conſ. 243. col. 2. conſ. 418. num. 4. conſ. 424. colum. 3. in fin. & conſ. 607. num. 2. Goz. ad. conſ. 21. num. 17. verſ. præterea pariſ. conſ. 54. num. 31. vol. 3. Boer. deciſ. 156. nu. 17. Ripa in l. 1. in princ. ff. quor. legator. Roland. à Valle, conſ. 78. nu. 18. vol. 3. Peregr. de fideicommiſſ. art. 47. nu. 46. Petrus Pechius de teſt. coniug. lib. 5. cap. 9. nu. 2. in fine, verſ. hanc autem poteſtatem Farinac. in tract. de furt. quæſt. 175. num. 300.*

31 Sextus, ſi † teſtator iuſſerit, ne hæres moleſtet fideicommiſſarium in poſſeſſione rei relictæ, *Angel. in l. hac ſi res per illum tex. ff. de rei vendic. quem ſequutus eſt Iaſon. in l. non eſt dubium, C. de legat.* Peregrin. de *fid. dicto art. 47. num. 47. Plot. alios allegans de in litem iurando ſub numero 53. ante fin. & in fin. Farinac. dicta quæſt. 175. num. 299.*

Secundo, præſciendum hunc articulum bifariam conſiderari poſſe, vel quando fideicommiſſarius in eodem teſtamento fuit honoratus ab eodem teſtatore iuxta terminos propoſitos in decimo artic. 2. quæſtionis huius tituli, vel quando in diuerſo teſtamento à diuerſo teſtatore ſecundum terminos quinti articuli eiuſdem ſecūdæ quæſtionis, vtrumque autem caput denuo tripliciter perpendi poſſe, hoc eſt, an fideicommiſſarius ſit contradictor indirectè per modum eiuſdem remedij intentandi, an ſit contradictor directè per modum exceptionis, an verò medio quodam modo, nempè per modum quidem exceptionis, at non ſimpliciter, ſed tendentis tum ad excluſionem aduerſarij, tum ad reſeruationem proprij iuris, vt nempè dum ipſe deliberat, an poſſeſſionem ingredi, & fideicommiſſum agnoſcere expediat, necne, reſeruetur interim via patens ad obtinendam poſſeſſionem facta deliberatione de ingrediendo, & agnita fideicommiſſaria hæreditate.

Si in eodem teſtamento fuit honoratus, & quæramus de primo modo, articulus explicitus ſupra q. 2. art. 10.

Si in diuerſo, & adhuc quęramus de primo modo articulus fuit explicitus ſupra q. 2. art. 5.

Si vero de ſecundo modo agamus, ea quidem iiſdem in locis tractata fuere, quæ ad illius determinationem pertinent, non vero ex profeſſo determinata, ideo res paucis agenda.

Statuendum eſt non eſſe legitimum contradictorem ex ratione vtroque in loco propoſita, quia fideicommiſſarius non poſſidens, non eſt legitimus contradictor, quam habere locum in contradictore per modum exceptionis in ſolutionibus vtroque in loco fuit declaratum.

Si tandem quęramus de tertio contradicendi modo, nullibi res expoſita fuit ideo de ea hic Sermo habendus eſt.

Videtur negatiua ſententia amplectenda.

32 Primò, quia † licentię de ingrediēdo renuncian. Videtur quādo non ingreditur ſed aliā eligit viā ad contradicendū, ideo perinde eſt, ac ſi d. licentia data nō fuiſſet

33 † eligens enim vnam viam non poteſt variare, & ea omiſſa ad aliam confugere, *l. final. C. de Codicill.* Vbi qui elegit eam viam, vt ex diſpoſitione in vim Coidicillorū

velit immitti non poteſt ea mutata velle immitti ex teſtamento, *facit text. in l. quod in hæredē, §. eligere, ff. de tribut. actio. Aymo. conſil. 74. num. 8.* Rota in vna Romana *pecuniarum, ſeu Societatis 26. Iunij 1606. coram Reuerendiſs. Ludou. Archiepiſc.*
34 *Bonon.* † & vbi cōpetunt plura remedia elect. vnius tolluntur alia, *l. in delictis, §. detracta. ff. de noxal. Bart. in l. cū qui certorū, §. fin. ff. de verb. obl. plura Surd. conſ. 273.*
35 *n. 20. & deciſ. 92. n. 13. hinc Bald. in l. 2. n. 29. C. de ſeruit.* & aqua, dicit eū † qui adit Iudicem cum ipſe aliquid facere poſsit auctoritate propria, ſibi præiudicare, & videri renunciare facultati ſibi competenti, idem voluit, *in l. eadem, n. 13. C. locati Neguſan. de pign. part. 4. num. 25. Ruin. conſ. 57. nu. 3. & conſ. 127. nu. 12. vol. 4. Dec. in l. noſtra, num. 31. Surd. d. deciſ. 92. num. 14.*
36 Secundo, quia † nō poſſidens ſi ſaltem non habeat titulum eiuſdem ſpeciei non
37 eſt legitimus cōtradictor, † ad effectū enim contradicendi, & immiſſionis impediendę, par titulus eſt neceſſarius, *Bart. in l. noſtra, nu. 21. quem cæteri ſequuntur Put. deciſ. 302. lib. 1. & fuit dictum à Rota in Caputaq. beneficij 23. Martij 1609. corā* Reue*rendiſs. Marcomon. Archiepiſc. Lugdun. & Nouarien. beneficij 5. Iulij 1610. coram*
38 R*euerendiſs. Coccino, & alibi pluribus firmaui.* Contrarium † verius ſentio. Probo
39 † autem. Quia quilibet, ius ſuum iuſtè tueri poteſt, & contendere quominus ſua cōditio fiat deterior, quod non ſolum verum in proprio corpore, & vita ad *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. c. ſignificaſti extra de ho-*
40 *micidijs.* † Verum etiam in rebus, & iuribus ſuis ad *DD. in dicta l. vt vim, reſpectu*
41 *quorum*, ſemper admittendæ ſunt defenſiones, † quæ nunquam poſſunt tolli, *c. paſtoralis extra de re iudic.* quod verum in quacunq; cauſa etiā ſummaria, vbi ſit agēdum de plano, & ſine figura iudicij, *Clem. paſtoralis extra de re iud. Feder. conſ. 55. in princ.* & nemini ſine facto illius, ius ſuum eſt auferendum, *l. id quod noſtrum, ff. de regulis iuris, l. Paterfamilias, ff. de hæredit. inſtitut. Roman. ſingul.* 101. At in ſpecie noſtra fideicommiſſarius contradicendo ſuum ius tuetur nempè facultatem ingrediēdi propria auctoritate, ſibi à teſtatore conceſſa', ſolūq. tractat de tali iure defendendo efficiendoq; ne illud ſibi à Iudice per immiſsionē hæredis auferatur, ergo &c. Minor probatur, quia ſi non contradiceret, neque impediret quo minus immitteretur hæres, auferetur ab eo facultas à teſtatore cōceſſa capiēdi propria
42 auctoritate, † cum ea tantum locum habeat bonis vacantibus, & ſic ante hæredis immiſsionem. *Ad Bal. conſ. 243. lib. 3. Menoch. de adipiſc. rem. 4. nu. 24. Pereg. de fideic. ar. 47. nu. 55. Simon. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 1. num. 121.* Sequitur ergo vt contradicendo, & impediendo immiſsionem ius ſuum tueatur contendatq; ne illud à ſe auferatur.
43 Ad primum reſpondendum † vna via electa, non licere ad aliā confugere, quādo inter ſe repugnantiā continent, hoc modo, eligens viam veniendi ex Codicillis nō poteſt, poſtea venire ex teſtamēto, quia veniens vi Codicill. venit ab inteſt. Veniēs eſt teſtamento excludit viā inteſtati, venire autē ab inteſtato, & excludere viā in-
44 teſtati contradictoria ſunt, & repugnantia, † quæ mutuo ſe deſtruunt *leg. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. cum traditis ſupra in q. 2. n. 21.* At in re noſtra non repugnat, vt quis primo veniat per exceptionē ad excluſionem aduerſarij, deinde poſtea poſ-
45 ſeſsionē ipſe ingrediatur, quinimo vnū habet rationē præparatorij ad aliud † ita vt vno electo, aliud quoque electū videatur *ad trad. per DD. in* R*ubr. ff. forum. de edēdo,* exceptio. n. in quantum impedit immiſsionem hæredis, arcet impedimētum, quod per immiſsionem hæredis, fideicommiſsario interponi poterat, quominus poſſeſſionem amplius propria auctoritate ingredi poſſet, cum facultas ingrediendi propria auctoritate intelligatur bonis vacantibus, vt in primo argumento pro affirmatiua, & ita viam parat per impedimenti propulſationem ad ingreſſum poſseſsionis.
46 Ad ſecundum † reſpondendū non poſsidentem, ſi non habeat titulum eiuſdem ſpeciei, non eſse legitimū contradictorem, qñ eo quod eſt diuerſæ ſpeciei impar eſt

& in-

& inferioris ordinis, ſecus ſi ęquipollens, vel excluſiuũ iuris hæredis, eo.n.caſu licet ſit diuerſę ſpeciei, facit legitimũ contradictorē, faciunt trad. *inf.q.15.n.164.* vbi videbimus habentem titulum aliunde eſſe legitimum contradictorē aduerſus prouiſum Apoſtolicũ, ſi probet ſuũ tit. & ius excludens prætenſam reſeruationē à prouiſo Apoſtolico, quia ceſſante tali reſeruatione titulus prouiſi ab ordinario, quãuis diuerſæ ſpeciei, eſt tamen excluſiuus iuris prouiſi Apoſtolici, in ſpecie autem noſtra titulum fideicommiſſi cum facultate capiendi propria auctoritate eſſe excluſiuum
47 iuris hæredis, nemo eſt, qui non intelligat, † cum vnius incluſio, ſit alterius excluſio, *l. prætor, ff. de iudicijs cum vulgar. alibi pluries deductis.*

SVMMARIVM Tertij Articuli.

48 *Fideicommiſſarius, quando poſſeſsionem obtinuit ab hærede mortuo teſtatore, legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem.*

49 *Poſsidens iuſtè facit ceſſare legis noſtræ beneficium.*

50 *Poſſeſsionem in alium transferre nõ poteſt qui primo ipſe non poſsidet.*

51 *Poſſeſsionem, vbi ſemel hæres obtinuit non amplius legis noſtræ beneficium intentat.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando fideicommiſſarius obtinuit poſſeſsionem ab hærede mortuo teſtatore.

48 COnſtanter aſſerendum † legitimum eſſe contradictorē circuitionibus omiſsis.
49 Probatur primo, † quia iuſtè poſsidet, ideo facit ceſſare legis noſtræ immiſsionem, quæ conceditur tantum contrà bona non legitimè ab alio detenta, vt apertè textum noſtrum probare ſæpius repetitum, *& tradit. Corn. hic nu. 43. verſic. & hæc eſt vera, Decius num. 48. idem conſ. 82. nu. 7. & 424. num. 19. Gozad. conſ. 63. nu. 10. Alciat. reſponſ. 350. num. 4. Bellon. conſ. 10. nu. 6. Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le vif. par. 2. declarat. 11. num. 4. Zuchard. numero 423. Menoch. de adipiſcend. rem. 4. numero 635.*

Secundò, quia cum mortuo teſtatore hæres poſſeſsionem fideicommiſſario conceſſerit, certum eſt eundem hęredem poſt mortem defuncti poſſeſsionem obtinuiſ-
50 ſe † non enim aliquo caſu in fideicommiſſarium transferre potuiſſet, ſi eam non habuiſſet, *l. traditio, ff. de acquir. rer. dom. gloſſ. in l. quamuis, §. 1. in fine, ff. de acquir. poſſeſſ. vbi Angel. Roman. Raphael. Franciſcus, Aretinus, Claudius Acquenſis, & omnes ferè alij Vigel. in ſua Method. Iuris ciuilis, lib. 7. cap. 15. tit. de acquiren. poſſeſſ. except. 25. Tiraquell. de iure conſtit. poſſeſſ. limit. 1. num. 2. ubi latiſsimè Peregrin. de fid. art. 46. num. 22.*

51 At quando, † hæres poſt mortem teſtatoris ſemel poſſeſsionem obtinuit non amplius ei hoc beneficium competere tradunt hic *DD. communiter præcipuè, Iaſ. num. 8. in fine, & 9. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 56. verſic. ſeptimo, & numero 179. ſequitur Rota in vna Spoletanà hæreditatis 20. Februarij 1585. coram Bubalo, pluribus firmauit in 2. quæſt. artic. 3. argum. 1.* ſequitur ergo dicendum, quando poſſeſsionem, mortuo teſtatore hæres in fideicommiſſarium tranſtulit, non amplius poſſe intentare huius legis beneficium, quod ſi intentabit rectè à fideicommiſſario repelletur, & ſic fideicommiſſarius huiuſmodi legitimus erit contradictor,

SVMMARIVM
Quarti Articuli.

52 *Fideicommiſſarius, qui obtinuit poſſeſsionem ab hærede, viuente teſtatore legitimus, eſt contradictor.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando fideicommiſſarius obtinuit poſſeſsionem ab hærede viuente teſtatore.

52 Breuiter determinandum † hunc eſſe legitimum contradictorem, non quidem vti fideicommiſſarium, quia non potuit iure reſtitutionis fideicōmiſſariæ bona ab hærede obtinere viuente teſtatore, ſed vti poſſeſſorem viuente teſtatore cum certum ſit hoc beneficium non competere, niſi in ea bona, quæ tempore mortis à defuncto poſſidebantur, vt apertè probat tex. noſter, & ſæpius iam repetitum, vnde omnes, qui tempore mortis teſtatoris poſsidebant, legitimi ſunt contradictores, ſi non propriè, ſaltem ad effectum impediendi immiſsionem ex non iure hæredis.

SVMMARIVM
Quinti Articuli.

53 *Oppoſitio qualibet colorata, vel probabilis aduerſus fideicōmiſſarium eſt ſufficiens ad efficiendum quominus fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor.*

54 *Reſtitutio legalis transfert iura, & actiones, non tamen facit quin poſſeſſio ſit capienda de manu hæredis.*
Declara in more legali, ſecus in verbali, vt infra num. 61.
Item declara, vt infra nu. 64.

55 *Fideicommiſſarius, qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit facta, ſibi ab hærede reſtitutione verbali legitimus eſt contradictor.*

56 *Fideicommiſsarius iuſtè poſſidens, quando incontinenti de fideicōmiſſo docere eſt paratus legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem.*

57 *Fideicommiſſarius cui facta eſt verbalis reſtitutio poteſt propria auctoritate poſſeſsionem capere.*

58 *Et æquiparatur poſt talem reſtitutionē hęredi, qui hęreditatē adiuit.*

59 *Reſtitutio verbalis tantum facit in fideicommiſſario quantum in hærede de hæreditatis aditio.*

60 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor, quãuis poſsideat, ſi hęres neget eum eſſe fideicommiſſ. & colloratam adducat rationem.*

62 *Verbalis reſtitutio includit conſenſum hæredis, qui reſtituendo verbo tribuit licentiam capiendi propria auctoritate.*

63 *Hæres quo ſciēte, et patiente fideicōmiſſarius vniuerſalē obtinuit poſſeſsionem, poſt aditam hæreditatem ex multorum ſententia, trebellianicæ renunciat.*

65 *Poſſeſsio alio poſsidente ſciente, & non repugnante, occupata iuſta eſt.*

66 *Volenti non fit iniuria.*

67 *Poſſeſsio rerū hæreditariarum adepta ab habente titulum, ignorante aut repudiante hærede, non tamen poſsidente eſt iuſta.*

68 *Fideicommiſsarius Iudicis auctoritate eget in poſſeſsione obtinenda, quando eſt facta reſtitutio verbalis ab hærede, & ille non poſsidet.*

69 *Intellige, quando non apparet de licentia hæredis, et hæres eam negat, ſecus*

ſecus ſi talis licentia in dubium non reuocetur.

70 Pacto ſtante, vt poſſit quis propria auctoritate poſſeſsionem ingredi nõ eſt neceſſaria Iudicis licentia.

71 Licentia de ingrediendo propria auctoritate, poſt adeptam poſſeſsionem reuocari nequit.

72 Voluntatem mutare poſt ius quæſitum non licet.

73 Fideicommiſſarij poſſeſsio, ſi forte vitioſa, eo quod bona vacantia propria auctoritate occupauerit, poteſt tamen confirmari ex legis noſtræ beneficio.

74 Ius ſuum ille tantum amittit, qui poſſeſsionem non vacantem, ſed ab alio detentam, propria auctoritate occupauit, non verò qui vacantem.

75 Legatarius non priuatur legato, quãdo poſſeſsionem occupauit vacantẽ.

76 Beneficium legis noſtræ competit tũ pro poſſeſsione obtinenda, tum pro obtenta confirmanda.

77 Exceptio ei competit, cui competeret actio ſi non poſſideret.

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando propria auctoritate poſſeſsionem obtinuit facta ſibi ab hærede reſtitutione verbali.

53 VIdetur dicendum non eſſe legitimum contradictorem, † quia quælibet colorata, vel probabilis oppoſitio contra fideicommiſſarium eſt ſufficiens ad efficiendum quominus fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor *ad tradita per Bald. in l.data opera nn.3.C.qui accuſ.nõ poſſ.Franc.in c.dilectus q.12.in fin.de appell. Corn. conſil.15. vol.4. Aegid. deciſ.304. cum alijs adductis à Rota in vna Romana Caſalis S.Mathei 18. Martij 1577.nu.3.& 5.coram Reuerendiſs. Rubuſterio Epiſcopo Oriolen.relata inter impreſſ. diuerſ.deciſ.520.par.1.ſequitur eadem Rota in Romana de Capizucchis 10.Aprilis 1606.n.11.in fine,coram Illuſtriſs.Lancellotto.* Factus autẽ omnino eſſet ille hæres, qui petendo immiſſionem ad excluſionem fideicommiſſarij, non reperiret probabilem aliquam rationem, puta teſtatorem non potuiſſe eum grauare in bonis de quibus agitur, quia forte alio antenatorum fideicommiſſo talia bona deberentur hæredi grauato, ita vt rurſus non potuerit grauari, quam rationem coloratam, & efficacem ſentit *Rota in dicta Romana de Capizucchis, coram Illuſtriſs. Lancellotto;* non deficiunt aliæ ſimiles coloratæ, quibus mediantibus ſemper poterit hæres fideicommiſſarium à contradictione repellere.

54 Secundo quia † licet verbalis reſtitutio, aut legalis transferat iura, & actiones, nõ tamen efficit, vt poſſeſſio non ſit capienda de manu hæredis, *Alexan.conſ.82.vol.2. nu.2.Bald.in l.pen.§ cum autẽ,C.ad Trebell.Dec.conſ.424.nu.15.& 438.ad finẽ,& 467.n.22.Curt.in l.noſtra,nu.45.Zuccard.n.183.Tiraq.in trac.le mort ſaiſit le vif in 2.par.declar.10.n.2.et 3. Natta conſ.223.et conſ.395.n.8.Plot.de in litẽ iurando,§.ſi,nu.22.Rol.conſ.78.nu.15.vol.3. Rim.iun.conſ.363.nu.21.Cephal.conſ.49.in 6. Bertaz.conſ.69.n.39.Simon de Prat.de interpret.vlt.vol.lib.5.interpret.2. dubit.1. nu.80.Galiaul in l.Centurio,num.405.ff.de vulg.& pup.Cranett.conſ.376.num.12. Rimi.iun.conſ.367.nu.20.vbi alios allegat,& dicit communem,& conſ.729.num.9. Honded.conſ.26.vol.1.plures congerit Surd conſ.73.nu.29.& deciſ.333.nu.8. Peregr.de fideicommiſſ.art.46.nu.19.& repetit art.47.nu.17.& conſ.24.nu.7.lib.4.*

55 Contrariam † ſententiam veriorem arbitror. Probatur autem, quia quilibet iuſtus poſſeſſor legitimus eſt contradictor ad excludendam immiſſionem ex hoc

bene-

beneficio, quæ non ſit in bona legitimè ab alio detenta, vt apparet in textu ſæpe
ponderato.
56 Quæ ſententia particulariter † in fideicommiſſario eſt recepta, potiſſimum quan-
do incontinenti de fideicommiſſo docere eſt paratus, *Gloſ. in l. noſtrũ, in verbo legi-
timo, Bart. nu. 22. verſ. aut. poſſidet, Alberic. nũ, 15. Corn. nu. 45. & cæteri communi-
ter, vt teſtatur Honded. qui eandem amplectitur ſententiam conſ. 28. nu. 9. lib. 2. Bar.
in l. filiam, ff. ad Trebell. vbi Imol. & reliqui communiter teſte Pariſ. conſ. 53. num.
110. lib. 3. & idem conſ. 12. nu. 114. lib. 2. Dec. cõſ. 424. nu. 18. verſ. non obſtat, Ruin.
conſ. 27. nu. 3. lib. 3. Soc. iun conſ. 75. nu. 18. lib. 1. Cephal. conſ. 4. ſub nu. 17. Ant. Gabr.
in tit. de fideicommiß. concluſ. 5. nu. 1. & ſeq. Menoch de adipiſcend. remed. 4. nu. 634.
vbi de communi Perſonal. de adipiſcend. nu. 411. verſ. ſi autem, Rota in vna Spoletа-
na hæreditatis 27. Maij 1587. coram Bubalo.*
Ar fideicommiſſarius, qui propria auctoritate (facta primo ſibi reſtitutione ver-
bali) poſſeſſionem obtinuit legitimè poſſidet, merito &c.
57 Minor probatur † quia fideicommiſſarius, cui facta eſt reſtitutio verbalis poteſt
propria auctoritate poſſeſſionem capere, *Bart. in l. cum ſolus ad finem, ff. de vſucap.
Alciat. in l. nemo poteſt, nu. 43. verſ. ſunt, & qui putent, ff. de leg. 1.* Rolan. *d. conſ. 78.*
58 *nu. 15. lib. 3. Mareſcott. lib. 1. var. reſolut. nu. 19.* † æquiparatur enim poſt talem re-
ſtitutionem verbalem hæredi qui hæreditatem adiuit, *l. facta, vbi gloſ. ff. ad Trebel.*
59 † tantumq. in fideicommiſſario facit verbalis reſtitutio, quantum in hærede aditio
hæreditatis, R*uin. in l. 1. de fideicommiß. hæredit. petit. in gloſſ. 2. pluribus Peregr. de
fid. art. 2. nu.* 50. & ſupra probauimus in quæſt. An fideicommiſſario hoc remedium
competat, Si ergo eam cepit, iuſte cepit, & per conſequens iuſte poſſidet.
Ad primum reſpondetur quæſtionem examinandam, quando ſimpliciter hæres
negat fideicommiſſarium etiam poſſidentem eſſe contradictorem, admittit tamen
60 eum fideicommiſſarium, † ſi enim neget illum eſſe fideicommiſſarium, & coloratã
adducat rationem, egredimur terminos propoſitæ dubitationis, eo quidem caſu fa-
teor fideicommiſſarium non eſſe contradictorem, & ratio eſt, quia non conſtat in-
continenti de ſuo iure quando probabilis ratio eſt in contrarium allata, ſic nec con-
ſtat, an iuſtè poſſideat, quamobrem non eſt mirum, ſi non admittatur, vt contradi-
ctor; ſecus ſi nõ reuocetur in dubium, an ſit fideicommiſſarius, ſed tantum dicat hæ-
res ſe primo velle in totam hæreditatem immitti, velleque, vt poſtea à ſe *ipſo* reſti-
tuente fideicommiſſarius capiat.
61 Ad ſecundum † reſpondendum quatenus vera ſit opinio eorum qui arbitrantur
data reſtitutione legali, adhuc ab hærede capiendum fideicommiſſum; eſſe intelli-
gendam de legali ſimpliciter, non autem de verbali, vt vere pleriquе de ea loquun-
62 tur ſi diligenter animaduertatur, † & ratio diſcriminis ea eſſe poteſt, quia reſtitutio
verbalis includit conſenſum hæredis, qui reſtituendo verbo tribuit licentiam capiẽ-
di propria auctoritate ex allegatis per *Alciat. in l. nemo poteſt, num. 43. in fine, verſic.
ſunt, & qui putent, ff. de leg. 1.* R*olan. conſ. 78. ſub nu. 14. in princ. & nu. 15. poſt med.
lib. 3. Farinac. de furt. q. 175. nu. 295.* ideo veniens poſtea hæres, vt ſibi bona, reſti-
tuerentur veniret contra factum proprium contra *l. ſicut, C. de act. & obligat.* quod
63 adeo verum, † vt ſi ſciente, & patiente hærede fideicommiſſarius vniuerſalem obti-
nuerit poſſeſſionẽ poſt aditam hæreditatem teneant multi hæredem Trebellianicæ
renunciaſſe, vt poſt *Zuccard. & Menoch. tradidit Peregr. de fideic. art. 47. num. 65.
64 verſ. intellige.* ſecus eſt in reſtitutione ſimpliciter legali. † Quod ſi ea opinio ſit quo-
que vera in reſtitutione verbali adhuc erit intelligenda, vt non poſſit occupari poſ-
ſeſſio hærede poſſidente, & inuito, tunc enim occupans ius ſuum amittit, *l. non du-
bium, C. de legat.* ſed tunc ſit ab hærede capienda. Secus ſi eo ſciente, & non repu-
65 gnante, vel ignorante quidem, aut repugnante, ſed non poſſidente, † ſi enim eo ſciẽ-
te, & non repugnante occupata fuerit poſſeſſio iuſtam eam eſſe probat, *text. in l. mi-*

nus

nus inſtitutus,ff.de acquir.poſſ. & ex eo etiam ſuadetur, quia non poteſt eſſe iniuſta
66 niſi eo quod fiat iniuria primo poſſidenti,quam tamen fieri non poſſe conſtat , † cũ
volenti non fiat,*l.1.§.vſq; adeo,ff.de iniur.c.ſciente de reg.iur.in 6.Bart.in l.quamnis in fine,ff.de in ius vocando,Boſſ.in tit.de iniur.nu.*14.*Rol.à Vall.conſ.95.nu.19.*
67 *vol.1.* † ſi vero ignorante quidem, aut repugnante non tamen poſſidẽte adhuc iuſta
eſt poſſeſſio, vnde Alex.ſupra in argumento citatus, & cæteri qui illum ſequuntur ,
erunt intelligendi,quando poſſidente, & non conſentiente hærede fideicommiſſarius fuiſſet poſſeſſionem ingreſſus , & ita declarat *Zuccard.hic num.*418. *verſ.quia
dicti,& Farinac.de legatario loquens in tract.de furt.quæſt.*175.*nu.*339.qui tamen
idem in fideicommiſſario aſſerendum in eadem quæſtione affirmauerat *nu.* 293. &
ratio eſt , quia in tali caſu fideicommiſſarius non poteſt capere ab hærede cum hæres non poſſideat,*ad l.traditio,ff.de acquir.rer.domin.& tradita à Tiraquel.de iur.
conſtit.poſſeſſ.lib.1.nu.92.& dixi ſupra in hac eadem quæſt.nu.36.*
68 Neque dicatur poſſeſſionem ita occupatam adhuc eſſe vitioſam,† quia ſaltem iudicis auctoritate opus eſt,quando eſt facta reſtitutio verbalis,& hæres non poſſidet
69 *ad Bald.in l.1.ſupra ad Trebell.declarat Zuccard.hic nu.*418.*verſ.ſed quando*,† talis enim licentia iudicis eſt tantummodo neceſſaria,quando non apparet de licentia
hæredis volentis , vt fideicommiſſarius propria auctoritate capere poſſit, quia eam
neget hæres,aut aliquo modo eam ceſſare profitetur, tunc enim iudicis declaratione eſt opus ſecus ſi talis licentia in dubium non reuocetur , ea namque ſuppoſita fideicommiſſarius libere capere poteſt,vt probat R*iminald.* licet de legatario loquatur *in princ.inſtit.de donat.nu.*1408.potiſſimum ex ratione iam propoſita, quia volenti non fit iniuria , at in re noſtra de tali licentia apparet ex verbali reſtitutione ,
quam talem licentiam continere iam diximus,ergo &c. Facit ad rem,quod in ſimi-
70 li dicitur de † pacto, vt liceat poſſeſſionem ingredi propria auctoritate , ſtatuunt.n.
omnes poſſe creditorem rei poſſeſſionem ingredi abſque aliqua iudicis licentia , vt
tradit *Azo.in* R*ub.de pignor.num.22.gloſſ.in l.3.in ver.debent,C.de pignor.alios refert,Farinac.in tract.de furt.q.175.num.*217. vbi teſtatur de magis communi, noſtra enim reſtitutio cum cõtineat licentiam capiendi;habet rationem pacti,vt liceat
fideicommiſſario propria auctoritate ingredi , continet enim duorum in eadem re
71 conſenſum iuxta pacti definitionem de qua *in l.1.ff.de pact.* † & licet videatur hæres talem licentiam reuocare , quando petit immiſſionem in bona iam à fideicommiſſario occupata,nihil tamẽ agit,non enim pœnitentiæ eſt locus poſt adeptam poſſeſſionem,vt rectè poſt *Menoch.& alios tradit,* Rim.*iun.in d.princ.nu.*1413.ea ra-
72 tione id confirmans,† quia poſt ius quæſitum non licet voluntatem mutare, *l.ſtipulatio de dote,l.eundem,ff.de pact.dotal.l.poſt mortem,§.pen.ff.de bonor.poſſeſſ.contra
tabul.cum alijs ibidem deductis.* Tandem animaduertendum ſi forte concedamus
73 poſſeſſionem fideicommiſſarij vitioſam † non tamen adeo vitioſam eſſe, vt ſaltem
pro eius confirmatione non competat l. noſtræ beneficium , non enim adeo eſt
74 vitioſa , vt ius ſuum amiſerit fideicommiſſarius, amittit enim † ius ſuum ille tantum qui poſſeſſionem non vacantem , ſed ab alio detentam propria auctoritate oc-
75 cupat,& ita procedit *tex.in d.l.non dubium,* & ita in ſimili † legatarius non priuatur
legato,quando poſſeſſionem vacantem occupauit ad complures congeſtos *à Rol.à
Vall.d.cõſ.78.nu.20.vol.3.*qui eodem auctores eoſdem modo in fideicommiſſo intelligendos ſtatuit,ſi ergo ius ſuum non amiſit fideicommiſſarius , quemadmodum
poterat, non occupata poſſeſſione intentare legis noſtræ beneficium pro immiſsio-
76 ne obtinenda , ita ea occupata poterit impetrare pro ea confirmanda † certum eſt
quippe hoc beneficium competere , non ſolum ad poſſeſſionem obtinendam , ſed
ad obtentam confirmandam,quatenus opus *ad tex.in l.3.§.& miſſum,ff.de Carbon.
edict.late Iaſ.& Dec.in l.1.C.eod. Dec.hic nu.44.Curt.nu.55.Zuccard.nu.216.&
227.Menoch.nu.348.Peregr.ar.48.nu.13.& alibi dixi,* quamobrẽ quia huic fidei-
commiſ-

commiſſario ante occupatam poſſeſſionem competebat beneficium pro obtinenda poſſeſſione, *Bart. hic nu. 9. Bald. nu. 39. Alex. nu. 7. Iaſ. nu. 8. Dec. ſub nu. 25. Zuccar. nu. 165. & 172. & 374. Mantua nu. 96. cum alijs cumulatis à Peregr. art. 48. nu. 12.* & ex profeſſo traditum fuit ſupra tit. 1. competet etiam pro ea confirmanda, facit
77 famigerata regula † ei cui competit actio, multo magis exceptionem competere, *l. 3. ſupra de condit. indebit. & Zuccar. poſt gloſſ. hic nu. 418. in fine*, & ita erit contradictor non quidem per modum exceptionis de quo hic principaliter quærimus, ſed ſaltem per modum actionis, & eiuſdem beneficij intentandi, hic enim obtinebit confirmationem ſuæ poſſeſſionis, & ita excludet hæredem ab immiſſione.

SVMMARIVM ſexti Articuli.

78 *Poſsidens iniuſte, & cum vitio non eſt legitimus contradictor.*

79 *Actus talis eſt præſumendus, qualis erat neceſſarius, & qualem requirebat cauſa, ob quam factus eſt.*

80 *Factum proprium nemo impugnare poteſt.*

81 *Exceptio contra agentem competit quando aduerſus poſsidentem competeret initio.*

82 *Fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem prætendentem immiſsionem ad detractiones faciendas, quando hæres verbaliter reſtituendo renunciauit detractionibus faciendis.*

83 *Fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem prætendentem immiſsionem ob detractiones faciendas, quando declarat ſe non poſſidere eo animo, vt occupet partem hæredi debitam, hæres tamen non acquieſcit, ſed totum prætendit.*

84 *Secus ſi pretendat fideicommiſſarius ſe totam hæreditatem poſſidere, nec permittat heredem poſſidere pro indiuiſo reſpectu ſuarũ detractionũ.*

85 *Poſſeſſio pro indiuiſo capi poteſt.*

86 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

87 *Relatum in referente continetur.*

88 *Renuntiatio non præſumitur cum ſit quædam donatio.*

ARTICVLVS SEXTVS.

Oritur hoc loci dubitatio noua, ex qua ſextus conſurgit Articulus, quid iuris. Quando fideicommiſſarius facta ſibi reſtitutione verbali ab hærede totam hæreditatem occupauit, quia verò dantur detractiones hæres grauatus vult immitti in poſſeßionem, vt detrahenda detrahere poſſit, an fideicommiſſarius poſsidens ſit legitimus contradictor.

VIdetur dicendum non eſſe legitimum contradictorem.
78 Primo † quia iniuſte, & cum vitio poſſidens, non eſt legitimus contradictor, vt ſæpius repetitum, tum ex tex. noſtro, vbi facit contradictorem cum tantum, qui legitime detinet ibi (legitimo modo ab alio detenta) tum ex interpretum ſententia præcipue *Corn. in l. noſtra, nu. 43. verſ. & hæc vera, Dec. num. 48. verſ. ſed poteſt reſpõderi, Zuccar. nu. 423. Ant. Gabr. in ſuis concl. tit. de fideic. concl. 5. nu. 2. Menoch. de adipiſc. rem. 1. nu. 107. & rem. 4. n. 635.* At in re noſtra fideic. qui facta ſibi reſtitutione verbali totius hæreditatis, poſſeſſionẽ occupauit, iniuſte poſſidet merito &c.

Minor

Minor in qua tota difficultas viget, probatur, quia pro certo habendum reſtitu-
tionem totius hęreditatis non fuiſſe verbo factam, cum tota non deberetur, ſed eius
79 tantum partis, quæ ſuperaret detractis detrahendis, † talis enim eſt præſumenda re-
ſtitutio., qualis erat neceſſaria, & qualem requirebat cauſa ob quam facta *ad l. cum
pater, §. dulciſsimis, ff. de legat. 2. l. cum talis, §. falſum, ff. de cond. & demon. l. non du-
bium, C. de legib. Bald. in l. iubemus, C. ad Vellean. cum alijs hac ead. quæſt. deductis,
nu.* 129. Cùm igitur tota non fuerit reſtituta, fideicommiſſarius autem totam occu-
pauerit, videtur iniuſte poſſidere quoad omnem poſſeſſionem excedens enim par-
tem in qua erat permiſſa in totum fit nulla, vt infra *hac ead. quæſt. nu.* 132.

Poſſent omnes aliæ rationes adduci, quæ pro negatiua allatæ ſunt infra artic. 9.
quæ ne bis idem repetatur conſulto omitto,

Secundo, quia ita tenet *Boer. deciſ.* 156. *nu.* 2. inquit enim, & ſi poſſideat fideicõ-
miſſarius totam hæreditatem ſine vitio, vt quia hæres grauati ſponte reſtituiſſet, hę-
res ipſe adhuc debet mitti in poſſeſſionem, vt ex ea detrahere poſſit quartam Trebel-
lianicam, ita inquit tenere *Bart. conſ.* 5. *in princ. & latius conſ.* 91. *in quæſtione ver-
tente in Curia, c. Ciuitatis, Paul. de Caſtr. conſ.* 380. *pro declaratione primi dubij ſub
nu.* 2. *ibi ſi vero bona, lib.* 1. *ſubnectis,* poſſe hæredem inhibere debitoribus hæredi-
tarijs ne ſoluere debeât fideicõmiſſario, & ita inquit tenere *Pau. & Alex. in l. noſtra.*

80 Rurſus contraria ſententia videtur tenenda. Primo † quia nemo poteſt venire
contra factum proprium, *l. ſicut, C. de act. & oblig.* At hæres petendo immiſſionem
ad excluſionem fideicommiſſarij, cui verbo fecit reſtitutionem, venit contra ſuam
reſtitutionem, ergo &c. Confirmatur ex mente *Dec. hic nu.* 48. quando hæres verbo
reſtituit hæreditatem nulla facta exceptione Trebellianicæ videtur eam tacite re-
miſiſſe, quamobrem cum non amplius ei debeatur, nihil operabitur.

81 Secundo contra quem † competit actio contra eundem agentem competit exce-
ptio, *l. vendicantem, ff. de except.* At contra hæredem poſſidentem competit actio ex
fideicommiſſo, ergo, &c. Competet exceptio, & ſic repelletur à fideicommiſſario
excipiente, Vnde fideicommiſſarius erit legitimus contradictor.

Poſſent hic quoque afferri omnes rationes allatæ in art. 9. pro opinione affirma-
tiua, quas ad euitandam repetitionem omittimus.

Pro determinatione diſtinguendum. Aut hæres faciendo reſtitutionem verba lẽ
aliquibus verbis vſus eſt, quibus indicaret ſe renunciare detractionibus faciendis,
82 ita vt appareat eis veræ, & expreſſe renunciaſſe. † Aut non eſt vſus huiuſmodi verbis.
Si primum, aſſerendum fideicommiſſarium abſque aliqua ambiguitate, omnino iu-
ſtum eſſe contradictorem, tum quia vbi iuſte poſſidet, & non ſunt detractiones fa-
ciendæ, appareteque ab initio, aut incontinenti probat de iure ſuo, vt certum eſt eſſe
contradictorem, vt probant innumeri congeſti *hac ead. q. num.* 54. Tum etiam, quia
hæres vere contra factum proprium veniret non ſolum contra reſtitutionem, verum
etiam contra renuntiationem detractionum ſi verò expreſſa renuntiatione non eſt
vſus, tunc ſubdiſtinguendum.

83 † Aut fideicommiſſatius declarat ſe non poſſidere eo animo, vt occupet, & ſibi
retineat partem hæredi debitam pro detractionibus petitis, & permittit, vt pro rata
illorum poſſeſſionem ingrediatur, Aut nõ; Si primum neque acquieſcit hæres, quia
totum velit, fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor, tũ quia hæres petit, quod
ſtatim eſt reſtituturus, ita vt ei obſtet exceptio dolo facis, *l.* 2. *ff. de dol. mal. excep.* fa-
ciunt notata in *l.* 2. *ſupra hoc titulo in l. incerti, C. de interdict.* Tum quia conſtat fi-
deicommiſſarium totam hæreditatem non poſſidere pro ſua, ſed ſolum pro parte
ſibi competenti, pro alia vero ſe eam hæredi ſeruare, & quodanimodo cuſtodire,
84 † poſſeſſio enim pro indiuiſo capi poteſt, *l. locus, vbi Gloſ. & DD. ff. de acquir. poſſeſſ.
Soc. in l.* 3. *§. in certam, ſub nu.* 7. *ff. de acq. poſſ. pluribus confirmaui in hac ead. quæſt.
nu.* 156. Vnde quicquid poſſidet iuſte poſſidet, & per conſequens iuſtus contradi-
ctor.

85 ctor.† Si verò fideicommiſſarius non declaret, vt ſupra, & non permittat hæredem capere tantam partem bonorum, & hæreditatis, quantum detractiones poſtulant non eſt legitimus contradictor, & ratio eſt quia vitioſe poſſidet, cum poſſeſſio in parte vitioſa, ſit in totum vitioſa, vt dixi *in primo argum.* & infra latius, faciunt ad propoſitum tradita in *hac ead. quæſt. num.* 148.

Re ſic determinata ceſſant rationes pro vtraque parte propoſitæ.

Ad primum enim pro negatiua reſpondendum nullam partem fideicommiſſarium iniuſte poſſidere, licet totam hæreditatem quodam pacto occupet, poſſidet. n. tantum pro ſua parte, quæ cum indiuiſa ſit, extenditur in minimam quamque rem hæreditariam cum enim offerat id hæredi, vt is quoque pro ſua parte ad poſſeſſionem veniat, conſtat eum non eſſe eo animo conſtitutum, vt inſolidum poſſidere ve-
86 lit, poſſidet ergo totam, † non tamen pro toto, actus enim agentium non operantur vltra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet.*

Ad ſecundum reſpondendum Boer. & ab eo allegatos poſſe intelligi, quatenus fideicommiſſarius poſſidet inſolidum, ſecus ſi offerens hæredi ſuas detractiones pro ſua tantum parte poſſideret, & ratio eſt, quia primo caſu data hæreditatis totius reſtitutione circuitus non eſſet inutilis ſecundo vero caſu vtique.

Ad primum pro affirmatiua dicendum, Non venire hæredem contrafactum proprium, quando fideicommiſſarius non offert detractiones, quibus non fuit renunciatum, & poſſeſſionem pro tanta portione, quantam detractiones complectuntur; tunc enim declarat ſe inſolidum totam poſſidere hæreditatem eum reſtitutio, & ſic factum hæredis non tota complectatur, ſed eam tantum partem, quæ factis detractionibus ſupereſt; ideo hæres veniens contra talem poſſeſſionem non venit cõtrafactum; ſecus eſſet ſi oblatis detractionibus hæres ipſe non acquieſcens vellet inſolidum immitti; tunc enim veniret contra factum proprium, Ad confirmationẽ reſpondendum falſum eſſe, vt per reſtitutionem dicatur renuntiatum Trebellianicæ, aut aliæ detractioni, Tum quia reſtitutio regulatur à ſua cauſa, vt dictum in primo argumento pro negatiua, Tum quia dicta reſtitutio neceſſario, habet tacitam ſaltem relationem ad contenta in teſtamento, ideo venit intelligenda ſecundum
87 diſpoſita in eo, cum † relatio in referente contineatur cum omnibus ſuis qualitatibus, *Bart. in l. ſi quis ſeruum, §. finali, num. 5. ff. de legat. 2. Dec. conſ. 687. nu. 3. Pariſ. conſ. 43. nu. 39. lib. 3. faciunt dicta in primo arg. pro contraria opinione.* Tandem quia
88 † renuntiatio non præſumitur, cum ſit donatio, *c. ſuper hac de renunciationibus, l. ſi cum aurum, ff. de ſolut. Crauetta conſ.* 200. *nu.* 10. neque tacite, vel ex coniecturis inducitur, ſed opus habet ſpecifica, & indiuiduali expreſſione, *c. ſanè, vbi gloſſ. pen. in fine de renunciat. Crauetta d. conſ.* 700. *nu.* 10. & ad eam probandam claræ probationes requirentur, vt fuit dictum in *vna Sutrina bonorum* 27. *Iunij* 1586. *coram Illuſtriſſ. Cardinali Plato.*

Ad ſecundum reſpondendum contra hæredem poſſidentem competituram fuiſſe actionem, pro ea tantum, quod reliquum eſſet factis detractionibus, ideo ſi fideicommiſſarius hæredi agenti eas offerat in reliquis exceptione vti poſſe; ſi vero nihil offerat, ſed inſolidum totam poſſeſſionem velit tueri, quia non competebat talis actio, minus talem exceptionem competituram.

Declaranda determinatio propoſita, vt vera ſit, quando detractiones in quota conſiſtunt, ſecus ſi quantitate incerta, quæ forte omnia bona abſorbere poteſt, puta ſi conſtet hæredem eſſe creditorem hæreditarium qua de re infra *hac eadem quæſt. num.* 133.

Item etiam ſi in quota conſiſtat, quæ tamen adhuc incerta ſit cuius modi eſt Falcidia de qua infra *in hac quæſt. num.* 142.

SVM-

SVMMARIVM
ſeptimi Articuli.

89 *Fideicommiſſarius, qui propria auctoritate poſſeſsionem cepit legitimus eſt contradictor.*

Declara vt infra nu.93.

90 *Fideicommiſſarius habens à teſtatore licentiam capiendi propria auctoritate, iuſte eam capit.*

91 *Pacto conueniri poteſt, vt quis propria auctoritate poſſeſsionem capiat.*

92 *Fideicommiſſarius, qui propria auctoritate teſtatore concedente poſſeſsionem accepit, iuſte poßidet.*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Quando fideicommiſſarius poſſeſsionem propria auctoritate cepit id ſic teſtatore permittente.

89 AFfirmatiua † ſententia eſt tenenda, quæ eadem ratione probatur, qua prior,
90 quia nimirum iuſte poſſidet, † poteſt enim propria auctoritate capere poſſeſſionem, *Roland. conſil.*78.*num.*17.*lib.*3. & ante eum *Bald. conſil.* 435.*veritas eſt in fine, verſic. ſed vitium, volum.*1. *& hoc per textum in l. Titia cum teſtamento,* §.*Lucius Titius, de leg.*2. *Bart. Bald. & alij, Bero.q.*156.*num.*15. quemadmo-
91 dum † enim pacto conueniri poteſt, vt propria auctoritate quis poſſeſſionem capiat, *l.*3.*C.de pign.* ita & teſtamento id teſtator concedere poteſt, *l. Paul. reſpondit*
92 *vbi Doct. ff. ad Treb. & latius probauimus ſupra hac ead.q.nu.*17. † hinc qui eo modo poſſeſſionem accepit, dicitur iuſte poſſidere, & ſine vitio. *Iaſ. poſt Doctor. in l. non dubium, num.*2. *& num.*4. *verſic. ſed redeundo,* C. *de legat. Zuccard. num. Rip. in l.*1.*num.*7. *& ſeq. & num.*15.*ff. quor. legat. & in l. nemo poteſt, nu.*64.*ff. de legat.*1. *Rimin. iun. in princ. Inſtit. de donat. nu.*579. *Plot. in l. ſi quando, num.*54. *C. vnde vi Rub. conſ.*43. *num.*4. *Perſonal. qui alios congerit, de adipiſcend. nu.*405, *Grat. conſ.*140.*num.*50.*lib.*1.*Dec. conſil.*84.*col.*2.*in princip. &* 413.*num.*15.*&* 424. *col.*2.*in fin. idem hic num.*48.*Curt. num.*44. *Gabr. in ſuis concluſ. in tit. de fideicommiſſ. concl.*5.*num.*5. *Ioſeph. Ludouic. deciſ.* Peruſ.47. *num.*15.*par.*1. *Angel. & Alex. in l. filiam fratribus, ff. ad Trebell. Angel. Imol. & Alexan. in l.* Paulus *ff. eod.* Pariſ. *conſ.*54.*nu.*30.*lib.*1.*& conſ.*81.*num.*15.*lib.*2.*Natta conſ.*795.*nu.*10.*lib.*2. Peregr. *de fideicommiſſ. art.*47.*num.*38.

93 Declaratur hæc determinatio, † vt habeat locum quando fideicommiſſarius incontinenti de iure ſuo docere eſt paratus; ſecus ſi non eſſet paratus ad tradita per *Dec. hic num.*43.*Curt. num.*46, *Zuccard. num.*377. *Ripa in l.*1.*nu.*23.*ff. quor. legat, Dec. conſ.*84.*col.*2.*verſic. ex quo alia,* Pariſ.*conſ.*53.*nu.*110.*lib.*3. *Soc. iun. conſ.*75. *num.*18.*lib.*1.*Cephal. conſ.*4.*num.*17. Perſonal. *de adipiſcend. num.*407. eſtque receptiſſima ſententia fideicommiſſarium non paratum docere incontinenti de iure ſuo, etiam ſi poſſideat, non eſſe legitimum contradictorem, vt latius dicemus in ſequenti articulo, *num,* 12. non enim admittuntur exceptiones requirentes altam indaginem, vt ſæpe ſæpius repetitum.

SVMMARIVM
octaui Articuli.

94 *Fideicommiſſarius, qui hærede poſſidente in vim conceſſionis ſibi à teſtatore factæ bona occupauit nulla vi, aut fraude adhibita legitimus eſt contradictor.*

95 *Pœna omnis occupantis poſſeſſionem propria auctoritate ceſſat ſtante licentia teſtatoris.*

96 *Poſſeſsio occupata ſciente, & non repugnante poſſeſſore non eſt vitioſa.*

97 *Volēti, & cōſentienti nō fit iniuria.*

98 *Beneficium legis noſtræ non competit ei, qui ſemel poſſeſſionem obtinuit, deinde amìſit.*

99 *Fideicommiſſarius, qui reſiſtente herede per vim poſſeſſionem occupauit, vi conceſsionis ſibi à teſtatore factæ à poſſeſsione ſua non cadit.*

100 *Vim vi repellens nullam pœnam incurrit.*

101 *Delicta paria compenſatione mutua tolluntur.*

102 *Intellige quando pena erat parti applicanda.*

103 *Violentus nihil violento.*

104 *Delictis, & fraudibus via non eſt aperienda.*

105 *Occaſio veniendi ad arma non eſt concedenda.*

106 *Reſiſtentia non eſt licita, quando habet admixtum aliquod delictum & vbi materia eſt præparata ad malum.*

107 *Ius ſuum debet quis tueri cum moderamine inculpatæ tutelæ, & cauere ab offenſione, & ne tumultus ſequatur.*

108 *Poſſeſſionem occupans ex conceſsione Iudicis data in executionem alicuius ſētētiæ ſiper vim contra poſſeſsionē reſiſtentē accepit punitur.*

109 *Iudex requiſitus tenetur auxilium prebere requirenti poſſeſsionē quando timet violentiam aduerſarij.*

110 *Licentiam ingredi petens à Iudice, aut immiſsionē, partē citare debet.*

111 *Aſſociationem à Iudice petens ſi omnino manifeſtum competere ei facultatem ingrediendi propria auctoritate non tenetur citare.*

112 *Cauſa ceſſante, ceſſat effectus.*

113 *Defectus eorum, quæ ex vrbanitate, & pro abundanti cautela adhibentur non vitiat actum.*

114 *Aſociatio Iudicis circumſcripto rixæ periculo ex vrbanitate requiritur, & pro abundanti cautela non neceſſario.*

115 *Vbi eſt eadem ratio eadem debet eſſe iuris diſpoſitio.*

116 *Iudex ex officio debet dare operam quo minus ſequantur delicta.*

117 *Aſſociationem petens quando prætendit ſibi licere propria auctoritate poſſeſsionem capere ſecundum aliquos non tenetur citare.*
Horum tamen opinio declaratur infra num. 124.

118 *Contraria tamen ſententia eſt verior, & vſu frequentiori recepta.*

119 *Dominus directus quamuis ſtet cōuentio, vt ſi emphyteuta pacta non ſeruauerit, cadat ipſo iure, & liceat domino abſque alia citatione poſſeſſionem occupare non tamen ſine citatione hoc poteſt.*

120 *Stante ſtatuto, vt quis poſsit propria auctoritate capere, citare tamē debet, quia pars docere poſſet non eſſe locum ſtatuto.*

Iudex

121 *Iudex non debet credere parti aſſerenti ſibi cōpetere ius adeundi propria auctoritate, quia poſſent aduerſarij opportunas exceptiones afferre*

122 *Facultatem habens capiendi propria auctoritate, quando præceßit ſententia declaratoria non tenetur citare, ſiue Iudicem non adeat, ſiue adeat pro aßociatione curiæ obtinenda, ſecus ſi non præceßit ſententia declaratoria.*

123 *Citatio in habente facultatem capiendi propria auctoritate non ad contradicendum ne ingrediatur, neque ad contradicendum ne aſſocietur à curia, ſed ad contradicendum ne declaret Iudex ingreſſum licere, eſt neceſſaria.*

ARTICVLVS OCTAVVS.

Quando fideicommiſſarius hærede poßidente, & ſic plena poſſeßione in vim conceßionis ſibi factæ bona occupauerit, nulla tamen vi, aut fraude adhibita, an iuſte poßideat, ita vt legitimus ſit contradictor.

94 ET † reſpondendum iuſte poſſidere, cum enim iuſta ex cauſa poſſeſſionem ingrediatur, & nulla vi adhibita, conſtat nullum dari vitium in tali poſſeſſione, nam
95 † ſtante licentia teſtatoris, omnis pœna ceſſat, vt communiter fuiſſe receptum *in l. non dubium, C. de legat. & in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. teſtatur Rip. in l. Centurio, num. 52. ff. de vulg. & pupill. ita Angel. & Alex. in l. Paulus reſpondet, la prima, ff. ad Treb. Alciat. in l. nemo poteſt, nu. 40. ff. de leg. 1. Plot. de in litem iurando, nu. 541. vbi teſtatur de communi, Gabriel. Saray in addit. ad Mattheſ. ſing. 42. verſic. tamen, vt fideicommiſſarius, Boer. deciſ. 156. nu. 15. Pariſ. conſ. 54. nu. 30. lib. 3. Roland conſ. 78. num. 17. lib. 3. Menoch. de adipiſcend. remed. 2. num. 45. & remed. 5. num. 31. & ſeq. Farinac. de furt. quæſt. 175. num. 296.*

96 Secundo, † quia data ſcientia poſſeſſionis, & vi remota, conſequens eſt, vt poſſeſſore conſentiente fuerit capta poſſeſſio, quo caſu iuſtam eam eſſe probaui ſupra pluribus in locis per *tex. in l. minus inſtitutus, ff. de acq. poſſeſſ.* & per regulam indubitatam
97 † volenti, & conſentienti non fieri iniuriam, *l. 1. §. vſque adeo, ff. de iniur.*

Tertio, quia cum ſemel hæres poſſeſſionem obtinuerit, licet amiſſerit quacunque
98 ex cauſa, aut iuſta, aut iniuſta, † non amplius ei competit legis noſtræ beneficium cum enim ſit acquirendæ, non recuperandæ poſt amiſſam poſſeſſionem non habet locum, vt tradunt hic DD. communiter. *præcipue Iaſ. nu. 8. in fi. & nu. 9. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. nu. 56. verſ. 7. & nu. 58. ſequitur Rota in vna Spoletana hæred. 20. Februarij* 1585. *coram Bubalo*, ideo ſemper fideicommiſſarius hæredem ab hoc beneficio exercendi impediet, ſi non vi ſui iuris, ſaltem per non ius hæredis.

Occaſione eorum, quæ in ſuperioribus articulis dicta ſunt, nonnullæ dubitationes oriuntur, quarum explicatio valde vtilis, & neceſſaria eſt futura, ideo quamuis non pertineant ad explicandum, an quis ſit contradictor, necne paucis nihilominus attingendas decreui, non enim omnino extra propoſitam ſunt materiam.

Primo, quid iuris ſi reſiſtente hærede fuerit per vim à fideicommiſſario poſſeſſio occupata vi dictæ conceſſionis ſibi factæ, vtrum fideicommiſſarius à ſuo iure ceciderit.

99 Negatiua † ſententia eſt tenenda, quam communiter receptam teſtatur, *Ripa in dicta l. Centurio, num. 5. quem refert, & ſequitur Plot. de in litem iurando, nu. 54. ad finem, Gigas in addit. ad Clar. in §. teſtam. q. 68. in litera B. & hanc ſententiam*

probat Farinac. in tract. de furt. quaſt. 175. *nu.* 239. quando ingreſſus creditoris non cauſat aliquid extraneum delictum.

100 Primo, quia † vim vi repellens pœnam incidit, *l. vt vim, vbi Doctores, ff. de iuſt. & iure*, quilibet enim poteſt ius ſuum defendere, & eo caſu violentia non punitur, *l. 3. ff. ad leg. Aquil.* At fideicommiſſarius ingrediens poſſeſſionem, quam licitè ingredi poteſt ſi hæres ei reſtituat vim dicitur repellere per vim ingrediendo; Igitur fideicommiſſarius hoc modo ingrediendo, nullam pœnam incurrit.

101 Secundo ex mente eiuſdem, † quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur, *c. ſignificaſti, extr. de diuortio, c. intelleximus, ext. de adulter. c. cum ſuper, extra de conceſſ. præbend. c. nihil iniquius*, 22. *q.* 6. *l. vir atque vxor, ff. ſol matr. l.* 1. *in fine,*
102 *ff. ſi quis eum, l. ſi duo, ff. de dolo, l. quemadmodum, §. ſi nauis, ff. ad leg. Aquil.* † quod maxime verum, qñ pœna eſſet parti applicanda, vt recte innuunt, *in c. ſicut, il ſecondo, extra de iur. iurand.* At non minus delinquit hæres reſiſtendo per vim, quam fideicommiſſarius violentam reſiſtentiam repellendo, & pœna caducitatis veniret applicanda, hæredi; Ergo tollitur delictum violentiæ fideicommiſſarij, & ſic nul-
103 lam pœnam, nullam ſui iuris ammiſſionem pati debet, & ſic † nil violentus violento, *l. in arenam. C. de inoff. teſtam.*

Tertio, quia ſi hoc modo fideicommiſſarius à iure ſuo caderet, & ita hæres illud lucri faceret ſequeretur, vt hæres ex ſuo delicto, vi nimirum iniuſte adhibita commodum conſequeretur; dareturque occaſio reſiſtendi, vt violenta reſiſtentia
104 prouocatus fideicommiſſarius eam repellendo à ſuo iure caderet, † cum tamen via delictis, & fraudibus non ſit aperienda, ſed claudenda, *l. fraus, de legib. l. fraudis, ff. de reg. iur. l. Iulianus, §. mutui, ff. ad Maced.*

Non obſtant, quæ in contrarium ponderantur à *Perſonal. in tract. adipiſcende,*
105 *num.* 406. nempe non † eſſe concedendam occaſionem veniendi ad arma, *l. aquiſſimi, ff. de vſufruct.* neque priuatis illud debet concedi, quod Magiſtratus conceditur, *l. non eſt ſingulis ff. de reg. iur.* At daretur talis occaſio, & concederetur hæredi priuato viro, quod ſolis Magiſtratibus conceditur, vt vi adhibita ſuum ius conſequi
106 poſſet, ergo &c. hinc *Salic. in l.* 3. *num.* 10. *in fin. C. de pignor.* † ſtatuit non licere reſiſtere, quando reſiſtentia habet admixtum aliquod delictum puta hominum conuocationem, vbi conuocatio de iure non eſt permiſſa, & vbi creditor materiam videt
107 paratã ad malũ, † debet n. cum moderamine inculpatæ tutelæ ius ſuũ tueri, ac caue re ab offenſione, & ne rixa, vel tumultus ſequatur, & hanc *Salicet. opin. ſequitur Menoch. de adipiſc. remed.* 5. *num.* 85. *nec diſſentit Corbul. in tract. de emphyt. tit. de cauſa priuat. ob non ſolut. Canon. q.* 13. *nu.* 1. *verſic. ſecundo declaratur, ſequitur Farinac. in trac. de furt. q.* 175. *num.* 236. *qui plura etiam ad hunc propoſitum cumulat in eadem quæſtione, num.* 232.

Reſpondendum enim, vtcumque concedenda non ſit occaſio prædicta, non tamen ſequi, vt debeat fideicommiſſarius à iure ſuo cadere, erit enim alio modo puniendus, nam certum neque aduerſario concedendum, vt per vim ſe defendat, & tamen non ſolum concederetur, ſi fideicommiſſarius à iure ſuo caderet, ſed ex tali delicto commodum conſequeretur, erit igitur vterque puniendus pœna eius delicti, quod commiſerunt, quæ pœna erit fiſco applicanda.

108 Secundo, quia in terminis ſimillimis, † quando nimirum conceſſit licentiam in executionem alicuius ſententiæ parti, vt poſſit propria auctoritate poſſeſſionem ingredi; ſi ille per vim contra poſſeſſorem reſiſtentem, poſſeſſionem accipit, punitur quia hæc violentia non cenſetur ei permiſſa, *Bartol. in l. iuſte poſſidet, numero tertio, ff. de acquiren. poſſeſſ. qui ibi eſt communiter approbatus, vt tradit Perſonal. dicto numero* 406. *Rip. in c. ſæpe, numero* 86. *& ſeq. de reſt. ſpoliat. & in l.* 1. *numero* 19. *ff. quorum legat. ſequitur idem Perſonal. loco ſupradicto.*

Eodem

Eodem enim modo reſpondendum puniendum fideicommiſſarium non tamen ita vt ius ſuum amittat, ne dato æquali delicto vnus puniatur, alter præmium conſequatur.

Tertio, quia opportune fideicommiſſario prouiſum eſt, vt quando violentia
109 hæredis timet † Iudicis offitium imploret, vt illum per curiæ ſuæ nuncium aliquem in corporalem poſſeſſionem immittat, manuque militari impedimentum remoueat, tenetur enim Iudex requiſitus huiuſmodi auxilium præbere, *Felin. in Rubr. extra de tregua, & pace, col. penult. Durand. in trac. de arte teſtandi, tit. 2. caut. 32. num. 3. in fine.*

Reſpondendum.n.non tenere hanc conſequentiã, cõpetit fideicõmiſſario aliud remedium capiendi poſſeſſionem, ergo ſi per vim ceperit ius ſuum amittit, bene ſequitur, Ergo cum poſſet ſine vi ſuum ius tueri non videtur vſus moderamine inculpare tutelæ, & ideo deliquit, ſed pro hoc delicto non priuatur amiſſione iuris ſui, quia dum hoc modo iſte puniretur, alter ex pari, vel etiam grauiori delicto præmium conſequeretur, quod abſurdum, vt ſupra, erit igitur alia pœna imponenda, qualem poſtulat delictum commiſſum nempe vulnerationis, occiſionis, &c.

Secundo, quid iuris, vt qñ omne periculum delicti committendi, & pœnæ luendæ effugiat, Iudicem adit, vt eius auxilio mediante, vim aduerſariorum ſine delicto ſuperet; an citatione ſit opus, pro cuius rei determinatione pauca ſubnectenda, decreui, eſt enim caſus, qui frequentiſſime euenire poteſt non ſolum in terminis fideicommiſſarij, habentis facultatem capiendi propria auctoritate, verum etiam in omnibus caſibus in quibus poteſt quis propria auctoritate poſſeſſionem capere, puta vbi eſt actum pactum, vt rei hypothecata poſſeſſionẽ quis propria auctoritate capere poſſit ſine aliqua Iudicis licentia, vel vbi res emphyteotĩca in commiſſum cecidit ad tradita infra *quæſt. 15. num. 22.* Vt autem minus dubia à magis dubijs pro faciliori, & clariori determinatione diſtinguamus. Pri-
110 mò ſtatuendum † ſi petat quis à Iudice licentiam ingrediendi, aut immiſſionem, citationem omnino eſſe neceſſariam, in hanc enim ſententiam fermè omnes incidere videntur, ita *Acurſ. in l. ſecunda, in prima gloſſa magna, C. de iur. emphyt. Bartol. in l. creditores, numero 26. C. de pignor. Salicet. ibidem, numero 2. verſic. pro cuius declaratione attende, & communem teſtatur, Alexand. conſil. 131. numero 4. lib. 4. Iaſ. in l. 2. numero 113. verſic. quamuis, C. de iur. emphyt. qui in praxi ita ſeruari teſtatur.* Idem reſpondit *Socin. ſen. conſil. 195. colum. penult. verſic. confirmatur iſta concluſio lib. 2. & clarius conſil. 167. colum. 6. verſic. ſecundo, an in tali caſu eod. lib. 2. idem conſil. 82. colum. ſecunda, verſic. ſexto concluſio, lib. 3. Ruin. conſil. 152. num. 10. verſic. nec prædictis obſtat, Io. Sicar. num. 23. Caſtell. Coſta in ſuo memoriali in facta verbo exequutio, verſic. nota tamen, vbi de communi. Neguſant. de pignor. par. 4. num. 23. verſic. tertiadecima concluſio, Gabriel. in ſuis concluſ. lib. 2. Rubrica de citat. concluſ. 1. num. 206. & ſeq. vbi de magis communi Riminald. iun. in princ. Inſt. de donat. num. 541. verſic. tertio quoque, Boer. deciſ. 156. nu. 16. Zuccard. poſt Dec. bienu. 158. & 376. Menoch. de recuperand. remed. 8. num. 98. licet contrarium videatur idem ſentire in d. tract. recuper. remed. 5. num. 29. vbi plures pro ea ſententia congerit.*

111 Secundo ſtatuendum ſi non petat immiſſionem, † ſed ſimplicem aſſociationem curiæ, ſitque omnino manifeſtum, vel partis confeſſionem, vel quia alio modo res notoria iam ſit competere facultatẽ ingrediẽdi propria auctoritate nulla eſſe opus citatione conſtat enim Iudici veræ eum caſum eueniſſe in quo licet parti propria auctoritate ingredi, ideo ceſſat ratio ob quam pars altera videbatur citanda, erat enim vt contradiceret negando licere propria auctoritate ingredi, & vt eo contradicente probaretur, conſtat autem contradicere non poſſe,

quando iam fatetur licentiam competere, vel id adeo eſt manifeſtum, vt in contro-
112 uerſium vocari nequeat, quamobrem † ceſſante cauſa citationis ceſſabit citatio *ad vul-*
garem regulam, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. c. cum ceſſante ex de appell.
facit text. in l. 1. C. de falſ. cauſa legato adiecta in l. 2. §. fin. ff. de donat.
113 Confirmatur, quia † defectus in illis rebus, quæ ex vrbanitate requiruntur, &
pro abundanti cautela, ſine quibus actus fieri potuiſſet, ipſum actum non vitiat, *facit*
text. in l. teſtamentum, C. de teſtament. in l. 1. in fine, ff. de ventre in poſſeſſ. mittend.
faciunt tradita à gloſſ. & Bald. in l. rem non nouam, C. de iudicijs, Bart. in l. ſi opus,
114 *ff. de nou. oper. nunciat. DD. in l. 1. ff. de lib. & poſthum.* † At Iudicis aſſociatio ex vr-
banitate requiritur, & pro abundanti cautela, ac ſine ea potuiſſet quis poſſeſſionem
ingredi circumſcripto rixæ periculo, vt in ſuperiori dubitatione ſtatutum, & pluri-
bus firmauit *Farinac. in materia pacti de ingrediendo propria auctoritate in tract.*
de furt. quæſt. 175. num. 716. cum ſeqq. & in materia emphyteuſis, quando nempe in
commiſſum cecidit, dixi infra quæſt. 16. num. 3. ergo etiam ſi in tali aſſociatione da-
retur hic defectus, vt pars non fuerit citata (ſi tamen defectus in his terminis ap-
pellari poteſt) non vitiabit ingreſſum in poſſeſſionem, vnde cum ſine citatione ſu-
ſtineatur huiuſmodi ingreſſus, ea non erit neceſſaria.

His determinatis reliquum eſt videre, quid iuris, quando petit aſſociationem
curiæ, neque omnino eſt manifeſtum competere licentiam ingrediendi propria
auctoritate, quia hoc neget pars poſſidens, penes quam poſſet aliqua ratio proba-
bilis dari, qua pateret talem licentiam, vel nullam, vel irritam, vel reuocatam, & pri-
mo aſpectu videtur dicendum non eſſe neceſſariam citationem.

Primo, quia ſi iudicem non adiret, & propria auctoritate ingrederetur in illis ca-
ſibus in quibus non eſt periculum contentionis, aut rixæ iuſtè ingrederetur, vt
fuit ſupra ſtatutum, & tamen nulla daretur citatio, ergo etiam ſi cum aſſociatione
Iudicis ingrediatur iuſte ingredietur etiam nulla data citatione, non enim per aſſo-
ciationem Iudicis agitur de maiori præiudicio inferendo, quam ſine aſſociatione,
115 † & ſic cum non vigeat diuerſa ratio, neque diuerſa vigebitur iuris indiſpoſitio, *l. il-*
lud, ff. ad l. Aquiliam.

Confirmatur, quia cum non petat licentiam de ingrediendo, aut immiſſionem,
ſed ſolum remedium ad euitanda iurgia, & contentiones non videtur neceſſaria ci-
116 tatio, cum poſſit, † & debeat Iudex ex officio dare operam, & quantum in eo eſt im-
pedire quo minus oriantur delicta debeatque, & citatos, & non citatos oblata oc-
caſione à facinoribus coercere, *l. congruit, ff. de officio, Præſidis l. æquiſſimum, ff. de*
vſufructu.

Tertio, quia aut debet citare ad contradicendũ ne ingrediatur, aut ad cõtradicẽ-
dum, ne aſſocietur, non primum quia non aſſociatus poſſet ingredi ſine citatione,
non ſecundum quia aſſociatio venit acceſſorie ad ingreſſum neque per eam fit
præiudicium, quod enim fit, per ingreſſum fit, ea enim delictum tantum re-
mouet.

117 Quarto † quia hanc ſententiam in terminis tenuere complures non contem-
nendi auctoritatis viri *Salicet. in l. creditores, colum. 12. C. de pignor. Afflict. de-*
ciſ. 326. vbi confirmat. Vrſil. Iaſon in l. ſecunda, num. 113. verſic. quamuis, C. de
iur. emphyt. vbi dicit hanc praxim eſſe mirum in modum notandam, *Perſo-*
nal. in tract. de adipiſcend. num. 407. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 8.
num. 100.

118 † Contraria ſententia frequentiori vſu in praxi recepta, & approbata potiſ-
ſimum a Rota Romana ſæpius nimirum *in vna Ceſanaten. ſpolij 22. Iuny 1592.*
coram Cardinali Mantica relata inter impreſſas, Farinaceo adſcriptas, deciſ.
119 *785. numero ſecundo,* † vbi in ſimili ſtante conuentione inita inter Dominum di-
rectum, & emphyteutam, vt ſi emphyteuta pacta non ſeruauerit, cadat ipſo iure,

& liceat

& liceat domino, abſque aliqua partis citatione, aut Iudicis ſententia propria auctoritate capere poſſeſſionem, citationem tamen eſſe neceſſariam fuit ſtatutum, vbi nõ diſtinguitur inter volentem ingredi ſine aſſociatione Iudicis, & cum aſſociatione, idem tenuit in vna *Turritana bonorum*, 14. *Maij* 1614. *coram R.P. D. Vbaldo*, vbi
120 ſtante † ſtatuto, vt quis poſſit propria auctoritate ingredi, quia pars poſſet docere, non eſſe locum ſtatuto, citationem eſſe neceſſariam decreuit, neque poſſe ſine miniſterio Iudicis, & citatione poſſeſſionem capi idque multorum auctori tatibus confirmat nempè *Bart. in l. creditores, ſub num.* 14. *C. de pignor. Afflict. deciſ.* 97. *nu.* 2. *et* 3. *Gabriel. conſ.* 88. *n.* 23. *lib.* 1. *Guid. Pap. deciſ.* 107. *n.* 1. *Rebuff. de conſtit. Regn. gloſ.* 5. *nu.* 64. *Rota in dicta Ceſenaten ſupra alleg. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 22. *nu.* 4. *& ſeq. hoc idem firmauit in cauſa regien. bonorum* 20. *Decembris* 1614. *coram Reuer. P. D. Dunozetto, & Romana de Aromi* 15. *Ianuarij* 1614. *coram Reuer. P. D. Vbaldo*.

121 Probatur † autem primo quia non tenetur, quinimo non debet Iudex credere ſimpliciter huic aſſerenti, ſibi competere ius adeundi propria auctoritate, poſſent enim aduerſarij opportunas exceptiones afferre, quæ ſuaderent non ita de plano cum debere ingredi *facit tex. in c. cum ſecundum de hæret. lib.* 6. *et in capit. licet Epiſcopus de præben.* faciunt ad propoſitum late cumul. *infra quæſt.* 16. *num.* 22. quibus in locis citatione, & ſententia declaratoria opus eſſe decreui.

122 Ad primum reſpondendum, † quando dicimus ſi Iudicem non adiret, non eſſet neceſſaria citatio, non ita de plano id procedere, ſed quando præceſſit ſententia non quidem tribuens ius ingrediendi, ſed declarans illud competere, vt in ſimili dictum *d. quæſt.* 16. *num.* 24. *cum ſeq.* ita in re noſtra dicamus in aſſociatione Iudicis non eſſe neceſſariam citationem, quando vel per ſententiam declaratoriam, quæ in rem iudicatã tranſiuerit, vel per partis confeſſionẽ, vel alio modo indubitato ſit omnino notorium poſſe fideicommiſſarium propria auctoritate ingredi, quamobrem cum id non ſupponamus in caſu propoſito, aſſerendum citationem neceſſariam ſaltem ad eum effectum, vt ante aſſociationem præcedat declaratoria huiuſmodi.

Ad ſecundum reſpondetur non ſolum implorari officium iudicis ad euitandã iurgia, ſed eſse etiam neceſsarium ad declarandum ingreſsum licentiæ.

123 † Ad tertium reſpondendum, neque debere citare ad contradicendum, ne ingrediatur, neque ad contradicendum ne aſſocietur ſimpliciter, ſed ad contradicendũ ne declaret Iudex ingreſſum licere, & ſucceſſiuè ne detur aſſociatio, & ad eas rationes in medium afferendas, quæ ſuadere poſſint non eſſe verum, vt competat ingrediendi facultas.

124 Ad quartum reſpondendum enarratas auctoritates eſſe intelligendas, vel quando pars non negat de iure competere licentiam ingrediendi, ſed de facto tamen reſiſtit, aut ſuſpitio eſt quominus reſiſtat, vel quando alio modo id eſt notorium, & ita cæteris deciſionem Afflict. eſſe intelligendam ex eiuſdem lectura apparet, dum inquit auctor deciſionem conſilij mirabilem, ſibi viſam fuiſſe erat enim neceſsaria citatio, verum quia illud, quod citata parte fuiſset probandum, erat notorium, & per conſequens non poterat in controuerſiam reuocari ideo dictam deciſionem pertranſiuiſse.

SVMMARIVM noni Articuli.

125 *Fideicommiſſarius, quamuis iuſtè poſſideat, & continuo de iure ſuo doceat, non eſt legitimus contradictor, vbi ſunt facienda aliqua detractiones.*

Declara, vt non ſit contradictor reſpectu ipſarum detractionum, in reliquis nihil impedit, quando detractiones in quota conſiſtunt, &

non

non pariunt in certitudinem, vt infra num. 141.

126 *Poſsidens iniuſtè non eſt legitimus contradictor.*

127 *Fideicommiſſarius iniuſtè poſsidet, qui poterat quidem capere propria auctoritate, cepit tamen totam hæreditatem, vbi erant detractiones faciendæ.*

128 *Fideicommiſſarius non poteſt capere totam hæreditatem, vbi dantur detractiones faciendæ, ſed illud tantum, quod ſupereſt, factis detractionibus.*

129 *Effectus talis eſt præſumendus, qualem requirebat cauſa.*

130 *Renunciatio generalis ad ſuam cauſam reſtringitur.*

131 *Statutum mandans patrem obligari pro filio mercatore reſtringitur ad æs alienum contractum occaſione mercaturæ.*

132 *Poſseſsio etiam auctoritate Iudicis conceſſa excedens partem in qua erat concedenda, in totum eſt nulla.*

Declara hanc propoſitionem veram eſſe ratione dubij dum ambigitur in quantum ſe extendat portio pro qua poſseſsio eſt iniuſta, ſecus vbi certum eſt in quantum ſe extendat, vt infra num. 142. vbi exemplo res declaratur.

133 *Fideicommiſſarius propria auctoritate poſseſsionem occupans ſi excedat partem, quam poterat occupare in totum nulliter poſsidet.*

134 *Fideicommiſsarius qui poterat propria auctoritate poſſeſsionem ingredi, & totam hæreditatem occupauit, vbi erat Trebellianica detrahenda, oblata poſſeſsione pro indiuiſo ratione Trebellianicæ, in reliqua parte eſt contradictor legitimus aduerſus hæredem.*

Declara, vt num. 148.

Amplia, vt num. 151.

135 *Circuitus inutiles ſunt euitandi.*

136 *Trebellianica eſt quarta totius hæreditatis, & eſt quota hæreditatis non bonorum.*

137 *Liquidatio quantitatis debitę pro Trebellianica non eſt neceſſaria.*

138 *Exceptio dolo facis, quando incontinenti probari poteſt admittitur aduerſus poſſeſſorium adipiſcendæ & in ſpecie aduerſus legis noſtræ beneficium.*

139 *Exceptio dolo facis, facit ceſſare interdictum quorum legatorum.*

140 *Hæreditatis eiuſdem plures certas portiones prætendentes, omnes pro indiuiſo ratione ſuæ portionis poſſidere debent.*

143 *Actus agentium eo modo ſunt interpretandi, vt illud dicatur actum quod licet.*

144 *Voluntas cuiuslibet talis præſumitur.*

145 *Iudex cenſetur iudicare, prout ius diſponit, & prout tenebatur.*

146 *Patronus cui ius præſentandi cum alio competit, ſi ſolus preſentet, neque omnino appareat eo animo ſolum præſentare, vt alium ſua poſſeſsione ſpoliet, videtur eo animo preſentare, vt aliorum quaſi poſſeſsionem conſeruet, quam verè prę ſtando conſeruat.*

147 *Poſsidens hæreditatem ſi non appareat habere animum poſsidendi inſolidum, & pars aliqua ad alium*

ſpe

ſpectet videtur alteri pro ea parte poſſeſſionem ſeruare.

149 *Utile per inutile in indiuiduis vitiatur.*

150 *Poſſeſſionis pars nulla facit aliam partem nullam, quando vnica, & indiuidua eſt, ſecus ſi multiplex et diuidua.*

ARTICVLVS NONVS.

Quando fideicommiſſarius poterat propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, & fuit ingreſſus, hæres autem ob detractionem Trebellianicę ſibi competentem immiſſionem petit.

VIdetur primo negatiua ſententia tenenda, nimirum non eſſe legitimum contradictorem.

Primo quia ſi talis fideicommiſſarius eſſet legitimus contradictor, maximè ob eã eſſet rationem, quia iuſtè poſſidet, & in continenti ius ſuum probat ad ea, quæ per tex. noſtrum ſæpius fuere repetita. At in ſpecie noſtra id non ſufficit ergo, &c. Aſ-
125 ſumptum probatur, receptiſſima enim eſt omnium ſententia † fideicommiſſarium quamuis iuſtè poſſidentem, & continuo de iure ſuo docentem; & quamuis fideicõmiſſum ſit clarum, & apertum, neque aliquo modo in dubium reuocetur, aut reuocari poſſit non eſſe legitimum contradictorem, vbi ſunt faciendæ aliquæ detractiones, ita vt regul. ex tex. noſtro ſępius repetita limitationem recipiat in fideicommiſſario aliqua detractione ſuppoſita ita *Bald. in l. 1. num. 3. C. quor. legat. Caſtr. in l. noſtra, num. 13. vbi apertè ait fideicommiſſarium* quidem iuſtè poſsidentem, & paratũ incõtinenti docere de iure ſuo eſſe legitimũ contradictorem regulariter, id tñ limitandum, quando aliquid eſt detrahendum. *Alexand. n. 24. Idem omnino ſentit Sapia, nu. 106. Zuchard. n. 426. & 428.* Ripa *in l. 1. n. 23. ff. quor. legat. Boer. deciſ. 176. num. 2. & 5. Pariſ. conſil. 33. num. 113. lib. 3. Cephal. conſil. 298. num. 27. lib. 2.* R*uin. conſ. 140. num. 4. volum. 5. idem conſil. 130. nu. 5. verſic. & quamuis, lib. 2. Caſtr. Alexãn. Socin. Pariſ. Bero. & Natta in locis citatis à Rol. à Valle, conſ. 78. num. 21. volum. 3. qui eoſdem ſequitur Cranetta, conſ. 376. num. 23. Gabriel. conſ. 39. nu. 3.* vbi dicit quando poſſeſſio non eſt vitioſa, & fideicommiſſum clarum, ſi locus eſt alicui detractioni fideicommiſſarium non eſſe legitimum contradictorem, etiam ſi vellet incontinenti de iure ſuo docere, & ſtatuit ratione partis hæredi debitæ totum à fideicõmiſſario auferendum idem *Gabr. conſ. 45. nu. 24. vol. 2. vbi allegando Corn. & Iacobin.* dicit procedere in caſu, quando poſſidet ſine vitio *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. rem. 4. num. 638.* vbi addit practicam Papien. & tranſit cum Zuchardo ſupra alleg. *Gabriel. in ſuis concluſ. concluſione quinta de fideicom. Deciſion. Peruſ. 47. n. 17. & 18. Remin. conſ. 92. num. 25. Surd. conſ. 267. nu. 24. idem deciſ. 333. n. 9.* vbi inquit hoc ſolum fundamentum iugulum præſentis quęſtionis præcidere *Perſon. de adip. num 411.* ſequitur Rota paſsim potiſsimum *in vna Spoletana hereditatis 27. Maij 1585. corã Bubalo in vna Hortana domus 24. Iunij 1605. coram* R*euerendiſs. Ludouiſio Archiepiſcopo Bononien. & in una* Romana *de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Illuſtriſs. Cardinali Lancelletto, num. 12. ubi ſæpius à* Rota, ita fuiſſe deciſum refert, plures allegando deciſiones, & in R*auennaten. hereditatis 14. Aprilis 1606. coram R. P. D. Pamphilio.*

126 Secundo, quia fideicommiſſarius † iniuſtè poſsidens non eſt legitimus contradictor vt ſæpe repetitum *trad. Corn. in l. noſtra, num. 43. verſ. & hæc uera Dec. nu. 48. verſic. ſed poteſt reſponderi Zuchard. num. 423. Anton. Gabr. in ſuis concluſ. tit. de fideicom-*

deicommiſſ.concluſ.5.nu.2. Menoch.de adip.remed.1.nu.107.& remed.4.num.675.
127 † At fideicommiſſarius licet poſſet propria auctoritate capere poſſeſſionem ſi totã cepit, ubi erant detractiones faciendę iniuſtè poſsidet id omne, quod poſsidet, igitur nõ eſt legitimus contradictor, ſed totam poſſeſsionem cogitur reſtituere. Minor proba
128 tur, † quia pro certo eſt habendum nunquam fideicõmiſſarium totam hæreditatẽ capere poſſe, vbi dantur detractiones faciendę, ſed illud tantum capere poſſe, quod
129 factis detractionibus ſupereſt, talis enim † eſt præſumenda hæc licentia, qualem requirebat cauſa ob quam facta *l.cum pater, §.dulciſsimis ff.de leg.2.l.cum tale, §.falſum, ff.de cond.& demonſtr.l.non dubium, C.de legib. Bald.in l.iubemus, C. ad vell.*
130 *Socin.conſ.24.n.12.vol.1.* qui ait † renunciationem generalem ad ſuam cauſam reſtringi. Idem deliberatione generali dicit *Pariſ.conſ.89.nu.45.vol.1.Riminald.con*
131 *ſil.378.nu.63.* † Idem videmus in ſtatuto, quod ſi mandat patrem obligari pro filio mercatore reſtringitur ad æs alienum contractum occaſione mercaturæ, *Bald.in l.3.§.ex hoc edicto, ff. Nautæ, Caupones, & ſtabularij, cum multis apud, Crauett. conſ.3.nu.15.Bect.latè, conſ.5.nu.14.* vbi conſimilia cumulat exempla, licentia igitur in caſu noſtro conceſſa à teſtatore, vel a lege erit intelligenda tantum de bonis reſtituendis, & ad fideicommiſsarium ſpectantibus, non verò de exemptis ab onere fideicommiſsi, quamobrem quia totam hæreditatem occupauit iniuſtè poſsidet, nõ ſolum quoad partem excedentem, ſed quoad totum, quemadmodum enim immiſ-
132 ſio facta in poſseſsionem Iudicis auctoritate † ſic excedat partem in qua erat concedenda, in totum dicitur nulla, *Pat.deciſ.723.libro 1.* & paſsim tenet *Rota, vt fuit dictum in vna Fauentina bonorum 3.Ian.1588.coram Card.Plato.* vbi aliæ referũtur, *& in vna Romana ſpolij 13.Decemb.1604.coram Reuerendiſs.Ludouiſ.Archiepiſc.*
133 *Bonon.* † ita ingreſsus propria auctoritate factus ſi excedat partem, quam poterat occupare erit in totum iniuſtus & nullus, & ita fideicommiſsarius dicetur totũ iniuſtè poſsidere. *Hinc Bald.in l.2.num.3.C.quor.legator.inquis*, vbi pars eſt occupata, & iniuſtè detenta, totum eſse reſtituendum.
134 Contrarium eſt verius, eſt † enim legitimus contradictor, quod tamen intelligẽdum non abſolutè, ſed ſi oblata poſseſsione pro indiuiſo ratione Trebellianicæ in reliqua parte contradicat, non enim eſt immittendus hæres, niſi pro rata Trebellianicam reſpiciente.
135 Probatur, quia † inutiles circuitus ſunt euitandi, *l.cum fundus, §.ſeruum, ff.ſi cert pet.l.dominus teſtam. ff.de cond.indeb.Clem. Auditor de reſcr. Io. And. in addit. ad ſpecul.in rubr.de oblig.& ſolut.col.1.Tiraquel.de retract.conuent.in fin.num.41. Natta conſ.153.nu.9.Menoch.conſ.68.nu.19.* At ſi in totam hæreditatem immitteretur, hæres eo conſilio, vt retenta quarta Trebellianica, reliquam partem reſtitueret daretur inutilis circuitus, ergo &c. Minor probatur, quia nulla alia vtilitas in hoc negotio videtur dari poſse, quã vt immiſsio hæredi, fiat liquidatio, quidnã debeat penes hæredem manere, & quid fideicommiſsario reſtituendum, cum ne plus æquo fideicommiſsarius habeat, Tum vt pendente liquidatione potius hæres hæreditatis fructus conſequatur, quam fideicommiſsarius, hæc autem ceſsat, quia nulla eſt opus liquidatione, cum res ab initio ſit liquida, & pro certo appareat, quidnam ad
136 hęredem ſpectet, & quid ad fideicommiſsarium certum eſt enim † trebellianicam quartam totius hęreditatis eſse, *§.ſed quia heres, & §.ſed quia ſtipulationes Inſtit. de fideicom.heredit.* eſse quę quartam hæreditatis non vero bonorum, vt communẽ eſse ſententiam teſtatur. *Corn.in l.& fine, C.ad Trebell.tradit Graſs.in §.Trebellia*
137 *nica, quæſt.2.& in §.fideicommiſſum, q.42.& in terminis*, † non eſse neceſsariam liquidationem tradit, *Corn.conſ.232.col.1.verſ.tamen vol.4.Dec.in l.fin n.48.in fin. Tob.Nonius, conſ.80.n.15.* ſequitur igitur ex cnatratis non eſse neceſse, vt fideicõmiſsarius reſtituat, niſi pro illa parte, quę ad hæredem pertinet, & ita cõcludit, *Decius in l.noſtra, n.28.vbi reſpondit Caſtren.& Alex.* contra ſentientes, ſequitur *Zuchard.*

chard.nu.428.verſ.tempora tamen Thob.Nonius,conſ.80.nu.15.& 16.Perſonal.in tract.de adipiſc.n.426. Menoch.de adipiſc.remed.4. nu.461. Confirmatur ex mente Decij, quia ſi fideicommiſſarius iuſtè poſſidens, & incontinenti de iure ſuo docens non eſt legitimus contradictor, etiam vbi dantur detractiones, ſaltem pro ea parte quæ detractiones ſuperat, futilis, & vana ea eſſet ſententia fideicommiſſarium iuſtè poſſidentem, & docentem de iure ſuo contradictorem eſſe, eſt enim talis, vt inquit Decius, etiam ſi hæc non concurrant, quando nullæ ſunt faciendæ detractiones.

Secundò, ex mente Cornei, *conſil.232.lib.4.* quia in beneficio legis noſtræ eſt lo
138 cus exceptioni † dolo facis, quando incontinenti probari poteſt, eſt enim poſſeſſorium adipiſcendæ in quo militat huiuſmodi exceptio, vt notatur *in l.2.ſupra hoc ti*
139 *tulo, & in l.incerti, C.de interdictis.* † hinc data tali exceptione ceſſat interdictum quorum legatorum, *gloſ.in l.dolus, ff.de except.dol. ad quam ſe refert gloſſ. in l.1.§. rediguntur, ff.quorum legatorum,* vbi idem voluerunt *Bar.& Angel.traditq. d.Corneus d.conſ.232.nu.15. vol.4.* Verum incontinenti probari poteſt hæredem petere id quod ſtatim eſt reſtiturus, ſi ei offeratur Trebellianica admittatque fideicommiſſarius poſſidens, vt pro huiuſmodi portione immittatur, is tamen non acquieſcat, ſed totam velit hereditatem, quia ſupponendum conſtare de fideicommiſſo, & ideo apparere non reſtituendum, quod vltra Trebellianicā ſponte oblatam poſtulat, nihil.n.vlterius occaſione æris alieni, aut legitimæ prætendere poteſt, iuxta terminos præſentis atticuli in quo ſupponimus hæredem velle immitti ſolum ratione Trebellianicę.

140 Tertio, quia vbi † plures eiuſdem hæreditatis certas portiones prætendunt omnes pro indiuiſo ratione ſuæ portionis poſsidere debent *ad l.locus ubi gloſ. & DD. ff.de acquir.poſſeſſ. Socin.in l.3.§.incertā ſub nu.50.ff.de acquir.poſſeſs.* ita fuit reſolutum, in vna Interamnen. de Paradiſijs 1.Iulij 1607.*coram R.P. D.Pamphilio, & in una Caſenaten.de aldinis.24.Ian.1611.coram Reuerendiſs.Coccino, et facit ad rē deciſio in una Viterbien. bonorum* 10. *Iunij* 1602. *coram Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, vbi habetur poſſeſſionem quotę pro indiuiſo poſſe capi, & pluribus firmatur in alia deciſione in nouiſsimis nempè *90. par.1.* quam allegat *Roſa in d.Interamnen.coram R.P. D.Pamphilio.* cum alijs decis. allatis ac in Recanaten. hered. Burati 26. Iunij 1617. in fine decisionis Ferrarien. & Tassoni Pamph.

141 Ad primum † reſpondendum fideicommiſſarium iuſtè poſſidentem non eſſe legitimum contradictorem, vbi dantur detractiones reſpectu ipſarum detractionum in reliquis nihil impedit, quando in quota conſiſtunt, & non pariunt incertitudinē, cū enim detractiones certę, & limitatæ ſint, limitatum producunt effectum, *l in agris, ff de acquiren.rer.domin.* ideo contradictorem remouebunt iuxta ſuos limites, ita vt heres eorum ratione in ſua quota immittatur, vt in argumentis affirmatiuæ ſententię in reliqua parte rectè à fideicōmiſſario contradictore remoueatur, & hoc modo intelligendos arbitror omnes in argumento ſupra enarratos, vt eorū dicta rationi, & equitati ſint conſona, maxime, quia plurimi eorum indefinitè loquuntur, itaut eorum dicta iuxta habiles terminos ſint intelligenda, aliqui vero ex profeſſo eo modo loquuntur, & ſe declarant quo dictum pręcipuè *Gabriel.conſ.45.nu.27.lib.2. et Zuchard.hic num.*382.qui aſſerunt fideicommiſſarium afferentem partem debitam hęredi cum fructibus ab eo pręceptis ſe tueri a reſtitutione totius, & ita Corneum intelligendum ſtatuunt.

142 Ad ſecundum † dum dicebamus poſſeſsionem pro parte iniuſtam in totum eſſe iniuſtam primo ex mente *Cornei d.conſ.*232. qui in indiuiduo doctrinę *Bald.* in argumento allatę reſpondet, poſſumus reſpondere dictam propoſitionem ratione dubij procedere dum ambigitur in quantum ſe extendat portio hęredi debita, & ita portio pro qua poſſeſſio eſt iniuſta, ſecus vbi certum eſt in quantū ſe extēdat, quod pulchre declarat in Falcidia, licet enim ea ſit quarta, itaut conſtet ſi hęreditas ſit cētum aureorum; hanc quartam eſſe vigintiquinque tamen ſi immineat ęs alienum,

quod

quod poteſt eſſe, vel magnum, vel paruum, contingere poteſt, vt quamuis hęres vi-
gintiquinque conſequatur, tamen ſoluto ęre alieno nihil ei remaneat, cum tamen
debeat remanere quartum eius, quod ſupereſt deducto ære alieno ideo non ſufficit,
vt legatarij quartam partem hæredi reſtituant, ſed tota hæreditas reſtituenda, &
ita *Bald.* intelligendum eſſe ſuadet ſubiecta materia interdicti quorum legatorum
quam pręmanibus habet, & explicat in *d.l.3.* ſecus eſt in Trebellianica reſpectu cu-
ius ſuſtinet hæres incommoda tantum proportionata ei, itaut quantumcunque ma
ximum ſit æs alienum eo ſoluto pro rata ad eum ratione Trebellianicæ ſpectante,
ſemper opportuna maneat Trebellianica, quod maximè in caſu noſtro videtur di-
cendum, vbi quęſtio eſt nunquid ratione Trebellianicæ ſolæ ſit immittendus hęres,
non vero ratione ęris alieni, quaſi ſupponamus hæredem tacitè fateri hæreditatem
ab omni ære alieno, immunem, quod ſi huic ſolutioni non acquieſcamus, quę licet
auctoritate Bald. conuenire poſſe videatur, nõ tamen conuenit deciſionibus in ar-
gumento allatis, quæ loquuntur in caſibus in quibus non vigebat talis incertitudo.
Reſpondendum ſecundo, quando fideicommiſſarius affert ſuas detractiones hære-
di nempè in ſpecie propoſita ſuam Trebellianicam præſumi quoque eodem animo
poſſeſſionem obtinuiſſe, ideo non poſſidere totum, ſed ſolummodo partem iuſtè ad
ſeipſum ſpectantem pro indiuiſo tamen, reliquum vero videtur hæredi potius cuſto
143 dire, quam pro ſuo poſſidere, neque hoc nouum videatur, † actus enim agentium
eo modo ſunt interpretandi, vt illud dicatur actum, quod licet, *capit. ex literis de*
144 *conſtitut. capit. ſedes de reſcriptis,* † & talis præſumitur cuiuſque voluntas, qualis de
iure eſſe debet, *Bald. in l. 1. columna 5. C. de ſacroſanct. eccleſ. Afflict. deciſ. 44. nume-*
145 *ro 20.* hinc † iudex cenſetur iudicare prout vis diſponit, & pro vt tenebatur, *l. mi-*
les, §. decem. ff. de re iudicat. Bartol. *in l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pignori-*
bus. Crauetta, conſil. 188. *num.* 8. hinc in ſimili, quod maximè ad rem noſtram con-
146 firmandam facit, † ſi patronus cui ius præſentandi coniunctim cum alio competit,
ſolus præſentet, neque omnino appareat eo animo ſolum præſentare, vt alium ſua
poſſeſſione ſpoliet videtur eo animo pręſentare, vt etiam aliorum quaſi poſſeſſionẽ
conſeruet, quam verè ita pręſentando conſeruat *vt Fideric. de Sen. conſil.* 102. *in fi-*
147 *ne,* ita in re noſtra † poſſidens hęreditatem, ſi non appareat habere animum poſſi-
dendi in ſolidum, & ſic occupandi eam partem, quę ad hęredem ſpectat videtur hę
redi poſſeſsionẽ ſeruare pro ea parte, quę ad eum ſpectat, vnde cõſequens eſt vt nul-
lam partẽ iniuſtè poſſideat, per quam alia quoque poſſeſſionis pars iniuſta reddatur.
148 Ex ſolutionibus allatis conſurgit † declaratio determinationis iam propoſitę, vt
nempè tunc hęres ſit legitimus cõtradictor pro reliqua parte Trebellianica excepta
ſi hęredi poſſeſsionem pro indiuiſo in ſua Trebellianica offerat, ſecus ſi velit omni-
no, & in totum hęredem ob immiſſionem arcere. Probatur autem hęc declaratio,
quia ſi talem portionem non offerat, declarat ſe eo animo conſtitutum, vt totum
inſolidum ſibi poſsideat, & ſic vltra congruam partem, vnde intrat argumentum
poſſeſſionem in parte vitioſam in totum eſſe vitioſam,
Ad idem facit, quia quando non offert talem detractionem, conſtat totam hęre
149 ditatem vna, & eadem indiuidua poſſeſſione poſsidere quare cum † in indiuiduis
vtile per inutile vitiatur; *capit. vtile per inutile de regul. iur. in 6. l. quemadmodũ, vbi*
Bar. C. de agric. & cenſit, li. 11. Bar. in l. grege, §. illud ff. de fideiuſſ. Crauet. conſ. 967.
150 *numero* 30. *Natta, conſil.* 479. *num.* 19. *Roland. conſ.* 72. *num.* 66. *volum.* 3. ea † pars
pro qua poſſeſsio vitioſa aliam partem vitiabit, quando vero offert talem detractio-
nẽ videtur duplici genere poſseſsionis poſſidere, & ita diuiſim altero ſibi altero hę-
redi, quaſi pro cuſtode. Quare licet pro ſecunda parte poſſeſsio non ſit vtilis ad effi-
ciendum contradictorem non per hoc alia pars poſſeſsionis vitiabitur; in diuiduis
enim vtile per inutile non vitiatur, *l. ſancimus, §. ſi quis autem, C. de donat. Tiraq. de*
retract. Conuen. in fin. num. 143.

Amplia-

Ampliatur hæc ſententia, vt habeat locum etiam ſi hæreditas eſſet ære alieno prægrauata, adhuc enim ſufficit, vt hæres in quartam Trebellianicam immittatur, fideicommiſſarius autem reliquam partem retineat, & ratio eſt quia Trebellianica eſt quota hæreditatis, cuius reſpectu hæres immiſſus ſuſtinebit ſuam partem oneru m reſpondentem quartæ trebellianicæ, nimirum quartam partem; fideicommiſſarius vero aliquã partem, §. ſed quia inſt. de fideicommiſſ. hęred. l. reſtituta. l. facta, ff. ad Trebell. ita vt non minus ab initio liquidum ſit, quid hęredi, & quid fideicommiſſario debeatur, quam eſſet futurum, ſi nullum daretur ęs alienum.

SVMMARIVM decimi Articuli.

152 *Legitima eſt quota hæreditatis, non vero bonorum.*

Vide de hac re infra nu. 157.

153 *Et debet eſſe immunis ab omni ære alieno.*

154 *Contradictor legitimus non eſt, in quo incertũ, an, & quid debatur.*

155 *Fideicommiſſarius, qui habebat licẽtiam capiendi propria auctoritate, & cepit, ſi hæres ob detractionẽ legitimæ immiſſionẽ prætẽdat, ſimili quos non eſt legitimus cõtradictor.*

156 *Contrarium tamen de iure verius, eſt. n. contradictor ad excludẽdum hæredem ab immiſſione in totam hæreditatem, ſi offerat poſſeſſionem pro rata legitimæ nomine.*

157 *Legitima an ſit quota bonorum an hęreditatis ingens eſt controuerſia.*

158 *Legitima definitur, vt ſi portio, ſeu quota eius, quod quis erat habiturus ab inteſtato.*

159 *Legitima à cauſa inteſtati initium ſumit, & ab ea regulatur.*

160 *Legitima videtur quota hæreditatis, quia eſt pars eius quod habetur ab inteſtato, hæc autem eſt quota hæreditatis non bonorum.*

161 *Definitio debet cum ſuo definito conuerti.*

162 *Hæreditas non niſi portioni hæreditatis accreſcit.*

163 *Hæreditas legitimæ accreſcit.*

164 *Legitima peti põt hæreditis petitione*

165 *Legitima eſt quota bonorum, quantum adhunc effectum vt creditores filio præferantur, quod pluribus explicatur.*

166 *L. Papinianus, §. quarta autem, ff. de inoff. teſtam. declaratur.*

167 *Legitima quamuis eſſet quota bonorum, non tamen parit incertitudinem, vt de iure fideicommiſſarij congruè non appareat.*

168 *Cauſa limit. limitatũ parit effectũ.*

169 *Legitimæ ratione non debere hęredẽ onus ſuſtinere quõ intelligendum.*

170 *Hęres ante reſtitutã hęreditatẽ interim oĩa ſuſtinet onera hęreditaria.*

171 *Partis quoad partẽ idem iudicium.*

ARTICVLVS DECIMVS.

Quando fideicommiſſarius poterat propria auctoritate poſſeſſionem capere, et cepit hęres autem ob detractionem legitimæ, ſibi competentem immiſſionem prętendit.

Videtur dicendum non eſſe legitimum contradictorem.

Primò, ex rationibus in ſuperiori articulo pro negatiua allatis, quæ eodem modo hoc loci ponderari poſſent.

152 Secundò, quia cum † legitima ſit quota bonorum, non vero hæreditatis *ad Bar. in l. ex*

ſpl. in l.ex facto la grande , ff. de hæred. inſtitut. Alexand. in l.omnibus , §. ſi pa-
tronus, numero ſecundo, ff. ad Trebellian. Fernand. in l.quartam, articulo tertio ,
ff. ad Trebellian. Roland. à Valle conſil.29. in principio, volum.3. Oſaſc. deciſio.172.
numero 10. Marc. quæſt.682. par.2. Grammat. deciſ.101. numero 65. & 66. Iac. Put.
deciſ.237. libro 2. Minſing. obſer.25. cent.4. Gaſpar Cabal. mille loq.81. Papon. lib.16.
titulo 4. arreſt.5. & libro ſecundo, titulo 7. arreſt.1. Crauett. conſ.236. Caſſan. in con-
ſuetud. Burgund titulo de ſucceſſ. §.2. gloſſ.5. cum alijs adductis per Craſſ. in §. legi-
153 *tima, quæſt.2. numero primo ,* † *plures congeſsit Menoch conſil.1149. num.9. ſequi-*
tur Rota deciſ.464. numero 3. parte prima, & in Balneogerin. 21. Februarij 1594. co-
ram Cardin. Pamphilio. & ideo debeat eſſe immunis ab omni ære alieno ſequiiur ,
vt ab initio , ſeu in continenti non appareat de iure fideicommiſſarij , quid nempè
ad illum ſpectet, non enim hoc apparere poteſt , niſi detracta legitima , hęc autem
cum ſit quota bonorum , non poteſt detrahi , niſi deducto piimo ære alieno vndé
ante deductionem æris alieni non appaiet quid debeatur fideicommiſſario quini-
mo, an aliquid debeatur , poſſet enim tale æs alienum eſſe adeo grande vt vel totã,
vel maximam hæreditatis partem abſorberet, vnde vel nihil, vel minimum fideicō
miſſario eſſet debitum, quare cum poſſet fideicommiſſario nihil deberi, is autem tō
154 tum poſſideat , non apparet incontinenti de iure ſuo, † is autem non dicitur legiti-
mus contradictor, qui in continenti de iure ſuo non probat , exceptiones enim al-
tam indaginem requirentes non admittuntur in hoc iudicio, vt ſæpe fuit dictum ,
l.2. vbi gloſſa, & DD. ſupra hoc titulo Deci. conſil. 427. & conſil.477. & conſ.588.
Bald. conſil.442. non tangendo ſubſtantiam, volum.1. & melius, conſil.128. præmiſ-
ſis verbis, uolumine tertio, Bero. conſilio 57. numero tertio , uolum. ſecundo , Socin.
iun. conſilio ſeptuageſimoquinto , numero uigeſimonono , uolum. primo, & conſil.97.
numero quadrageſimoquinto, uolum ſecundo, Gozadin. conſilio ſeptimo, numero 17.
Roland. à Valle, conſilio primo, numero 71. uolum. primo, & Iaſius, conſilio 98. nu-
mero quadrageſimo, uolum. tertio. Natta conſil.236. tom.2. Menoch. de Arbitr. libro
ſecundo, caſu 12. & conſil.180. num.46. Guid. Pap. quæſt.132. Afflict. deciſ.119. De-
ciſ. Neapolit.14. num.19.

155 Tertiò, quia † ita videtur tenere, *Gabriel. conſil.36. numero decimotertio, uolum.*
ſecundo, qui poſt Caſtr. conſ.292. lib.2. & Alexand. in l.noſtra, numero 24. ſtatuit ſi
fideicommiſſarius ante hæredem poſſeſſionem obtinuiſſet, poſſe remedio adipi-
ſcendæ cogi ad eam dimittendam ad effectum, vt poſsit hæres legitimam vel Tre-
bellianicam retinete.

156 In contrarium † eſt veritas nimirum fideicommiſſarium poſſidentem eſſe legiti-
mum contradictorem, & impedire hæredis immiſſionem, quod tamen eodem mo-
do intelligendum, quo in ſuperiori articulo diximus vt nempè ſit legitimus contra-
dictor ad excludendum heredem ab immiſſione in totam hæreditatem , ſi offerat
poſſeſſionem pro rata legitimæ nomine, ita vt immittatur hęres pro indiuiſo in por
tionem legitimam reſpicientem.

Probatur autem hæc ſentētia ijſdem rationibus quibus in ſuperiori artic. ead. in
trebellianica fuit probata; eodem enim modo hic quoque repeti poſſent , & oppor-
tunè concluderent ; Tota igitur difficultas conſiſtit in ſolutione contrarij iam pro-
poſiti, per quod videtur interponendum deſcrimen inter legitimā & trebellianicā.

157 Reſpondendum igitur primo † non eſſe omnino tutam eorum ſententiam, qui ar
bitrantur legitimam eſſe quotam bonorum non vero hęreditatis , id enim ingenti
controuerſia agitatum profitetur *Rota in una Spoletana hæreditat. 10. Maij 1606.*
coram Reuerendiſs. Ludou. Archiepiſc. Bonon. eamque eſſe quotam hęreditatis, non
158 vero bonorum ſuadet eius definitio ab omnibus recepta , † vt ſit portio, ſeu quota
eius, quod quis erat habiturus ab inteſtato , *l. Papin. §. quoniam quarta , ff. de inoff.*
teſt. Authen. nouiſſ. C. eodem Alex. conſ.3. num.10. uol.7. Curt. iun. conſ.21. nu.16. Rota

in una

in vna Bononien. apothecarum 24. Nouembris 1603. & in Romana legitimæ 1. Iulij
1591. coram Card. Seraph. in imprimis. Et id quod pro regula ab omnibus traditur
159 legitimam † à cauſa inteſtati initium ſumere, & ab ea regulari, vt eſt gloſſ. communiter approbata in l. Papinianus, §. unde quis in verb. ſextans, ff. de inoff. teſt. quam
DD. communiter amplecti teſtatur Socin. iun. conſ. 67. num. 67. vol. 2. Perſon. in tra-
160 ctat. de adipiſcen. num. 183. verſ. & quod remedium, † quamobrem cum ab inteſta-
to quota hęreditatis debeatur, non vero bonorum, non video cur cõtrarium in legi
161 tima aſſerendum † ſi definitionem cum definito conuerti velimus, ad l. 1. in prin-
cip. vbi DD. ff. de teſtamen ordin. & tradita ab interpret. in l. omnis definitio, ff. de re
gulis iuris, & regulatum nolimus à regula diſcrepare, confirmantur ſupradicta ex
trad. à Philippo Maſin. in Commentar. ad l. 3. C. de impub. & alijs ſubſtit. num. 95. &
162 quia certum eſt † hęreditatem non niſi portioni hęreditatis accreſcere, vt patet
163 ex trad. à DD. in Rub. & l. 1. C. quando non petent. partes petent. accreſc. † legiti-
mę autem accreſcit hęreditas, Baldus in leg. quoties ex teſtamento, C. de hæredit.
inſtit. text. eſt in §. cæterum in Authent. vt cum de appellatio. cognoſcitur, eſt ergo
164 legitima portio hęreditatis, † & quia ſi non eſſet portio hęreditatis non poſſet
peti hęreditatis petitione, at certè poteſt, vt per Bald. ex Odofred. in l. ſi quis in ſuo
in principio numero quarto, ſupra de inoff. teſt. idem voluit Florian. in l. 1. C. de in-
offic. teſt. ergo eſt quota hęreditatis. Multa in hanc ſententiam afferri poſſunt ve
rum vt fuſius de hac re agam hic locus non poſtulat. videatur Vaſq. de ſucceſſio.
creatur. libro ſecundo, §. 20. par. 4. requiſito 42. numero 210. cum pluribus ſequen.
vbi pluribus eſſe quotam hęreditatis confirmat, & contrarijs reſpondet, & nonnul-
la, quę in tetigi, quæſt. 13. num. 4. cum ſeq.
165 Secundo, prędicta † ſententia declaranda hoc modo vt legitima ſit quota bonorum quantum ad hunc effectum, vt creditores pręferantur, ne forte filius nulla ęris alieni habita ratione quartam prętenderet in vniuerſum eorum omnium, quę mortuo teſtatore reperiuntur nulla habita æris alieni conſideratione tanto enim minus cõmodi ad filiũ pro legitima ſpectat quanto grauius in hęreditate reperitur ęs alienum, & ita declarat idem Maſinus citato loco, numero nonageſimoquarto, &
166 hoc modo conſtat intelligendum eſſe, text. in † l. Papinianus, §. quarta autem, ff.
de inoffic. teſtam. in quo docet I.C. de legitima loquens, quæ tunc temporis erat quarta, quartam accipi deducto ęre alieno ſubnectit enim continuo I.C. quęſtionem, an libertates quartam minuant, dubium enim erat ne vellet hęres quartam totius hęreditatis conſiderata eius æſtimatione, abſque aliqua detractione ob diminutionem eius valoris ob relictas libertates conſequi, & ſtatuit libertates diminuere quantam eodem ergo modo ſuperius pręſumitur loquutus Iuris Conſultus, quando dixit quartam accipiendam, deducto ęre alieno, & funeris impenſa, ita vt in ſumma verba deducto prius ęre alienum intelligatur virtualiter non vero formaliter, nempè vt nihilo pluris commodi ſentiat, is ad quem legitima ſpectat, quam eſſet percepturus ęre alieno prius deducto actu, vide quę ad eundem propoſitum dicta fuere infra quæſtione decimatertia, numero trigeſimotertio, & quadrageſimoprimo.
167 At ſi concedamus † legitimam abſolutè eſſe quotam bonorum, non vero hęreditatis, non per hoc ſequitur eſſe omnino incertum ius fideicommiſſarij, adhuc enim certum eſt tantum hęreditatis ad eum ſpectare, quantum ſupereſſet deducta legitima, ſi ea eſſet quota hęreditatis, hęredemq. nunquam quid pluris conſequi poſſe, quam eſſet conſequuturus, ſi legitima eſſet quota hæreditatis, vnde ſi aliqua viget incertitudo, & ſolum viget ob differentiam, quæ inter quotã bonorũ, & quotam hęreditatis verſatur, ita vt aſſignata hęredi, quota hęreditatis certi ſimus
168 illud totũ quod reliquũ ad fideic. ſpectare eſt † cum igitur limitata cauſa limitatum
producat effectum l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. incertitudo autem, ob quam

videtur hęreditas à fideicommiſſario auferenda, & hęres immittendus ſit limitata, nempè conſiſtens in diſcrimine verſante inter quotam hęreditatis, & quotam bonorum, erit auferenda hæreditas à fideicommiſſario, & immittendus hæres ratione quotæ hęreditatis, in qua quota bonorum continetur, in eo enim, quod hanc
169 quotam hæreditatis ſuperera t circuitus eſſet omnino inutilis, neq; dicatur † hæredem ratione legitimæ non debere ſuſtinere aliquod onus non enim ſuſtinet ratione legitimę, ſed ratione eius portionis hereditarię, quam vltra legitimam obtinuit neque abſolutè talem partem onerum ſuſtinet, ſed tantum pro eo temporis ſpatio, quo ſubductis rationibus, & facta liquidatione quota hæreditatis ad quotam bonorum, redacta, ſuam partem ab oneribus immunem conſequatur hæres, id autem non eſſe abſurdum ex eo palam fieri poteſt, quia ſi contrariam amplecteremur ſententiam, vt nempè ob incertitudinem prędictam immitteretur hæres in totam hæreditatem, vt primo ſuam legitimam detraheret, deinde quod reliquum
170 eſſet reſtitueret† profectò interim omnia ſuſtinet onera ; facit, *l. ante reſtitutam, ff. de ſolut. & titul. C. de hered. action. l. hereditas, ff. de regulis iuris trad. Peregrin. de fideicommiſſ. articulo ſecundo, numero quadrageſimoquarto*, quemadmodum igitur non eſt abſurdum, vt ante liquidationem omnia ſuſtineat hæres onera, ſi totam hæreditatem poſſideat, quamuis legitima tantum ad eum ſpectet, ita non erit abſurdum, vt ſi quotam hęreditatis poſſideat, onera eius quartę ſuſtineat donec facta liquidatione, & quota hereditatis ad quotam bonorum redacta
171 ab omni liberetur onere † id enim de parte dicendum quoad partem, quod de toto quoad totum *vulgat. l. quæ de toto, ff. de rei vendic.*

Ad tertium reſpondendum Gabrielis & allegatos ab eo intelligendos eſſe, quando fideicommiſſarius inſolidum totius hęreditatis poſſeſſionem occupauit, ita ut legitimam quoque debitam detineat, ſecus ſi non inſolidum, ſed tantum ſuam partem pro indiuiſo, cum enim legitima intacta ſit, poſſitque eam conſequi heres non ablata à fideicommiſſario ſua poſſeſſione, fruſtra, & perperam fideicommiſſarium eijceret, cum ſine tali eiectione optimè ſuum conſequi poſſit.

Declaranda eſt determinatio ſupradicta eodem modo, quo ſuperior, vt nempè tum fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor quatenus ſuam partem poſſeſſionis ratione legitimæ filio debitam offerr, ſecus ſi non offeret, quę declaratio probatur omnibus rationibus in ſuperiori articulo propoſitis, quas non repeto.

SVMMARIVM vndecimi Articuli.

172 *Fideicommiſſarius qui habens licentiam ingrediendi propria auctoritate poſſeſſionem occupauit non eſt legitimus contradictor aduerſus heredem, qui vti creditor hæreditarius prætendit immiſſionem eo conſilio, vt detrahat primo quod ſi debetur, relinquum deinde reſtituat.*

173 *Fideicommiſſarius illud tantum prętendere poteſt, quod in hereditate continetur, & dicitur hereditarium.*

174 *Heredi quantum debetur, tanto minus dicitur in hæreditate repertũ.*

175 *Quod præcipuè verum reſpectu creditorum contractorum antè aditionem hæreditatis.*

176 *Hæres, quando de ſuo legata ſoluit, & hoc modo factus eſt creditor non videtur ſibi ſoluiſſe, nec hæreditas minor eſt effecta, ſed manet creditor.*

177 *Hæres ex aditione hæreditatis ex Giouanoni ſententia non videtur*

tur ſibi ſoluere.

178 *Hanc tamen ſententiam non approbauit Rota.*

179 *Vera tamen eſt hæc ſententia, quando hæres ſolum hæreditatem adiuit, non autem bonorum poſſeſſionem fuit conſequutus.*

180 *Æs alienum hæredi debitum eſt primo ab eo detrahendum, quàm bona fideicommiſſo ſubiecta conſequatur fideicommiſſarius.*

181 *Exemplum in creditore Dotium materniarum.*

182 *Et hoc idem vniuerſaliter in omni credito, etiam ſi hæres non confecerit inuentarium.*

183 *Impenſa funeris ab hærede fideicommiſſo grauato ante reſtitutionem eſt detrahenda.*

184 *Idem dicendum de impenſa facta in confectione inuentarij, & publicatione teſtamenti.*

185 *Idem dicendum de impenſa facta in vltima ægritudine.*

ARTICVLVS VNDECIMVS.

Quando fideicommiſſarius obtinuit poſſeſſionem iuſtè iuxta terminos ſuperiorum articulorum, hæres autem vti creditor hæreditarius immiſſionem prætendit eo conſilio, vt detrahat, primo quod ſibi debetur, reliquum deinde reſtituat.

172 Paucis agendo † negatiuam ſententiam amplector fideicommiſſarium nullo modo legitimum eſſe contradictorem, ſed immittendum hæredem, vt ære alieno detracto, reliquum reſtituat.

Probatur autem huiuſmodi ſententia, quia vbi incontinenti nō apparet de iure fideicommiſſarij, is non eſt legitimus contradictor, vt ſępe dictum, at quando facimus hæredem eſſe creditorem hæreditarium, non apparet de iure fideicommiſſarij, ergo &c.

173 Minor probatur, quia illud tantum ad † fideicommiſſarium ſpectat, quod in hæreditate continetur, & dicitur hęreditarium *leg. in fideicommiſſariam, §. quoties, ff. ad Trebellian. l. Cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgar. & pupillar. l. in quartam, l. quod autem, l. id autem, ff. ad Trebellianic. leg. deducta, §. nūmis, ff. ad Trebellian. leg. tertia, §. vxor, ff. de dote prælegata, leg. ſi res in principio, ff. ad Trebellian. Caſtr. conſil. 77. numero primo, Alexand. conſilio vigeſimo, numero nono, & ſequen. volum. ſecundo, Dec. conſilio nonageſimoprimo, in fine, Natta conſil. 255. numero ſeptimo. Cephal. conſil. 272. nu. quadrageſimoſecunda, Aym. conſil. 144. numero tertio, Surd. conſilio ſeptimo, num.* 28. At quando hæres eſt creditor, non con-
174 ſtat quantum in hæreditate contineatur † in quantum enim quidpiam hæredi debetur, tanto minus videtur in hæreditate repertum, hæres enim adeundo hæreditatem ſibi ipſi ſoluere intelligitur, *Socin. conſil. 170. numero 5. Caſtren. conſil. 186. colum. 2. vol. 2. Grat. conſil. 123. nu. 15. & ſeq. Menoch. qui alios citat conſil. 183. nu. 5 Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita par. 5. num. 63. ff. ad Trebellian. Peregr. de fideicommiſſ. artic. 35. num. 12. & ſeq. Cardin. Mantica de Coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 13. & 15. Surd. deciſ. 224. & deciſ. 333. nu. 19. Rota diuerſor. deciſ. 680. par. 1. & in vna Romana de Gorſ. 15. Octobris* 1584. *coram Bubalo*, quòd ſaltem videtur

175 aſſerẽdum reſpectu creditorum contractorũ ante additionem hæreditatis † licet in
contractis poſt aditionem, puta, quia de ſuo legata ſoluerit res alio modo proce-
dat, tunc enim non videtur ſibi ſoluiſſe, neque hæreditas videtur minor effecta, ſed
manet creditor, vt diſtinguendo docet, *Rota in vna Bononien. fideicommiſſi de Sã-
cto Petro 29. Aprilis 1587. coram Card. Blanchetto, & in eadem cauſa 27. Nouemb.
eodem anno 1587. coram eodem, quam diſtinctionem confirmauit in alia Bononien. de
Bonſignoribus 20. Nouemb. 1615. coram R. P. D. Caualerio*, cum igitur non conſtet
quid in hæreditate contineatur quinimo poſsit, vel nihil in ea contineri, conſtat nõ
apparere de iure fideicommiſſarij, ideo non erit legitimus contradictor.

Secundo eadem minor probatur; nam ſi faciamus falſam eſſe abſolutè eorum
ſententiam, qui arbitrantur, hæredem adeundo hæreditatem ſibi ſoluere etiam,
quando debitum ante aditionem erat contractum, vt doctè admodum, & ſubtili-
177 ter diſſerendo † tenuit *Giouanionius in quodam ſuo conſilio edito in ſupradicta cau*
178 *ſa de Bonſignoribus*. quamuis eo viſo † noluerit Rota à ſua ſententia recedere de,
cuius rei veritate agere non eſt inſtituti negotij, quæ quidem Giouanionij ſenten
179 tia forte ſaltem locum habebit in caſu noſtro, in quo cum hæres bonorum † hæredi
tariorum poſſeſsionem non fuerit conſequutus non videtur ex ſola aditione hæ-
180 reditatis potuiſſe ſibi ſoluere, nihilominus indubitatum illud eſt huiuſmodi † æs
alienum primo ab hærede deducendum antequam bona fideicommiſſario ſubiecta
conſequatur fideicommiſſarius, *l. à filia in princip. l. cohæredi, §. cum filia. ff ad Tre-*
181 *bellian. l. initum, C. ad leg. Falcidiam*, quod pluribus declarari poteſt exemplis, † ma
ximè in filio teſtatoris creditore dotium maternarum, quas primo detrahendas do
cuit in ſpecie *Caſtrenſ. conſil. 77. in primo dubio, lib. 2. Natta conſil. 255. numero 9.
Aym. poſt Cardinal. & Ancharan. conſil. 376. numero 24. Ruin. conſil. 160. volum. 3.
ſequitur Rota in vna* Romana *de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Cardin. Lan-*
182 *cellotto*. Vniuerſaliter † autem in omni credito, verum etiam ſi hæres non confece-
rit inuentarium, trad. *Caſtrenſ. in dicta l. ita tamen, §. ſi ex Trebellian. numero 2.
ff. ad Trebellian.* ſexcentos ad hunc propoſitum cumulat *Surd. conſilio ſecundo, nu-
mero 23. ſequitur Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. Simon de
Præt. de interpretat. vltima volunt. lib. 3. interpret. 1. dubitat. 1. ſolut. 4. numero 13.*
183 *fol. mihi 394. Natta conſil. 255. numero 9.* † deduci etiam debet impenſa funeris,
l. at ſi quis, §. 1 ff de religion. Caſtrenſ. conſil. 364. volum. 1. Roman. *conſil 376. nu-*
184 *mero 6.* vbi † idem dicit de impenſa facta in confectione inuentarij, & publicatio-
ne teſtamenti, *Iaſon. in l. fin. §. in computatione in principio, C. de iur. delib.* Roland.
185 *conſil. 14. in fine, volum. 1.* † Vbi idem dicit de impenſa facta in vltima ægritudine.
Idem Roland. *conſil. 65 numero 28. volum. 1. & in tractat. de inuentar. fol. 113. nu-
mero* 2. Si igitur æs alienum deducendum, ſi illius quantitas incerta; ſi magnum
adeo eſſe poſſet, vt vel totam vel maximam hæreditatis partem abſorbeat, conſtat
non apparere de iure fideicommiſſarij, & per conſequens eum non eſſe legitimum
contradictorem.

SVMMARIVM
duodecimi Articuli.

186 *Fideicommiſſarius qui habens facul
tatem capiendi propria auctoritate
& cepit eſt legitimus contradictor
aduerſus hæredem immiſsionem pe
tentem, vt creditoribus hæredita-
rijs primo ſatisfaceret; deinde reli-
quum fideicommiſſum reſtitueret.*

187 *Fideicommiſſarius facta ſibi reſti-
tutione tenetur creditoribus ſatiſ-
facere, portione reſtituta.*

188 *Idem vbi non eſt opus reſtitutione,
quia fideicommiſſarius iuſtè poſ-
ſeſſionem propria auctoritate obti-
nuit.*

Fidei-

189 *Fideicommiſſarius, qui cum poſſet propria auctoritate poſſeſſionem capere, & cepit, an ſit legitimus contradictor aduerſus hæredem petentem immiſſionem ex pluribus cauſis ſimul coniunctis.*

190 *Singula quæ non proſunt, nec cumulata iuuant.*

191 *Singula quæ non proſunt, cumulata iuuant.*

192 *Et quomodo hæ duæ regulæ concilientur.*

ARTICVLVS DVODECIMVS.

Quando fideicommiſſarius iuxta terminos proxime præteritorum articulorum poſſeſſionem obtinuiſſet, hæreditas autem eſſet prægrauata ære alieno non erga hæredem ſed erga extraneos, hæres autem vellet immitti, vt ipſe primo ſatisfaceret creditoribus hæreditarijs, deinde reliquum fideicommiſſario restitueret.

186 PAuciſſimis agendo, res enim difficultate † caret, reſpondeo fideicommiſſarium
eſſe legitimum contradictorem, omninoque hæredem quominus immittatur
187 excludere poſſe. Ratio eſt, † quia quemadmodum reſtituta hæreditate partes fidei-
commiſſarij ſunt, non verò hæredis creditoribus ſatisfacere pro portione reſtituta,
188 *l. facta, l. restituta, ff. ad Trebell.* † ita vbi non eſt opus reſtitutione, quia fideicom-
miſſarius iuſte poſſeſſionem propria auctoritate obtinuit ad eundem ſpectabit di-
ctis creditoribus ſatisfacere, eſſet omnino, & abſolute circuitus inutilis, cum partes
hæredis non ſint æri alieno ſatisfacere niſi quando penes eum manet Trebellian-
ca, ſecundum tamen proportionem ipſam Trebellianicam reſpicientem non vero
vltra dictis iuribus.

Viſo ſeparatim quid iuris quando hæres, vel ob ſolam Trebellianicam, vel ob ſo-
lam legitimam, vel quia ipſe ſit creditor hæreditarius, vel quia dantur alij credito-
189 res immiſſionem aduerſus fideicommiſſarium prætendit, † facilimū eſt determina-
re quid iuris quando coniunctim ob plures ex enarratis cauſis immiſſionem prætē-
deret puta ob legitimam, & Trebellianicam ob legitimā, & ſua credita, &c. ſi enim
prætendat ob plures ex enarratis cauſis, quarum nulla per ſe ſit apta ad immiſſionē
obtinendam, & excludendum fideicommiſſarium à iuſta contradictione, neq; con-
190 iunctæ ſufficientes erunt, intrabitque regula, † quæ ſingula non proſunt, nec cumu-
lata iuuant, *l. 1. C. quomodo tut. Bart. in l. 1. §. idem, nu. 7. ff. de quæſtionibus, facit tex.
in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* quæ licet brocardica ſit, datur
191 enim, & contraria, † quæ ſingula non proſunt, ſaltem cumulata iuuant, *c. cum cauſa
de probat. gl. in l. 2. ff. de excuſ. tutor. Cephal. conſ. 90. nu. 21. Afflict. deciſ. 13. nu. 24.*
192 *Cephal. conſ. 125. nu. 11.* tamen in caſu noſtro primæ erit locus, † quæ procedit, quan-
do quæ ſingula non proſunt, nullo modo proſunt, ita vt ne quidem habeant ratio-
nem cauſarum partialium, quæ ſimul vnitæ totalem cauſam conſtituant, eo enim
caſu locum haberet, ſecunda regula conſtat enim, puta Trebellianicam, neque ſolā
ſufficere, vt hæres vltra talem portionem immittatur, neque quidquā facere ad red-
dendam viam faciliorem ad talem immiſſionem. Si verò coniungatur vna cauſa ap-
pta ad efficiendum, vt hæres in totam hæreditatem immittatur, idem non minus
operabitur coniuncta aliæ cauſæ, quæ id non operetur, licet enim ab ea non adiuue-
tur ſufficit non impediri cum per ſe ad hunc effectum ſit ſufficiens. Exemplum ſi
hæres ſit creditor hæreditarius, & Trebellianicæ detractionem prætēdat, licet enim
ratione Trebellianicæ non ſit immittendus in totam hæreditatem, ratione tamen
ſuorum creditorum in totam immittetur.

SVM-

SVMMARIVM
Articuli decimitertij.

193 *Reſtitutio in pluribus caſibus ipſo iure cenſetur facta fideicommiſſario.*

194 *Contradictor legitimus non eſt qui iniuſte poſſidet.*

*Declara ſi per modum exceptionis contradicat, ſecus ſi per modum actionis petendo, vt ſua poſſeßio confirmetur ſe fundans in iure ei competenti inteutandi legis noſtræ remedium, vt infra num.*204.

195 *Fideicommiſſarius debet capere poſſeßionem à manu hæredis, etiam in illis caſibus in quibus de iure reſtitutio habetur pro facta, vnde capiens propria auctoritate iniuſte capit, & iniuſte poßidet.*

196 *Amplia etiam ſi fideicommiſſarius ſit Eccleſia, vel pia cauſa.*

197 *Fideicommiſſarius, qui propria auctoritate poſſeſſionem cepit quãuis reſtitutio ipſo iure pro facta habeatur ſecundum multos, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem.*

*Intellige, vt non ſit legitimus contradictor ſi veniat per modum exceptionis ſe fundans in ſua poſſeſſione; ſecus ſi per modum actionis petens ſuam poſſeßionem à Iudice cõfirmari, vt num.*201.

198 *Reſtitutio vbi habetur pro facta, idem dicitur, ac ſi vere facta eſſet.*

Intellige, vt reſtitutio quæ habetur pro facta alteri æquiparetur in quãtum ad effectum, vt poßit fideicõmiſſarius exercere fideicommiſſarias actiones, & intentare remedium vtile legis noſtræ, non verò vt poſſit propria auctoritate capere poſſeßionem, vt infra nu. 202. 205.

199 *Fideicommiſſarius, qui facta ſibi reſtitutione poſſeſſionem propria auctoritate obtinuit, legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem.*

200 *Reſtitutio tacita ex legis diſpoſitione tantum operatur, quantum reſtitutio verbalis hæredis.*

203 *Poßidenti competit legis noſtræ beneficium non ad obtinendam nouã poſſeßionem, ſed ad confirmationẽ poſſeßionis acquiſitæ.*

ARTICVLVS DECIMVSTERTIVS.

Quando ſumus in illis caſibus, in quibus de iure cenſetur facta reſtitutio, ſeu pro facta habeatur, & fideicommißarius vi talis reſtitutionis propria auctoritate corporalem poſſeßionem obtinuit.

SVpponendum pro conſtitutione terminorum complures dari caſus, in quibus &
193 ſi nulla ab hærede fiat † reſtitutio, tamen ipſo iure facta cenſetur, qui habentur *in l. pen. §. cũ autem, ff. ad Trebell.* quos refert, & explicat *Peregr. de fideicom. art. 2, nu. 56. & 58. & Honded. conſ. 26. nu. 9. cum multis ſeqq. lib. 1.* quos non refero, cum ſatis dilucide à præfatis auctoribus proponantur, & explicentur, & nonnulli ſupra propoſiti fuerint articulo ſecundo huius quæſtionis.

Hoc ſuppoſito primo aſpectu videtur negatiua ſententia tenenda.

194 Primo, quia † iniuſte poſſidens non eſt legitimus contradictor, *l. commun. diuidundo,*

dando §.inter prædones,ff.commun.diuidundo.l,improba. C.de acq.poſſ.toto tit.quod vi,aut clam,Oldrad.conſ.1.col.2. Crau.conſ.104.nu.14. Peregr.conſ.24.nu.3.lib.4. & ſæpe fuit deciſum à Rota, vt conſtat ex deciſionibus relatis hac eadem quæſtione, num.126. & 154.

At fideicommiſſarius,qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit, vbi reſtitutio de iure habetur pro facta non iuſte poſſidet,ergo &c. Minor probatur ex rece-
195 ptiſſima concluſione † poſſeſſionem eſſe à manu hæredis capiendam in illis caſibus in quibus de iure reſtitutio habetur pro facta; vnde capiens propria auctoritate iniuſte capit,& iniuſte poſſidet,*glo.in l.1.§.quoties,vbi DD.ff.ad Trebell.in l.fin. C.de ſacroſ.Eccleſ.in c.extra de conſuetud.in gloſſ.finali in l.1.§.ſed quoties,vbi Ripa,&*
196 *Alex.ff.ad Treb. Alex.conſ.82.nu.3. in fine lib.2.* † vbi inquit etiam in illis caſibus, in quibus tranſit ius fideicommiſſarij vniuerſalis in fideicommiſſarium bona eſſe accipienda à manu hæredis,etiam ſi fideicommiſſarius ſit Eccleſia, vel alia pia cauſa, *Bald. in l. penultima, C. ad Trebell, Galiaul. in l.Centurio, numero 105 ff.de vulgar.& pupill. Dec.conſ.424.num.15.& 438.prope finem,& 407.num.12.Natt.conſ. 223.& 395.nu.9.lib.2. Rol.à Val.conſ.78.nu.15.lib.3*; vbi inquit in illis caſibus in quibus reſtitutio eſt facta ipſo iure fideicommiſſarium debere actualem poſſeſſionē capere de manu hæredis,& ideo poſt *Ber.*de communi aſſerentem concludit fideicommiſſarium non capientem de manu hæredis non eſſe legitimum contradictorē, nec præferri in remedio legis noſtræ,*Cranet.conſ.376.nu.13.ſequitur Rimin.iun. conſ.363.num.20.vbi alios allegat, & dicit communem,& conſ.729.num.9. Peregr. conſ.24.num.7.lib.4. Honded conſ. 26. vol.1.plures congerit Surd.conſ.73.nu.29. & deciſ.333.num.8. Idem tenet Farinac.in tract.de furt.q.175.num.192.*
197 Secundo,quia † multi grauiſſimi auctores ita ſentiunt nempe fideicommiſſarium qui poſſeſſionem vacantem occupet ante factam ſibi reſtitutionem, ſaltem verbalē non effici legitimum contradictorem, nec poſſe impedire quin hæres grauati immittatur in poſſeſſionem omnium bonorum,*Boer.deciſ.176.num.1.& ſeq. Rolan.à Valle d.conſ.78,num.15.lib.3.*

Rurſus contrarium videtur aſſerendum,nempe legitimum eſſe contradictorem.
198 Primo, quia quod dicitur, † vbi facta reſtitutio,idem dicendum vbi habetur pro facta,æquiparantur enim eſſe tale,& habere pro tale,*l.vnica,in prin.C.de rei vxor,*
199 *actione* ; † Verum qui facta reſtitutione poſſeſſionem propria auctoritate obtinuit legitimus eſt contradictor,ergo &c. Minor probatur *ex Bart.in l.noſtra,nu.9.verſ. adde,& in l.penult.§.cum autem,nu.7.C.ad Trebell. Ang.conſ.137.in fine,verſ.ſuper hoc,Aret.conſ.37. in fine, Rip.in l.Centurio,num.51. ff.de vulg. & pupillar. Iaſ. conſ.214.num.8.lib.2.*
200 Secundo,quia † tantum operatur legis diſpoſitio quantum verbalis hæredis reſtitutio;ſuccedit enim legis diſpoſitio in locum reſtitutionis ab hærede faciendæ. At verbalis reſtitutio facit legitimum contradictorem, vt fuit ſupra concluſum proxime primo edito articulo, ergo &c.
201 Pro determinatione ita diſtinguendum,† aut venit hæres ad contradicendum vi exceptionis ſimpliciter,fundans ſuam intentionem in ſua poſſeſſione; Aut venit ad contradicendum per modum actionis non ſe fundans principaliter in poſſeſſione obtenta, quaſi ea ſufficiat ad obtinendum, & aduerſarium excludens, ſed petens eam à Iudice confirmari, Si primum non eſt legitimus contradictor; ſi ſecundum vtique. Probatur diſtinctio rationibus hinc inde propoſitis, & prima quidem pars argumento negatiuæ ſententiæ antea propoſito, quod vere in his tantum terminis concludit;Secunda vero pars argumento pro affirmatiua propoſito,quod ne videatur ſimpliciter in omni caſu concludere, animaduertendum minorem propoſitio-
202 nem, qua dicebamus † in caſibus in quibus reſtitutio pro facta habetur non eſſe opus aliqua reſtitutione intelligendam quantum ad effectum, vt poſſit fideicom-

miſſarius

miſſarius exercere fideicommiſſarias actiones, & intentare remedium vtile legis noſtræ, in his enim terminis opus non eſſe reſtitutione ſentiunt allegati auctores; non verò quantum ad id, vt poſſeſſionem propria auctoritate capere poſſit, nõ enim poſſe iam probatum eſt, Vnde cum poſſit fideicommiſſarius intentare in his terminis vtile legis noſtræ remedium, conſtat aduerſarium excludere, cum incluſio vnius ſit excluſio alterius, vt ſæpe repetitum, neque dicatur poſſidenti huiuſmodi remediũ
203 non competere, vt alibi dictum fideicommiſſarium autem noſtrum poſſidere, † non enim competit ad obtinendam nouam poſſeſſionem, ſed quidem ad confirmationẽ poſſeſſionis acquiſitæ obtinendam ad *trad. per Bart. hic d. nu. 9. Corn. nu. 16. in fine, Zuccard. nu. 718. Menoch. d. remed. 4. de adipiſc. num. 178. & ſeq. ſequitur Honded. conſ. 26. nu. 7. vol. 1.* firmata hac diſtinctione iam argumenta hinc inde propoſita, ſedata ſunt vt tamen id manifeſtius appareat ſingulis pauciſſimis occurramus.

204 Ad primum dum dicebamus, † qui iniuſte poſſidet, non eſt legitimus contradictor, intellige per modum exceptionis, non vero per modum actionis, & ratio differentiæ eſt, quia veniens per modum exceptionis, ſuam intentionem in poſſeſſione fundat, ideo ſi poſſeſſio vitioſa, quia fundamentum vitioſum totum corruit ædificium. Qui vero venit per modum actionis petendo, vt ſua poſſeſſio confirmetur ſe fundat in iure vere ei competenti intentandi legis noſtræ beneficium, quod vere competere iam probatum eſt.

Ad ſecundum reſpondendum auctores negatiuam ſententiam tenentes eſſe intelligendos eodem modo.

205 Ad primum vero † pro contraria reſpondendum, non eſſe opus aliqua reſtitutione, quando ex iuris diſpoſitione habetur pro facta quantum ad effectum, vt transeãt iura vtilia in fideicommiſſarium, isque intentare poſſit & fideicommiſſariam hæreditatis petitionem, & legis noſtræ beneficium; non vero quantum ad id, vt poſſit poſſeſſionem propria auctoritate capere; adhuc enim reſtitutione ſaltem verbali opus eſſe ſtatutum intentando igitur hoc beneficium excludet hæredem, excipiendo vero, vt iuſtus poſſeſſor non æque.

Ad ſecundum eodem modo reſpondendum lex enim tantum operatur, quantũ verbalis reſtitutio ad effectum, vt competant actiones, non vero ad effectum, vt fideicommiſſarius poſſit propria auctoritate capere, neque dicatur abſurdum, legem minorem vim habere, quam hominis factum, id enim non ab impotentia legis proficiſcitur, ſed à voluntate, quæ vult facere hæreditatem haberi pro reſtituta ad hunc; non vero ad illum effectum.

SVMMARIVM Articuli decimiquarti.

206 *Fideicommiſſarius, vt ſit contradictor legitimus debet hæc tria habere nempe vt poſſideat, vt legitime, vt incontinenti de iure ſuo doceat.*

207 *Poſſeſſio bonorum non vacantium à fideicommiſſario propria auctoritate capta, eſt vitioſa.*

208 *Quimmo eſt ſpoliatiua.*

209 *Poſſeſſio et vacans ſine licentia teſtatoris, aut reſtitutione ſaltẽ verbali heredis à fideicom. capta eſt vitioſa.*

210 *Fideicommiſſarius qui obtinuit poſſeſſionem non vacantem propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente, non eſt legitimus contradictor aduerſus heredẽ.*

211 *Amplia vt non ſolum non ſit contradictor, ſed et omne ius ſuum amittat.*

212 *Limita quando nec vi, nec clam fuerit poſſeſſionem adeptus, ſed ſciente, & patiente herede.*

213 *Traditionis vim habent ſcientia & patientia.*

ARTI-

ARTICVLVS DECIMVSQVARTVS.

Quando obtinet poſſeßionem non vacantem propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente.

BReuiter negatiua ſententia eſt tenenda,
206 Primo, quia ad hoc, vt fideicommiſſarius ſit contradictor non ſufficit eum
poſſidere, niſi etiam poſſideat legitime, & incontinenti doceat de iure ſuo, quę om-
nia copulariue requiruntur, adnotata *in l. noſtra à Bart. num. 22. Alberic. num. 15.*
Corn. num. 43. Dec. num. 48. & in c. conſtitutus, il ſecondo, col. vlt. verſ. praterea de
appell. Cranet. conſ. 69. in fine, Menoch. de adipiſc. rem. 4. nu. 634. & conſ. 722. nu. 3.
Bar. in l. filiam, & ibi Alex ff. ad Trebell. Soc. iun. conſ. 75. nu. 18. lib. 1. & hanc opi-
nionem perpetuo tenuit *Rota, & in ſpecie in vna Viterbienſi hareditatis* 12. *Decē-*
bris 1567. *coram Card. Seraphino, & in alÿs allegatis in Romana de Capizucchis*
10. *Aprilis* 1606. *coram Illuſtriß. Card. Lancellotto, nu. 3.* poſſeſſionemq. iniuſtam
non ſuffragari ad excluſionem hæredis probat *l. improba. ff. de acquir. poſſeſſ. Rota*
207 *d. deciſ. 520. par. 1. diuerſor.* † Poſſeſſio autem à fideicommiſſario capta non de ma-
nu hæredis, præcipue quando is poſſidet, ſed propria auctoritate eſt vitioſa, *l. non*
dubium, C. de legat. l. 1. ff. quor. legator. Bart. Caſtrenſ. & alÿ in d. l. filiam, ff. ad Treb.
C. in hic, col. final. verſ. nunquid fideicommiſſarius, Faber. in 2. col. verſ. in fideicom-
miſſario, Salic. col. 8. verſ. recenter ad gloſſ. Dec. nu. 48. Zuccard. nu. 379. Angel. Ca-
ſtrenſ. & Alexan. in l. filiam, ff. ad Trebell. idem Dec. conſ. 84. col. 2. verſ ſimiliter, &
conſ. 424. nu. 14. Roland. qui alios cumulat conſ. 78. nu. 14. & 19. lib. 3. ſequitur paſ-
ſim *Rota deciſ. 203. 520. & 561. par. 1. diuerſ. & apud Card. Seraphin. deciſ. 271. &*
in Romana *de Capizucchis, coram Lancellotto*, vbi aliæ cumulantur, & in *Senogal-*
lien. fideicommißi 22. Maÿ 1606. coram Reuerendiß. Sacrato Archiepiſcopo Dama-
ſceno, Cum igitur in re noſtra non ceperit fideicommiſſarius à manu hæredis, con-
208 ſtat iniuſte poſſidere, merito non erit legitimus contradictor, † confirmatur quia
non ſolum huiuſmodi poſſeſſio eſt vitioſa, ſed ſpoliatiua, ita vt eo maiori vitio labo-
ret, quo poſſeſſio vitioſa laborare poſſit *ad tex. in l. ſi quis in tanta, C. vnde vi.*

209 Secundo, quia † ſi quãdo vacans erat, & ſine licentia teſtatoris, aut reſtitutione
ſaltem verbali hæredis fuit obtenta, adhuc vitioſa eſt, vt probant auctoritates in pri
mo argumēto allatæ, ideo talē poſſidentem non eſſe legitimum contradictorem in-
fra probabitur, *nu. 219. &* 228. vbi latius firmabitur ea propoſitio, poſſeſſionem non
captam à manu hæredis eſſe vitioſam, quanto magis idem erit aſſerendum quando
poſſeſſio erat occupata, *facit Auth. multo magis, C. de ſacroſ. Eccleſ.*

210 Tertio, quia † hanc ſentētiam aperte profitetur, *Grat. d. conſ. 144. Menoch. de adi-*
piſcend. rem. 4. nu. 63. verſ. altera eſt declaratio, & conſ. 180. num. 55. & alij per eum
allegati, tacite vero omnes enarrantes qui talem poſſeſſionem iniuſtam aſſerunt.

211 Ampliatur, † vt non ſolum talis fideicommiſſarius non ſit legitimus cōtradictor,
verum etiam, vt ob delictum inuaſionis, & ſpolij, quia propria auctoritate voluit ſibi
ius dicere, amittat omne ius ſuum, *d. l. ſi quis in tanta, C. vnde vi, l. non dubium, C. de*
legat. quæ licet in legatis loquatur, habet tamen etiam locum in fideicommiſſario,
Gloſ. in l. non eſt dubium in verbo non eſt dubium, C. de legat. in fine, verſ. ſic enim eue-
nit in fideicommiſſario, Bellaper. col. 2. in princ. verſ. ſed illa dubia eſt. Odofred. nu. 1.
verſ. ſic etiam euenit in fideicōmiſſario vniuerſali, Pariſ. in addit. ad Bart. littera A,
verſ. idem eſt fideicommiſſario, Io. Sicard. nu. 10. verſ. ſic etiam heres, Ripa *in c. ſæpe*
n. 93. de reſt ſpol. Duran. in trac. de arte teſtandi, tit. 5. caut. 32. n. 1. Rim. *iun. in prin.*
inſtit. de donat. nu. 1387. Perſonal. de adipiſc. nu. 401. Menoch. de recup. poſſeſſ. rem. 9.
nu. 211. & rem. 1. nu. 36. complures congerit Farin. in tract. de furt. q. 175. nu. 291.

Limita

212 Limita† quando fideicommiſſarius nec vi, nec clam fuerit poſſeſſionem adeptus, ſed ſciente, & patiente hærede, tunc enim perinde eſt, ac ſi hæres poſſeſſionem con-
213 ceſſiſſet, eamque fideicommiſſarius hærede quaſi tradente obtinuiſſet, † ſcientia enim & patientia vim traditionis habet facit *tex. in l. minus inſtitutus, ff. de acquir. poſſeſſ.* & vulgaris regula volenti, & conſentienti iniuriam non fieri, *l. 1. §. vſq, adeo, ff. de iniur. cum alijs allat. ſupra in eadem q. n. 63.* vnde cū nulla hæredi ſit facta iniuria conſtat iuſtam eſſe poſſeſſionem, tacitamque, & implicitam hæredis permiſſionem ſufficere, vt fideicommiſſarius iuſte poſſeſſionem obtineat, vnde fiat legitimus contradictoi *trad. Bart. in l. reſtituta, in princ. ibi idem ſit tradendo, vel patiendo, ff. ad Trebell. Caſtr. conſ. 152. num. 3. lib. 2. Dec. conſ. 418. num. 6.*

SVMMARIVM
Articuli decimiquinti.

214 *Poßidens cum titulo eſt legitimus contradictor.*

215 *Fideicommißarius ſi in continenti ius ſuum, non probet non eſt legitimus contradictor.*

216 *Altam indaginem requirere illud dicitur quod probari non poteſt intra tempus inſtantiæ, intra quod hoc iudicium regulariter terminatur.*

217 *Altam indaginem requirentia non perpenduntur in hoc iudicio.*

218 *Legitimatio perſonarum in iudicio legis noſtræ eſt neceſſaria.*

219 *Poſſeſsio etiam vacans propria auctoritate occupata eſt vitioſa ſi non ad effectum, vt cadat à iure ſuo, ſaltem ad eum, vt hæredi cogatur reſtituere.*

220 *Paria ſunt quid non eſſe, vel legitimè non apparere.*

ARTICVLVS DECIMVSQVINTVS.

Quando obtinuit poſſeſsionem vacantem propria auctoritate nullo iure concedente, nec eſt paratus in continenti docere de ſuo iure.

214 Videtur dicendum legitimum eſſe contradictorem. Primo, † quia poſſidens cū titulo eſt legitimus contradictor, *Bart. in l. noſtra, col. penult. verſ. ſecundo caſu, & col. fin. verſ. quæro utrum*, quem omnes ibi ſequuntur, vt dixit *Rol. à Valle conſ. 78. nu. 5. vol. 3.* At fideicommiſſarius noſter poſſidet, propria enim auctoritate poſſeſſionem obtinuit, & cum titulo, quia fideicommiſſarius, ergo &c. Confirmatur, quia non ſolum poſſidet, ſed iuſte; occupans enim poſſeſſionem vacantem propria auctoritate, nulli iniuriam facit, nullus enim poſſidet, ideo talem poſseſſionem iuſtam eſse tenuere allegandi in proxime ſequenti articulo in primo argumento pro affirmatiua.

215 In contrarium eſt veritas, quæ probatur. † Primo, quia cum non ſit incontinenti probaturus ius ſuum, non conſtat eum vere fideicommiſſarium, & ideo an titulum habeat, necne, merito non eſt legitimus contradictor; Si enim non probat inconti-
216 nenti, neceſse eſt hanc probationem altam requirere indaginem, cum† altam indaginem requirere illud dicatur, quod probari non poteſt incontinenti, hoc eſt intra tempus inſtantiæ; intra quod regulariter hoc iudicium ſolet terminari, vt poſt *Salic. in l. 2. ſupra hoc tit. tradit Neuizan conſ. 56. num. 3. & 5. Dec. conſ. 427. col. finali,*
217 *& 467. num. 13.* & alibi latius explicabimus; † requirentia autem altam indaginem non perpenduntur in hoc iudicio, ſed remittuntur terminanda ad poſseſſorium, vt ſæpe ex multorum auctoritatibus firmauimus potiſſimum, *Dec. conſ. 427. col. fin. Roland. à Valle conſ. 1. num. 71. & latius conſ. 78. num. 4. vol. 3.*

Secundo

218 Secundo, quia † in hoc iudicio legitimatio perſonarum eſt neceſſaria, *Bald. hic nu. 42. Dec. nu. 47. Andreas Siculus, Iaſon. Niger. & alij in Rubrica, C. qui admitti*, alios omitto, alibi vberrime congeſtos; At non probans ſtatim de iure ſuo non legitimat perſonam, ergo &c.

Tertio, quia iniuſta poſſeſſio non facit contradictorē, vt in ſuperiori art. arg. 1. &
219 alibi ſæpe. † At poſſeſſio ēt vacās propria auctoritate occupata eſt vitioſa, ſi nō ad ef-
fectū, vt poſſidēs cadat à iure ſuo, ſaltē ad eū, vt illam hæredi cogatur reſtituere *ad Dec. in l. noſtra, nu. 48. verſ. bene verū eſt, & conſ. 243. nu. 4.* & alios alibi congeſtos, ergo qui occupauit poſſeſſionem vacantē propria auctoritate non eſt contradictor.

Ad contrarium eſt reſpondendum quicquid ſit de poſſeſſione vacanti propria
auctoritate occupata ab eo, qui incontinenti de iure ſuo probat. certum eſſe ſi non
probet, ita vt de iuſtitia non appareat, vel non eſſe iuſtam, vel idem, ac ſi non eſſet,
220 † cum paria ſint quid non eſſe, vel non legitime apparere, *l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. Grat. conſ. 76. num. 20. Alciatus conſ. 199. nu. 14. Neuiz. conſ. 12. num. 5. Bellon. conſ. 36. nu. 1. Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gloſ. 10. num. 90. & de retract. conuent. in fine, nu. 104. Roland. conſ. 8. nu. 17. vol. 3. Cephal. conſ. 263. nu. 25. Deciſ. Pedem. 79. nu. 59. Menoch. conſ. 15. num. 13.* Verum non ſolum non conſtat de iuſtitia poſſeſſionis, verum neque de titulo, vnde aut titulus deficit, aut perinde eſt, ac ſi deficeret; poſſidentem autem ſine titulo non eſſe legitimum contradictorem, pluſquam manifeſtum eſt, & ſæpiſſime à nobis repetitum.

SVMMARIVM
decimiſexti Articuli.

221 *Legatarius ſine vitio poſſidet, quando non cecidit à legato per apprehenſionem poſſeſſionis.*

222 *Poſſeſſionem vitioſam non eſſe quando bona vacantia fuere occupata hæreditate nondum adita, vel adita, & poſſeſſione nondum obtenta multi tenent.*

Contrarium infra num. 228.

Conciliantur harum opiniones num. 234. & 242. & 243.

223 *Circuitus inutiles ſunt euitandi.*

224 *Exceptio doli habet locum aduerſus hoc beneficium, quando incontinenti probari poteſt.*

225 *Exceptio defectus dominij, ſi incontinenti probetur admittitur in legis noſtræ beneficio.*

226 *Fideicommiſſarius, quando poſſeſſionem vacantem propria auctoritate occupauit, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente, eſt tamen paratus incontinenti de iure ſuo docere, ſecundum multos eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem.*

Contrarium tenent complures relati infra num. 232.

Conciliantur horum opiniones diſtinctione adhibita, num. 233.

227 *Legitimam, vel Trebellianicam non debet hæres à fideicommiſſario petere.*

229 *Fideicommiſſarius ius ſibi ipſi dicere non debet.*

230 *Poſſeſſio improba non ſuffragatur.*

231 *Poſſeſſionem vitioſam non tuetur prætor.*

235 *Fideicommiſſarius qui à manu hæredis poſſeſſionem non obtinuit manutenendus eſt quando penes hæredem grauatum petentem immiſſionē nihil eſt remanſurum, quod maximè verū de æquitate canonica.*

236 *Fideicommiſſarius, vt excludat hæredem ab immiſſione ſi poſſideat, debet probare negatiuā nēpe nihil eſſe remanſurum penes hæredem nō ve-*

ro hæres affirmatiuam, nempe detractionibus locum eſſe,

237 *Negatiuam probare debet is, cuius intentio in ea fundatur.*

238 *Maximè cum factum affirmatiuum habeat annexum.*

239 *Fideicommiſſarius impunè bona, auctoritate propria occupare poteſt, quando hæres ſe declarauit nolle Trebellianicam detrahere.*

240 *Idem dicendum, quando detractiones ipſo iure ceſſant.*

241 *Fideicommiſſarius non eſt manutenendus aduerſus hæredem impugnantem ius fideicommiſſi, & afferentem coloratas rationes, quæ reddant turbidum fideicommiſſum.*

244 *Cauſa limitata limitatum parit effectum.*

245 *Hæres ſuas detractiones non debet à fideicommiſſario petere.*

Declara, vt num. 248.

246 *Hæres quando legatarij bona legata occupauerunt, integra legata repetit interdicto quorum legatorum, non verò ſolam Falcidiam.*

Secus tamen in alijs detractionibus, vt nu. 249. & 250.

249 *Fideicommiſſarius, qui propria auctoritate poſſeſſionem occupauerit, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente, vti detractiones aliquę, ad hæredem ſpectant eſt legitimus contradictor pro ea parte, quæ factis detractionibus ſupereſt.*

250 *Declara quando hæredi debitas detractiones offert.*

251 *Declara ſecundo quando detractiones conſiſtunt in quota, & non pariunt incertitudinem.*

ARTICVLVS DECIMVS SEXTVS.

Quando poſſeſſionem vacantem fideicommiſſarius obtinuit propria auctoritate nec teſtatore, aut aliquo iure id concedente eſt tamen paratus incontinenti de iure ſuo docere.

Affirmatiua ſententia videtur amplectenda,

Primo, quia iuſte poſſidens legitimus eſt contradictor, vt ſæpius ex lege noſtra repetitum, At fideicommiſſarius qui propria auctoritate poſſeſſionem vacantem rei fideicommiſſo ſubiectæ accepit iuſte, & non vitioſe poſſidet, ergo &c.

221 Minor probatur ex auctoritate *Baldi conſ. 144. vol. 3.* dum aſſerit † legatarium poſſidere ſine vitio, dummodo non ceciderit à legato per apprehenſionem poſſeſſionis, vt in *l. non dubium, C. de legatis*, ita expreſſe *Ruin. conſ. 119. nu. 5. verſ. quinto*
222 *etiam dicitur*, qui expreſſe aſſerit, † non eſſe vitioſum poſſeſſorem eum, qui bona vacantia hæreditate, vel nondum adita, vel etiam adita, ſi hæres bonorum poſſeſſionem non obtinuerit, occupauit, idem aſſerunt nonnulli alij quos congerit *Gabr. de fideic. concl. 5. nu. 2. idem Pariſ. conſ. 12. nu. 118. lib. 2.* qui ita etiam ſtatuto Bononiæ caueri refert, *Rub. conſ. 43. nu. 3. hoc idem tenet Alciat. conſ. 350. nu. 4.* ſecundum impreſſionem antiquam Lugduni, qui aſſerit, ſi antequam hæres adiuiſſet hæreditatē fideicommiſſarius aliqua ex cauſa poſſeſſionem fuerit aſſequutus iuſte poſſidere, *Ioſeph. Ludou. deciſ. 47. num. 19. ſequitur Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 636. & conſ. 856. nu. 10.* dicitur autem ex iuſta cauſa obtinuiſſe quando eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo,

Secundo, quia ſi iſte non eſſet legitimus cōtradictor cogeretur poſſeſſionē dimittere hæredi; deinde hæres in fideicommiſſis teneretur eidem rē tradenti reſtituere
223 † & ſic darentur circuitus inutiles, Cum tñ ſint euitandi *l. cum fundum, §. ſeruum,*

ff. ſi

ff. ſi cert. pet. l. dominus, teſtamento de cond. indebit. Clem. Auditor de reſcript. Ioan. Andr. in addit. ad ſpeculat. in Rubrica de obligat. & ſolut. colum 1. Tiraq. de retract. conuent. in fine, num. 41. Natta conſ. 153. nu. 9. Menoch conſ. 68. nu. 19. ſicque videtur aſſerendum legitimum contradictorem.

224 Tertio quia † aduerſus hoc beneficium militat exceptio dolo facis, quando incõtinenti probari poteſt, vt notatur *in l. 2. ſupra hoc tit. & in l. incertum, C. de interdict. Zuccard. hic num.* 423. ex auctoritate *Accurſij, & Alex.* & aduerſus eum agentem competit exceptio, aduerſus quem poſſidentem competeret actio, *l. vendicantem, ff. de euict.* Certum autem eſt cum primum hæres poſſidebit aduerſus illum futuram fideicommiſſariam actionem, & ſi nunc dabitur exceptio.

225 Quarto quia † in hoc iudicio obſtat exceptio defectus dominij; ſi incontinenti probetur, *Bart. in l. final. C. quor. legator.* & tali caſu vendicat ſibi locum regula dolo facis, *Ang. conſ. 35. Pariſ conſ. 12. nu. 118. vol. 2. Ruin. conſ. 27. nu. 7. vol. 5. Cephal. conſ. 49. nu. 10, vol. 1.* & hanc vti communem ſequitur *Dec. hic nu. 48. Roland. à Valle conſ. 78. nu. 4. vol. 3. ſequitur* Rota *in vna* Romana *vineæ 4. Iulij* 1586 *coram Orano, & in Ariminen. bonorum 27. Octobris 1586. coram Bubalo apud Pacif. deciſ. 52. nu. 3. & 4. Imolen. bonorum 22. Iunij 1592. coram Pamphilio* Romana *domus 1589. coram* Rubeo.

226 Quinto, quia hanc † ſententiam ſatis manifeſte approbat R*uin. conſ. 27. num. 7. lib. 3. qui refert gloſ. Bart. & alios in l. 2. ſupra eod. tit. & Bart. in l. noſtra, & in l. filium fratribus, ff. ad Trebell.* concludere fideicommiſſarium eſſe legitimum contradictorem, quando agitur contra eum remedio, *l. finalis*, & offert ſe probaturum incontinenti de iure fideicommiſſi, idem tenere ait eund. *Bart. in l. fin. C. vnde vi, & in l. fin. C. quor. bonor.* eandem ſententiam tenent omnes congeſti à *Menoch. de adip. rem. 4. num. 634.* qui fideicommiſſarium iuſte poſſidentem, ſtatuunt legitimum eſſe contradictorem; ſunt autem *Bart. Alberic. Corn. Pract. Papien. Dec. Caſtr. Soc. iun. Roland. à Valle, Bero. Ioſeph. Ludouic. Zuccard. Gozad. Tiraq. Alcia. Bellon.* locis ab eo congeſtis, hoc idem aperte tenet *Zuccard. hic nu* 424. qui poſita concluſione, vt fideicommiſſarius iuſte poſſidens ſit legitimus contradictor, ampliat etiam ſi adhuc non ſit ei facta reſtitutio; & rationem affert, quia licet nullum ius ſit in eum translatum, obſtat tamen exceptio dolo facis.

Rurſus contrarium videtur dicendum.

Primo, quia ſi talis fideicommiſſarius poſſidens eſſet legitimus contradictor; ſe-
227 queretur, † vt deberet hæres ſuam legitimam, quando ei debetur, vel Trebellianicam quando eius detractioni eſt locus, petere ab eodem fideicommiſſario; cum tamen magis congruum ſit, vt fideicommiſſarius petat ab hærede fideicommiſſa, quam hæres à fideicommiſſario legitimam, aut Trebellianicam, vel ſimiles portiones ad *Pariſ. conſ. 54. nu. 50. lib. 3.*

228 Secundo, quia † fideicommiſſarius, occupando bona etiam vacantia, nondum nempe adita hæreditate vitioſam poſſeſſionem obtinet, cum eam debeat ab hærede capere *ad l. reſtituta, l. facta in princ. ff ad Treb. §. reſtituta, Inſtit. de fid. hered. cum vulgar.* & hanc potiſſimum eſſe vitioſam tenuere *Bart. & alij in l. filiam fratribus, ff. ad Trebell. idem Bart. in conſ. 91.* vbi inquit ante reſtitutionem re, vel verbis fideicommiſſarium non habere ius petendi ſe immitti in poſſeſſionem, *Cyn. hic, col fin. verſ. nunquid fideicommiſſarius, Alberic. col. 7. eod. verſ. Faber in 2. col. verſ. in fideicommiſſario, Salic. col. 8. verſ. recenter ad gl. Ang. Caſtr. &* Alex. *in l. filiã, ff. ad Treb. Dec. conſ. 467. nu. 2.* P*ariſ. cõſ. 53. nu. 104. & 105. vol 3. idem conſ 54. nu. 3. vol. 3.* vbi dicit, licet vacaret poſſeſſio rerum obtentarum per fideicommiſſarium; tñ dicitur vitioſa poſſeſſio, ex quo non apparet fuiſſe captã de manu hæredis, *Dec. conſ. 84. col. 1. & fin. & 424. col. 2. verſic. non obſtant allegata, & conſ. 467. colum. 2. in fine, Alciat. conſil. 16. lib. 9. Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le vif, par. 2. declarat. 10. num. 1.*

Peregr.de fideic.art.47.nu.73. & plenius ex multorum auctoritatibus *art.48. nu.5. idem conſ.23.nu.5.vol.4.* vbi multorum auctoritates cumulat *Perſonal.de adipiſcen. nu.402.* qui arbitratur fideicommiſſarium occupantem poſſeſſionem vacantem, nõ quidem incidere in pęnam, *l.non dubium*, ſed bene ad poſſeſſionis reſtitutionem teneri. *Hippol.Rimin.inſt.de donat.in princ.nu.1387. Farinac.in tract.de furt.q.175. num.293.* & latius de legatario, tamen loquens, inter quem, & fideicommiſſarium quantum ad hoc nullam eſſe differentiam *trad.nu.339.& 340. Rota deciſ.520. & 561.par.1.diuerſor.* & ita fuit alias *in dicta* Rota *deciſum in vna Hortana domus 24. Ianuary 1605.coram* Reuerendiſſ. *Ludouiſio Archiepiſcopo Bononienſi*, vbi reprobato *conſ.Alciati* 350. ſupra allegato tanquam contra communem ſententiam, & contra Doctores ab eod. Alciato allegatos aſſeritur poſſeſſionem à fideicommiſſario, etiam ante aditam hæreditatem captam eſſe vitioſam, *& Senogallien.fideicommiſſi 20.Maij 1606.coram* Reuerendiſſ.*Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, Mareſcot.li.1.*
229 *var.reſol.cap.* . . . *nu.*11. qui hanc receptiorem ex congeſtis à Rota profitetur, † & ratio eſt, quia non debet fideicommiſſarius ſibi ipſi ius dicere facit *l.1.ff.quor.legat.*
230 † improba autem poſſeſſio non ſuffragatur, *l.improba. C.de acq.poſſ.* † Prætor enim
231 vitioſam poſſeſſionem non tuetur, *l.commun.diuidund.§.inter prædones,ff.commun. diuid.toto tit.ff.quod vi,aut clam, Oldrad.conſ.1.col.2. Crauet.conſ.104.nu.14. Peregrin.conſ.24.nu.3.lib.4.* Rota *ſepiſſime potiſſimum deciſ.570.par.1. diuer. & in Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606.coram Illuſtriſſ.Card.Lancellotto, & Senogallien.fideic.22.Maij 1606. coram* Reuerendiſſ.*Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.*
232 Tertio, quia † ita innumeri Doctores ſentiunt, omnes potiſſimum illi, qui tenent poſſeſſionem etiam vacantem à fideicommiſſario obtentam eſſe vitioſam, *ita Dec. hic nu.48, Zuccard.nu.379. Dec.conſ.424.nu.15.& conſ.438.num.15.& conſ.467. nu.12. Curt.iun.conſ.92.nu.4. Pariſ.conſ.53.nu.104.& 105. & conſ.54.nu.6.lib.3. & conſ.81.nu.15.& ſeq.lib.2.Soc.iun.conſ.75.nu.18.lib.1. Durand.in tract. de arte teſtandi tit.5.caut 32.nu.1. Roland.conſ.78.nu.20.& 21. lib.3. idem conſ.12.nu.8. vol.1. Bero.de communi conſ.56.col.1.& conſ.58.lib.2. Natta conſ.653.num.2.& 8. Rimin.conſ.80.nu.35.Ioſeph.Ludouic.deciſ.47.nu.15.Peregr.art.48.nu.74.& conſ. 24.num.8. Alciat.conſ.572. Rota in dicta Hortana domus, coram Reuerendiſſ. Ludouiſio Archiepiſcopo Bononienſi.*

In re adeo controuerſia in qua tamen valde interpretes diſſentiunt forte non erit abſonum ita diſtinguere.

233 † Aut hæres pretendit iuſtas detractiones, puta æris alieni legitimæ, Trebellianicæ, & conſimiles, Aut non prætendit, ita vt non appareat de aliqua cauſa impugnandi fideicommiſſi, aut poſſeſſionis reſtituendæ ipſi hæredi; quinimo nullam cauſam dari ſit manifeſtum, Primo caſu videtur procedere negatiua ſententia, vt non ſit legitimus contradictor, ſecundo caſu contraria ſententia videtur amplectenda.

Probatur hæc diſtinctio. Primo, quia ſi fideicommiſſarius occupet bona vacan-
234 tia, † & vitioſe, & non vitioſe poſſidere poteſt, vt contrariæ interpretum ſententiæ ſuadere poſſe, videntur, ſi aliqua adhibeatur conciliatio; iuſte ergo ſi nulla detractio, iniuſte ſi aliqua, quod ex eo apparet, quia vbi nulla detractio fieri debet, nulli fuit facta iniuria per talem apprehenſionem, cum nullius interſit bona fuiſſe apprehenſa, manifeſteque appareat impugnantem talem apprehenſionem calumnioſè impugnare, intraque omnino regula dolo facis *ad l.dolo facit, ff. de reg. iur. Bartol. & alij in l.filiam fratribus, ff.ad Trebell. Dec.conſil.467. col.2.in princip. Roland.à Valle conſ.78.num.2. vol.3.*

Vbi veró aliquam hæres detractionem prætendit iniuria facta eſt, quia non conueniens, vt hæres à fideicommiſſario ſuas detractiones petat, cum non fidei fideicommiſſarij fuerit ius hæredis commiſſum, ſed totum oppoſitum, nempe quod ad fideicommiſſarium ſpectat fidei hæredis fuit tributum.

Pro-

235 Probatur ſecundo auctoritate *Pariſ.conſ.13.nu.113.& 114.lib.3.* ſententis † fi-
deicommiſſarium, qui non à manu hæredis poſſeſſionem obtinuit, manutenendum
eſſe, quando penes hæredem grauatum petentem immiſſionem nihil eſt remanſu-
rum, quod maxime intelligit de æquitate canonica, ſequitur *Menoch.* quamuis *Pa-
riſ.* non alleget *conſ.722.nu.9.* vbi ſtatuit quando hæres grauatus nullum ſentire po-
teſt commodum ex ipſa miſſione in poſſeſſionẽ mitti nõ debere in eam, ſed fideicõ-
miſſarium eam poſſidentẽ debere in ea perſeuerare; ſicuti quando nullam portionẽ,
vel legitimæ, vel Trebellianicæ detrahere poteſt; ad quam diſtinctionem confirmã-
dam allegat à contrario ſenſu omnes eos, qui ſtatuunt hæredem eſſe immittendũ,
quando dantur detractiones faciendæ, quos enumerauit *in tract. de adipiſc. rem. 4.*
nu.638. hanc diſtinctionem ſaltem tacite *Rota* videtur approbare, dum ſtatuit cum
maxima circumſpectione *Pariſij* ſententiam intelligendam, hoc eſt, quando mani-
feſte, & notoriè apparet nihil eſſe remanſurum penes hæredem; ſed omnia eſſe om-
nino reſtituenda fideicommiſſario, nam propter eandem cauſam, quando ſcilicet
apparet notoriè de dominio ſpoliantis, impeditur reſtitutio, vt late *Gabr. de reſtit.*
ſpol. concl. 1. nu. 52. & 84. ita decreuit in illa Senogallien. fideic. 22. Maij 1606. coram
Reu. Sacrato Arch. Dam ſequitur in Rõ. de Capizuc. 5. Iun. 1606. corã Ill. Card. Lãc.
236 Quinimo † ſubnectunt ambæ deciſiones hanc negatiuam eſſe à fideicommiſſario
probandam, nempe penes hæredem, nihil eſſe remanſurum; non autem teneri hæ-
redem probare affirmatiuam, nempe dari detractionem. Ea autem affertur ratio *co-*
ram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, quia talis negatiua eſt funda-
mentum intentionis ipſius fideicommiſſarij, hæres. n. fundatam habet ſuã intentio-
nẽ in teſtamẽto nõ cãcellato, & poſſeſſione defuncti; fideicõmiſſarius vero iniuſta
237 poſſeſſione; quamobrem cũ non ſit iuſta, vbi eſt locus detractionibus, † illius inten-
tio in hac negatiua eſt fundata merito ei incumbit probandi onus, *Innoc. in c. ſuper*
238 *his, nu. 10. ff. de accuſat. cum alijs per Gabr. de probat. concl. 6. per tot.* † maxime cum
habeat annexum factum affirmatiuum, hoc eſt fideicommiſſum abſorbere omnia
bona occupata, quo caſu negatiua regulatur, vti affirmatiua, vt per *Afflict. deciſ.*
324. num. 9. & pulchrè *in dicta Senogallien. coram Reuerendiſſimo Sacrato.*
239 Tertio probatur, † nam quemadmodum vbi hæres ſe declarauit nolle Trebellia-
nicam detrahere fideicommiſſarius impune poteſt rem propria auctoritate occupa-
re, *ad Iaſ. in d. l. non dubium, nu. 1. C. de leg. Ripa in l. 1. nu. 7. ff. quor. legator. Rim. iun.*
240 *in prin. Inſtit. de donat. nu. 50.* † ita multo magis id erit aſſerendum, quando huiuſ-
modi detractiones ipſo iure ceſſant; & licet vera ſit hæc ſententia tantum reſpectu
harum detractionum, non vero quando alia via hæres vult impugnare fideicommiſ-
ſum, non enim tunc poteſt fideicommiſſarius ſibi jus dicere, vt recte *Ripa in l. 1. ff.*
quor. legator. nu. 25. & Perſeu. de adipiſc. nu. 401. verſ. & licet; quia tamen ſupponi-
mus fideicommiſſarium in continenti ius ſuum probare, ſupponimus nõ dari alias
241 impugnationes, † illis. n. datis quæ coloratæ ſint, ita vt fideic. reddant turbidum, non
eſſe fideicommiſſarium manutenendum, pro certo habemus ad tradita per *Rotam*
in vna Romana Caſalis S. Mathei 18. Maij 1577. nu. 3. & 5. coram Reuerendiſſ. Ro-
buſterio Epiſc. Orioten. relata inter impreſſ. deciſ. 520. par. 1. diuerſor. & in Romana
de Capizucchis 10. Aprilis 1606. nu. 11. in fine, coram Illuſtriſſ. Card. Lancelloto.
Ex his ceſſant rationes hinc iode propoſitæ.
242 Ad primum † enim affirmatiuæ ſententiæ reſpondetur minorem veram omni ceſ-
ſante detractione, ſecus ſi alicui detractioni, aut impugnationi fideicommiſſi eſt lo-
cus, ratio diſcriminis, quia ea ceſſante, nulli fit iniuria, ſeu præiudicium, non ceſſan-
te fit iniuria, & præiudicium.

Ad ſecundum non eſſe inutilem circuitum, cum in gratiam futurarum detra-
ctionum fuerit facta reſtitutio, nec bona fideicommiſſo ſubiecta abſolute reuertan-
tur in fideicommiſſarium, ſed detractis detrahendis.

Ad tertium non dolo malo petit, cum non ſimpliciter ſit reſtituturus, ſed congruis detractionibus factis.

Ad quartum ceſſare dominij exceptionem ob detractiones, quarum dominium ſpectat ad hæredem.

Ad quintum, Auctoritates enarratorum virorum, vt cum contrarijs concilientur, & rationi ſint conſonæ, non eſſe abſolute intelligendas; ſed omni detractione ceſſante, quod ſi aliter, præfati auctores ſentirent in erronea eſſe ſententia.

Ad primum vero negatiuæ, Reſpondetur illud procedere, vbi dantur detractiones, quod in diſtinctione admittitur, vbi autem non dantur nihil probare.

243 Ad ſecundum † fideicommiſſarium occupantem &c. vitioſe poſſidere, quando
detractionibus eſt locus; ſecus vbi non eſt locus, alioqui nunquam vera eſſet ea propoſitio, vt fideicommiſſarius poſſidens, & de iure ſuo docens legitimus ſit contradictor, cum tamen legitimum eſſe innumeris auctoritatibus iam probatum ſit, potiſſimum ex congeſtis *à Menoch. d. remed. 4. num. 634.* ob hanc rationem dixit *Menoch.* non eſſe neceſſarium, vt hæres reſtituat, ad hoc vt fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor *in conſ. 836. nu. 12. verſ. nec obſtat, poſt Alciat. alleg. conſ. 350. in fine, ſecundum antiquam impreſſionem Lugduni.*

Ad tertium auctoritates Doctor. iuxta præditam diſtinctionem intelligendas, quod ſi ab ea aliqui diſſentiant in erronea eſſe ſententia.

Non leuis dubitatio oritur hoc loci, an fideicommiſſarius qui iuxta terminos
præfati articuli poſſeſſionem obtinuit, & ob detractiones, non eſt contradictor pro
nulla parte ſit contradictor, an verò ſaltē pro ea parte, quæ ſupereſt factis detractio-
nibus, ex altera enim parte videtur dicendum eſſe legitimum contradictorē pro par
244 te, quæ ſuperſit factis detractionibus. † Tum quia limitata cauſa, limitatum parit ef-
fectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* detractiones autem ſunt cauſa limitata ob
quam impeditur contradictor, tum quia deficiunt quidem circuitus, quantum ad
detractiones, quia manebunt penes hæredem, non vero quantum ad id, quod ſuper-
eſt, quod eſſet fideicommiſſario reſtituendum; quamobrem, vt pro ea parte conueni-
tur qua poſſunt dari, pro ea parte admittenda videtur contradictio.

Rurſus contrarium videtur aſſerendum, tum ne ſequatur inconueniens, vt hæres
ſuas petat detractiones à fideicommiſſario, quod videtur contingere, ſi non tota ab
245 illo auferatur hæreditas, † petet enim hæres ſuas detractiones à fideicommiſſario
246 poſſidente, quod non admittendum ex doctrina *Pariſij* ſupra admonuimus. † Tum
etiam quia in materia legatorum valde ſimili reperit hæres per interdictum, quorū
legatorum integra legata, non verò ſolam Falcidiam, ita vt à legatarijs non poſſit
repelli, nec quoad totum, nec quoad partē; ſed debeat legatarius totum reſtituere,
& poſtea à manu hæredis capere, quod ſupereſt detractis detrahendis, *Bald. in l. noſtra, & Pau. nu. 13. Alex. nu. 24. Sapia nu. 106. Zuccar. nu 428. Pau. de Caſt. cōſ. 387. col. 1. verſ. ſi vero bona, vol. 1. Alex. in l. filiam fratrib. ff. ad Treb. & conſ. 163. in fine, vol. 6. Pariſ. conſ. 53. nu. 113. vol. 5. & conſ. 54. in fine eod. uol. Soc. in l. hæredes mei, §. cū ita, ff. ad Treb. Boer. dec. 156. col. 2. Ruin. conſ. 140. col. 2. verſ. nec ēt prædictis, vol. 5. & conſ. 67. num. 12. vol. 2. Natta conſ. 305. in fine, Bero. conſ. 56. col. 2. in princ. uol. 2.*

247 Arbitror † priorem ſententiam amplectendam ad quam faciunt multa tradita ſupra *num.* 128. vltra rationes hic ponderatas vnde hæredem pro indiuiſo immittendum ſentio iuxta tradita ſupradicto *num.* 128.

248 Non obſtant contraria. † Ad primum enim reſpondetur non petere hæredem ſuas detractiones à fideicommiſſario, non enim iudicium petitorium intentatur, ſed poſſeſſionem ex auctoritate Iudicis mediante ſummaria immiſſione ex beneficio legis noſtræ recta via conſequitur, citato quidem fideicommiſſario poſſeſſore, quem etiam citare deberet ſi in totam immitteretur hæreditatem, abſurdum quidē eſſet, vt petitorio vteretur iudicio aduerſus fideicommiſſariū, non vero poſſeſſorio.

Ad

249 Ad ſecundum † reſpondendũ diſcrimen intercedere inter Falcidiam occaſione legatorum debitam,& alias detractiones,quæ aduerſus fideicommiſſarium competere poſſunt in Falcidia verſatur incertitudo ob detractionem æris alieni, in alijs detractionibus non æque, quod late ex Corneo explicauimus ſupra *hac eadem quæſtio.nu.142.& 148.*

250 Id † tamen intelligendum, vt ibi quoque adnotauimus, quando fideicommiſſarius debitas detractiones hæredi offert, ſecus ſi non offerat,vt ex eodem *Corneo & Gabriele adnotauimus in dicto num.*

251 Intelligendum ſecundo, † quantum ad detractiones in quota conſiſtentes, & non producentes talem incertitudinem, quæ impedire poſſit iuxta ea quæ ſupra ſuſe propoſita ſunt.

SVMMARIVM decimi ſeptimi Articuli.

252 *Fideicommiſſarius,qui obtinuit poſſeſſionem ante aditam hæreditatẽ propria auctoritate nullo iure cogente, nec eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo non eſt legitimus contradictor.*

ARTICVLVS DECIMVSSEPTIMVS.

Quando obtinuit poſſeſſionem ante aditam hæreditatem propria auctoritate nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti de iure ſuo docere.

252 Negatiua † ſententia eſt tenenda, quam tenet *Bart.hic num.22.in fine & in l. filiam fratribus,ff.ad Trebellian.*

Probatur ex mente *Bart.hic nu.22.per l.2.ſupra hoc tit.* vbi ſcriptum hæredem in poſſeſſionem immittendum, habetur etiam ſi detur contradictor multa allegans in contrarium, quæ quidem ſi manifeſta eſſent vtique impedirent, ex quibus conſtat allegantem cauſas impedientes non audiri, niſi eas ſtatim manifeſtas efficiat.

SVMMARIVM Articuli decimioctaui.

253 *Poſſeſſio hærede permittente in bona hæreditatis occupata non dicitur vitioſa, nec reuocatur interdicto quorum legatorum.*

254 *Spolio agere non poteſt qui facto ſuo vel conſenſu à poſſeſſione cecidit.*

255 *Heres, quando permiſit fideicommiſſario poſſidere totam hæreditatem quartam trebellianicam remiſiſſe videtur.*

256 *Interdictum quorum legatorum nõ habet locum, quando legatarius obtinuit poſſeſſionem voluntate hæredis.*

257 *Fideicommiſſarius qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit, nullo iure concedente, poſt aditam hæreditatem non eſt legitimus contradictor, etiam ſi paratus incontinenti de iure docere ſuo.*

258 *Poſſeſſio occupata à fideicommiſſario propria auctoritate, etiam adita hæreditate eſt vitioſa.*

259 *Hæres quamuis adiuerit hæreditatem non tamen neceſſario præſumitur*

tur cõſenſiſſe fideicommiſſario, qui hæreditatem occupauit.
260 *Ignorans non dicitur conſentire.*
261 *Renunciatio non inducitur ex coniecturis.*
262 *Poſſeſsio occupata à fideicõmiſſario hærede permittente non eſt vitioſa.*
263 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor quando poſsidet et detractio, quæ fieri debet eſt certa.*

ARTICVLVS DECIMVSOCTAVVS.

Quando propria auctoritate obtinuit poſſeſſionem nullo iure concedente poſt aditam hæreditatem, & eſt paratus incontinenti de iure ſuo docere.

VIdetur dicendum legitimum eſſe contradictorem, cum enim iam adita hæredi
tate, ceperit, videtur permittente herede cepiſſe, qui paſſus eſt talem poſſeſſio
253 nem rerum fideicommiſſo ſubiectarum occupare † ea autem poſſeſſio, quę herede
permittente in bona hæreditatis occupata eſt non dicitur vitioſa, propterea nec re
uocatur interdicto quorum legatorum, *vt l. 1. in princ. ff. quorum legator. vbi gloſ.*
254 *& Bart.* † facit ſimile eius, qui facto ſuo, vel conſenſu à poſſeſſione cecidit, quem
ſpolio agere non poſſe omnium conſenſu fuit receptum potiſſimum, *Rotæ deciſio.*
131. num. 1. & 132. num. 1. par. 1. in nouiſs. Menoch. de recuper. rem. 15. num. 95. vbi
infinitos cumulat Caſſad. deciſ. 4. num. 6. de reſtit. ſpol. Rota in Meliten. beneficij.
& 13. Martij 1582. Vicen. Vnionis 29. Maij 1595.
255 Confirmatur, quia † hæres quando permiſit fideicommiſſarium poſſidere quar-
tam Trebellianicam remiſiſſe videtur, *l. 1. §. denique vbi Bartol. ff. ad Trebellian. &*
ibi Ripa, num. 7. communem eſſe ſententiam ſcribit, ad idem facit, *l. 1. ff. quorum le*
256 *gator.* † vbi quando legatarius obtinuit poſſeſſionem de voluntate heredis, non da
tur interdictum quorum legatorum, & ratio eſt ex *Zuchard. hic num. 428.* quia vi-
detur remiſiſſe Falcidiam quoad hanc rationem, idem ſentit de Trebellianica, ideo
non intereſt illius fideicommiſſarium poſſidere, fruſtraque petit immiſſionem in ea
bona, quæ ſine aliqua detractione ſtatim eſt reſtiturus, quinimo doloſe *ad l. pri-*
mam. ff. de dol. mal. except.
Secundo, quia ita tenet *Dec. hic num. 48. verſic. ſed tamen conſiderandum, & Zu-*
chard. d. num. 428.
257 In contrarium † eſt opinio *Caſtrenſ. hic num. 13. verſic. certè ſi hæres Alexan. nu-*
mero 24. Iacobin. num. 70. Prat. Papien. in forma libelli qua petitur hæreditas ex te
ſtamento in gloſſ. iniuſtè in fine, Zuchard. num. 428. Boer. quæſt. 156. num. 25. qui alios
recenſet Roland. *conſ. 78. nu. 21. lib. 3.* qui alios plures cumulat *Ioſeph. Ludouic. de-*
ciſ. 47. num. 13. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 678.
Probatur primò, quia poſſeſſio vitioſa non facit legitimum contradictorem, vt
258 ſæpius monitum. † At poſſeſsio occupata à fideicommiſſario propria auctoritate
etiam adita hæreditate eſt vitioſa cum ab hærede eam capere debet, *dicta l. reſtitu-*
14. ff. ad Trebellian. cum alijs ſupra deductis ergo &c.
259 Ad primum negandum † hæredem ideo conſentire, quia poſt illius additio-
nem, poſſeſsio fuit capta, non enim eo quod adiuit hæreditatem, neceſſe eſt eum
conſenſiſſe, quinimo contingere poſse, vt etiam adita hæreditate non conſenſerit,
probat *Tex. in l. 1. §. quod ait Prætor voluntate, ff. quor. legat.* & ratio eſt, quia po-
tuit antea ignorare talia bona eſse hęreditaria potuit ignorare fuiſse poſſeſsionem
260 ab aliquo occupatam † ignorantem autem non conſentire tritiſsima eſt iuris regu-
la,

la, *l. qui per errorem, ff. de iure omnium iudic.* facit Text. in §. *Item nobis Inſt. per quas perſon. nobis acquiritur:*

Ad confirmationem eodem modo reſpondetur non remittere quartam Trebellianicam, quia eo volente fideicommiſſarius poſſeſſionem obtinet.

261 Secundò reſpondendum † ex coniecturis non induci renunciationem, vt ſupra occaſione eiuſdem argumenti dictum *in hac quæſt. num.* 88.

262 Ex hoc oritur occaſio declarandi hanc ſententiam, † vt ſi appareat (quod in dubio non videtur præſumendum) conſenſiſſe hæredem vt fideicommiſſarius bona ſubiecta poſſideret, tunc talem poſſeſsionem non fuiſſe vitioſam, & ideo talem poſſidentem legitimum eſſe contradictorem, ſi enim in his terminis ceſſat interdictum quorum legatorum aduerſus poſsidentem, *l. 1. in princip. ff. quorum legatorum*, ob eandem rationem ceſſabit legis noſtræ remedium aduerſus fideicommiſſarium faciunt tradita *à Peregrin. art. 47. num. 38. & nu. 65. verſic. intellige*, vbi inquit, ſi fideicommiſſarius poſt aditam hereditatem ſciente, & patiẽte hærede adeptus fuiſſet poſſeſsionem, hæredem videri Trebellianicam remiſiſſe ad idem faciunt dicta ſupra *num.* 213.

263 Declaratur ſecundo, † vt ſit legitimus contradictor, quando detractio Trebellianicæ eſſet certa, tunc enim ſufficit fideicommiſſarium partem illam certam reſtituere, *Corn. conſil. 232. n. 40. lib. 4. Zuchard. hic nu. 428. ad fin.* quia tamen ſemper certa eſt, vt ſupra docuimus, hinc eſt dicere ſemper eam ſolam partem reſtituendam, quod facillimè continget, ſi pro indiuiſo in ſuam partem immittetur, hæres, vt ſæpius repetitum, & pluribus firmatum.

SVMMARIVM

Deciminoni Articuli.

264 *Res inter alios acta alij nocere non debet.*

Fideicommiſſarius, quando obtinuit poſſeſſionem à tertio priuato, & eſt paratus incontinenti de iure ſuo docere non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem petentem immiſſionem.

Declara id verum eſſe, quando ſciebat tertium non eſſe hæredem; ſi uero credebat eum eſſe hæredem, & deinde verus heres detectus, tum ſi hæres petat immiſſionem pro rata ſuarum detractionum non poteſt impedire, quominus pro indiuiſo, pro ſua rata immittatur, vt infra num. 268.

Si vero nullæ detractiones, fideicommiſſarius eſt abſolutè legitimus contradictor, vt infra num. 269.

265 *Hæreditatem ex fideicommiſſo reſtituere hæredis partes ſunt non vero alterius.*

266 *Titulum non habens poſſeſſionem alteri concedere nequit, vnde poſſidens ex tali conditione nulliter poſſidet.*

267 *Solutio facta à non habente titulum non conſtituit aliquam quaſi poſſeſſionem contra tertium.*

ARTICVLVS DECIMVSNONVS.

Quando obtinuit poſſeſſionem à tertio priuato, & paratus eſt docere in continenti de iure ſuo.

AFfirmatiua ſententia videtur amplectenda, quia cum ab alio poſſidente poſſeſſionem acceperit, quod intelligendum bona fide eſt iuſtus poſſeſſor, beneficium autem legis noſtræ non habet locum, niſi contra bona ab alio non iuſtè poſſeſſa, vt clarè loquitur, text & ſæpius dixi.

264 In contrarium facit, † quia res inter alios acta alteri nocere non debet, *l.1.C.res inter alios acta* *Fulgoſ.conſ.209. Duobus fratribus in princ.num.2.* Roman.*conſilio 157.honorabilis,col.2.verſic.2.quia hoc laudum in princip. Ancharan.conſ.21.in princ.* At quando titulum à tertio obtinuit, res eſt inter alios acta; ergo &c.

Secundo, aut obtinuit à tertio poſſeſſionem vna cum titulo, aut ſolam poſſeſſionem, ſi primum egredimur terminos quæſtionis in qua ſupponimus poſſidentem contradicere vi fideicommiſsi, non alterius tituli ab alio, quam à teſtatore obtenti, ſi ſolam poſſeſsionem cum eam obtinuerit ab eo qui ex titulo competente eam
265 concedere non poterat † partes enim hæredis ſunt ex fideicommiſſo reſtituere, *l.reſtituta,ff.ad Trebell.* non vero alterius cuiuſpiam, & ſic cum ſciat ſe à non habente ius poſſeſsionẽ obtinuiſſe, eſt in mala fide, ideo vitioſè poſsidet. facit ad pro-
266 poſitum ſimile in beneficialibus, in quibus cautum, † vt titulum non habens, nullã poſſeſsionem alteri concedere poſsit, quia cum careat titulo illud cõcedere nequit, vnde poſsidentes ex tali conceſsione nulliter poſsident, ita fuit reſolutum *in vna Cremonen.penſionis,coram Cardin. Lancellotto relata inter impreſſas par.1. deciſio.*
267 *184.vbi ſub num.*2.habetur † ſolutiones factas à non habente titulum non conſtituere aliquam quaſi poſſeſsionem cõtra tertium, idem fuit dictum in vna *Giennen. penſionis 19.Decembris 1579.coram Card.Seraphino, & in paiten.penſionis. 5.Decembris 1584.coram Cardin.Pamphil. & Carthagin. penſionis 13.Februarij 1604. coram eodem Cardinal.Pamphilio, & Toletana penſionis 13.Decembris 1603. coram Iuſto.*

Ad contrarium reſpondendum, licet ab alio poſsidente poſſeſsionem obtinuerit quamuis forrè crederet eum dominum eſſe, non tamen iuſtè poſsidere, quia ab eo ex cauſa incongrua accepit; Nihil facit bonam fidem in dubio præſumendam; nam verum, niſi contrarium manifeſtè eliciatur, quod in re noſtra contingit, cum certum ſit non poſſe quem bona fide ex cauſa fideicommiſsi ab eo accipere quem ſcit non eſſe heredem.

Oritur hic dubitatio, quid iuris ſi fideicommiſſarius crederet tertium eſſe heredem, & ab eo bona ſibi reſtituenda acceperit credens à vero hærede ſibi reſtitutionem fieri, mox detegatur verus hæres, qui ex beneficio huius legis immiſsionem pretendat in bona à fideicommiſſo obtenta.

An diſtinguendum hoc modo, vel ſub prætextu detractionum vult à fideicõmiſ-
268 ſario bona recuperare heres; Aut non ſub hoc prætextu † ſi primum hæredem eſſe immittendum in poſseſsionem prò rata ſuarum detractionum, vt pro indiuiſo poſ-
269 ſideat iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra hac eadem quæſt.num.84.cum ſeq. . . † . Si vero vellet inmitti non ſub prætextu detractionum, ſed ſimpliciter, quia fideicommiſsarius debet à ſua manu accipere, totum oppoſitum erit aſserẽdum, Tum quia fideicommiſsario competit legis noſtræ beneficium ad cõfirmandam ſuam poſseſſionem, quatenus ſit opus ad ſupradicta *hac ead.quæſt.num.*203. Vnde ſequitur hæredis excluſio; Tum quia iuſtè poſsidet nempè a manu poſsidentis, & iuſto tit.

poteſtq;

poteſtque incontinenti de iure ſuo docere, vt in Articulo ſupponitur, quo caſu legitimum eſſe contradictorem ſupra probatum eſt, potiſsimum hac *ead. q. num. 56. et 92.* Tũ quia peteret heres, quod abſolutè, & integrè eſt reſtituturus, & ita intraret doli mali exceptio, quam impedire hanc immiſsionem ſæpius eſt repetitum.

SVMMARIVM, Vigeſimi Articuli.

270 *Fideicommiſſarius, qui obtinuit poſſeſſionem à tertio, & non eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo, non eſt legitimus contradictor.*

ARTICVLVS VIGESIMVS.

Quando obtinuit poſſeſſionem à tertio, & non eſt paratus docere de iure ſuo incontinenti.

270 Breuiter † negatiua ſententia eſt tenenda per *Text. in l. 2. ſupra hoc tit.* alibi ponderatum, ad quod faciunt dicta ſupra *hac ead. q. num. 215.*

Secundò, quia cum hæc immiſsio ſummariſsimo terminetur iudicio non admittit exceptiones requirentes altam indaginem, vt ſæpius pluribus confirmatum, potiſsimum ex *Bald. conſ. 424. non tangendo ſubſtantiam, vol. 1. & 128. præmiſsis verbis, vol. 3. Angel. conſ. 134. quidam nomine, & alijs copioſè congeſtis ſupra q. 2. num. 206. & 224. & 241.*

SVMMARIVM vigeſimi primi Articuli.

271 *Iuſtè poſsidet, qui ex auctoritate Iudicis poſsidet.*

272 *Incontinenti illud dicitur probari, quod intra illud tempus probatur intra quod daretur executio.*

273 *Iudex perperam agit tribuendo fideicommiſſario poſſeſsionem, quam is debuit capere ab hærede potiſsimum, quando à teſtatore non fuit data facultas capiendi propria auctoritate, nec fuit datus curator hæreditati.*

274 *Fideicommiſſarium ab hærede accipere æquius eſt, quam vt hæres accipiat ſuam legitimam, aut Trebellianicam à fideicommiſſario.*

275 *Iudicis decretum tollit omnem fraudis ſuſpicionem, & tribuit iuſtam poſſeſsionem, quando ritè, & rectè interpoſitum.*

276 *Iudex ſi minus ritè procedat non tribuit ius, nec poſsidenti præiudicat.*

ARTICVLVS VIGESIMVSPRIMVS.

Quando obtinuit poſſeſsionem ex auctoritate Iudicis, ſiue paratus ſit docere incontinenti de iure ſuo, ſiue non.

Videtur legitimus contradictor, cum Iudicis auctoritas faciat ceſſare omnem
271 fraudis, ſeu malæ fidei ſuſpicionem, † vnde eo auctore poſsidens, non videtur vitioſè poſſidere, *l. iuſtè poſsidet, ff. de acquiren. poſſeſſ.*

Secun-

Secundò, quia in parato docere incontinenti de iure ſuo non impeditur ſummaria cognitio, niſi adeo modicè vt non videatur conſiderandum, illud enim dici-
272 tur † incontinenti probari, quod intra illud tempus probatur intra quod daretur executio, *Bartol in l.ſi is à quo, ff. vt in poſſeſſ. legat. in l. quarta, §. commodat. ff. de re iudic. in extrauacanti ad reprimen. verſic. ſummariè Angel. in l. ille à quo. ff. ſi de teſtamento. ff. ad Trebellian. Salicet. in l. 2. ſupra hoc tit. Imol. in Clement. 1. col. 6. verſic. qualiter dicatur de re iudicat. Butr. in capit. veniens 2. de Teſtib. Cardin. in cap. cum in iure columna penult. extra de offic. delegat. Corn. Alexand. & Iaſon in dicta l. 2. ſupra hoc titulo Socin. iun. qui de communi conſil. 69. numero nono, & 10. lib.*

Tertiò, quia vbi ſtatim de iure ſuo doceri poteſt ſtatim cogeretur reſtituere heres; vnde petendo immiſſionem petit quod ſtatim reſtituturus.

273 In contrarium eſt veritas quæ probatur, quia perperam † Iudex agit tribuẽdo fideicommiſſario poſſeſſionem, quam non à Iudice, ſed ab hærede capere debet, potiſſimũ quãdo à teſtatore nõ fuit data facultas capiendi propria auctoritate, vel nõ fuit datus curator hæreditati, vt fuit dictum in Hortana domus 24. Iunij 1601. coram Reuerendiſſimo Dominò Ludouiſio Archiepiſcopo Bononien. & ideo perinde eſt, ac ſi propria auctoritate fideicõmiſſarius fuiſſet ingreſſus ad tradita per *Bartol. in l. 3. in ſecunda lectura, num. 26. C. de pignor.* quinimo qui non poteſt propria auctoritate capere, ſi auctoritate Iudicis capiat incidit in eandem pœnam, quam incideret ſi propria auctoritate caperet *vt Bart.* ibidem.

274 Secundò, quia † æquius eſt, vt fideicommiſſarius accipiat ab hærede quod iure fideicommiſſi ei debetur, quam vt heres à fideicommiſſario id quod ad eum ratione legitimæ Trebellianicæ debitorum, vel ſimilium ſpectat, & eſt detrahendum ad tradita *ex pariſ. conſil. 54. numero 51. lib. 3. ſupra dixi articulo 14. argum. 1. pro negat.* & ratio eſt quia iure cautũ reperitur fideicommiſſarium ab hærede capere debere ita vt antequam ſit facta reſtitutio ab eo, non competant fideicommiſſario aliquæ; actiones vtiles enim tantum facta reſtitutione tranſeunt, *l. facta, l. reſtituta, ff. ad Trebellianic.* nullibi autem cautum, vt heres capiat à fideicommiſſario.

Tertiò, quia ita fuit deciſum in vna Hortana domus 24. *Iunij* 1605. *coram Reuerendiſsimo Ludouiſio Archiepiſcopo Bononien. tunc Rotæ Auditore*, & hoc in parato docere in continenti de iure ſuo. Multò ergo minus erit legitimus contradictor, qui non eſt probare paratus incontinenti ius ſuum cum maior vigeat ratio; quare eijciatur à contradicendo; ideo intrat regula Auth. multo magis. *C. de ſacroſan. eccleſ.*

275 Ad primum reſpondetur decretum † Iudicis tollere, omnem ſuſpicionem, quan-
276 do non perperam interpoſitũ, ſed ritè & rectè proceſsit † alioqui ſi minus rectè procedatur non tribuit ius nec præiudicat aduerſario, vt ſæpe ſupra traditum factum dicta à Rota in vna Agrigentina beneficij S. Auguſtini 12. Nouembris 1602. coram Reuer. P. D. Corduba, & in Romana Vineę 17. Decembris 1610. coram Reuerendiſs. Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen.

Ad ſecundum non excludi fideicommiſſarium à contradictione ob eam rationẽ, ne in longum deferatur ſummariæ immiſsionis iudicium, ſed ob eam, quia cum vitio poſſidens non eſt legitimus contradictor.

Ad tertium non eſſe ſtatim totum reſtituturum cum detractiones competant, quod ſi non competerent, & id manifeſtum eſſet fortè oppoſitum eſſet dicendum, ad tradita ~~quinto~~ ſupra num. 235. hac eadem quæſtione,

SVMMARIVM vigeſimi ſecundi Articuli.

277 *Fideicommiſſarius, an & quando ui vnius fideicommiſsi ſit legitimus contradictor aduerſus venientem ex alio fideicommiſſo vbi facti ſpecies proponitur.*

278 *Fideicommiſſarius ex primo prætendens fideicommiſſo eſt legitimus cõtradictor aduerſus prætendentem ex ſecundo, quãdo de vtroq; fideicommiſſo incontinenti apparet.*

279 *Idem ſi appareat ſolum de priori, non vero de poſteriori.*

280 *Secus ſi de poſteriori appareat, non vero de priori, tunc enim vocatus ex poſteriori eſt contradictor aduerſus alium.*

281 *Exceptiones conſiſtentes in quæſtione iuris ambigui in quo variæ ſint interpretum opiniones non admittuntur contra hoc beneficium.*

ARTICVLVS VIGESIMVS SECVNDVS.

Quando fideicommiſſarius vi vnius fideicommiſsi vult impedire immiſsionem alterius venientis ex alio fideicommiſſo.

277 EXemplum † eſſe poteſt cum quis decedens inſtituat fratrem, & eum per fideicommiſſum roget vt alteri fratri, vel totam, vel quotam hæreditatis reſtituat, puta dimidiam, grauatus autem aſſerat teſtatorem non potuiſſe fideicommiſsi onus imponere, quia ipſe erat ab alio anteceſſore in eiſdem bonis fideicommiſſo grauatus ad reſtituendum ei quem grauauit, quamobrem cum ad eum iure fideicommiſſi antiqui bona ſpectarent non potuit fideicommiſſo onerari, ita vt fideicommiſſarius prætendat vi fideicommiſsi vltimi teſtatoris defuncti hæres vero fideicommiſſi anteceſſoris.

Pro determinatione ſuppoſitis terminis habilibus nimirum nihil aliud impedire immiſsionẽ fideicõmiſſarij ab vltimo teſtatore honorati, quia nimirũ non ſit opus aliqua reſtitutione vt vtiles actiones intentare poſsit, ita eſt diſtinguendum, aut vtrumque fideicommiſſum eſt æque clarum & apertum, vt de vtroque incontinen-
278 ti apparere poſsit & appareat, & ſtatuẽdum † fideicommiſſariũ primi defuncti optimum eſſe contradictorem; exceptio enim de non iure petẽtis immiſsionem ab hoc beneficio excludit ſi incontinenti probetur *Rolan. à Valle, conſil. 76. n. 4. volum. 3.* & alibi copioſè diximus, allegans autem fideicommiſſum antiquum quo conſtar vltimum teſtatorem fideicommittere non potuiſſe excipit de non iure fideicommiſſarij vltimi, & probat incontinenti vt ſupponimus, quia de tali fideicommiſso ma-
279 nifeſtè apparet ergo, &c. † aut apparet de antiquiori non vero recentiori fideicõ-
280 miſso & idẽ à multo magis aſserẽdũ ad *Auth. multo magis, C. de ſacroſã. eccl.* † aut incontinenti apparet de poſteriori non vero de anteriori, ſed illud anterius altã requirit indaginẽ, ita vt vel à facto ambiguo pendeat, vel etiã à ſubtili examine articulorum iuris, & perplexis difficultatibus, & tunc fideicõmiſsarius vltimus eſt immit-
281 tendus non attenta fideicommiſsi contradictione, † quia exceptiones cõſiſtentes etiã in quæſtione iuris ambigui tamen; & in quo variæ ſint interpretum opiniones tanquam requirentes altam indagine non admittuntur contra hoc beneficiũ; hoc enim dubiũ iuris æquiparatur dubio facti, *Bart. in l. cum prolatis, ff. de re iudic. Roland. à Valle, conſilio 22. num. 36. volum. 3. Socin conſ. 59. colum. 2. Capic. deciſio. 10. nu. 19. Rimin. iun. conſ. 352. n. 13. & 71.* & ita in terminis duorũ fideicõmiſſariorum juxta exemplum ſupra à nobis propoſitum fuit deciſum *à Rota in una Romana*

de Naris 11. Decembris 1595. coram Pænia, quæ fuit confirmata 4. Martij 1596. coram eodem, & hoc per auctoritates Decij conſil. 424. num. 18. 19. & 20. Socin. iun. conſil. 75. num. 18. & 19. lib. 1. Roland. à Valle, conſ. 1. num. 73. lib. 1. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 745.

VNDECIMA QVAESTIO.

Articulus primus.

VNdecima quæſtio principalis eſt, An & quando venientes ab inteſtato, legitimi ſint contradictores, continet autem ſeptem articulos.

Primus, quando venientes ab inteſtato non poſſident, nec allegant quid excluſiuum iuris hæredis inſtituti, puta teſtamentum abolitum.

Secundus, quãdo poſſident nihil tñ allegant, quod ſit excluſiuum iuris hęredis.

Tertius, quando non poſſidẽt, ſed contradicendo allegant vitium viſibile. Teſtamenti in parte ſubſtantiali, & hęres non adiuuat teſtamentum teſtibus.

Quartus, quando non poſſident, & allegant vitium viſibile teſtamenti, puta abolitionem, hæres autem vellet incontinenti probare illud cancellationis vitium non eſſe conſiderabile.

Quintus, quando extat ſtatutum continuatiuum poſſeſſionis defuncti in hęredẽ, ideo venientes ab inteſtato, quaſi poſſidentes vi huius ſtatuti contradicunt.

Sextò, quãdo allegant vitiũ inuiſibile, & ſunt parati incontinenti de eo docere.

Septimus, quando allegant vitium inuiſibile, & non ſunt parati incontinenti de iure ſuo docere.

SVMMARIVM Articuli primi.

1 *Veniens ab inteſtato ſi non poſſidet, nec allegat quid excluſiuum iuris hæredis, puta teſtamentum abolitum non eſt legitimus contradictor aduerſus ſcriptum in teſtamento.*

2 *Poſſeßio cum pari titulo ad contradicendum eſt neceſſaria.*

3 *Cauſa omnis inteſtati deficit ſtante teſtamento.*

4 *Hæreditas defertur ſecundum uoluntatem defuncti.*

5 *Teſtamentarij hæredis ſpes ſola facit ceſſare legitimum, & num. 7.*

6 *hæreditas non dicitur delata, quando quis fuit inſtitutus ſub conditione, & conditio pendet.*

8 *Subſtitutio vulgaris intelligitur ſub ea conditione ſi inſtitutus noluerit, aut non potuerit.*

9 *Fideicommiſſo ſolummodo eſt locus adita hæreditate, ita ut hærede non adeunte fideicommiſſum omnino deficiat.*

10 *Voluntas teſtatoris non debet manere in ſuſpenſo.*

11 *Filio naſcituro inſtituto, inſtitutio cenſetur conditionalis, nempè ſub eadem conditione ſi naſcetur.*

12 *Hęredi ſub conditione inſtituto competit bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas ante conditionis euentum, vt interim pendente conditione, tanquam curator bonis datus dicta bona adminiſtret.*

13 *Et creditoribus hæreditarijs, ac legatarijs ſatisfaciat.*

14 *Ita tamen vt pendente conditione non poſſit aliquid ſibi acquirere, ſed tanquam ſimplex adminiſtrator omnia facere ad vtilitatem futuri hęredis.*

Subſti-

15 *Subſtitutus inſtituto in rerum natura non exiſtente, qui tamen ſperatur, ſi alius ab eodẽ teſtatore ſubſtitutus fortè non naſcatur poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem, & tanquã curator bona adminiſtrare.*

16 *Poſſeſſio bonorum pro eorum cuſtodia ei eſt cuſtodienda cuius intereſt ea cuſtodiri.*

17 *Inſtituto hærede in rerum natura nõ exiſtente, qui tamen ſperatur ſi nullus fuerit datus ſubſtitutus, ille qui ſperatur pater naſcituri hæredis dandus eſt curator potius quã venientes ab inteſtato, ſi probabilis eſt ſpes filij naſcituri.*

18 *Teſtati cauſa eſt fauorabilior quàm inteſtati.*

19 *Filij naſcituri ſpes fauorabilis dicitur.*

20 *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas venientibus ab inteſtato competere nequit.*

21 *Filius eſt vna, et eadem perſona cum patre.*

22 *Vſusfructus bonorũ aduentitiorum filij ad patrem ſpectat.*

23 *Hæreditatem in ſuſpenſo manere quo modo non ſit abſurdum.*

24 *Hæres quandocunque adeat hæreditatem dicitur continuò poſt mortem teſtatoris adiuiſſe.*

25 *Conditionalis diſpoſitio non debet fieri inanis.*

26 *Inteſtatus pro parte temporis inter paganos nemo decedere poteſt.*

27 *Inſtitutionis conditione deficiente, defunctus ab initio dicitur inteſtatus deceſſiſſe.*

28 *Conditione deficiente diſpoſitio conditionalis pro non facta habetur.*

29 *Bonorum poſſeſſio facti, quàm obtinuit ſub conditione inſtitutus purificata conditione reſoluitur in bonorum poſſeſſionem iuris, ea deficiẽte reſoluitur in bonorum poſſeſſionem facti.*

30 *Hærede ſub cõditione inſtituto, quid agendum pendente conditione breui diſtinctione explicatur.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando veniens ab inteſtato non poſſidet, nec allegat quid excluſiuum iuris hæredis inſtituti puta teſtamentum abolitum.

1 PAucis † aſſerendũ non eſſe legit. cõtradictorẽ, quod probatur, quia nec poſſidet, nec tit. habet, vnde receptiſſima eſt ſenten. non eſſe legitimũ contradictorem
2 † ſtatutũ eſt.n. neceſſariã eſſe poſſeſſ. cum pari tit. *Bart et Doct. hic Bero. cõſ. 60. n. 4. vol. 2. et cõſ. 176. n. 51. vol. 2. Hieron. Lucen. conſ. 5. n. 23. in cauſa Mõtisferrati Rol. à Valle, conſ. 98. col. fin. vol. 3.* nõ poſsidere ſupponimus in propoſito artic. non autẽ
3 tit. habere ex eo manifeſtũ redditur, quia † explorati iuris eſt ſuppoſito teſtam. oẽm inteſtati cauſam deficere, *l. antequã, C. cõia de ſucceſſ. l. quãdiu la 2. l. nec is* §. *fin. ff. de acq. hered. l. quãdiu ff. de reg. iur. Alex. in l. hac conſultiſsima,* §. *ſi quis autẽ nu. 1,*
4 *verſ. nota caſũ, C. de teſt.* cuius quidẽ determinationis ea eſt ratio † quia hæreditates deferuntur ſecundum voluntatẽ defuncti *l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. l. verbis legis. ff. de verb. ſign.* §. *diſponat in auth.* de nuptijs, ideo non eſt mirũ ſi ſucceſſio ex teſtam. præferatur ſucceſsioni ab inteſtato *Cagnol. in d. l. quãdiu, ff. de reg. iur.* quod adeo ve
5 rum † vt ſola ſpes teſtamentarij hæredis faciat deficere legit. quãdiu durat *d. l. antequã, C. cõia de ſucceſſ.* hinc fit vt ſtante conditionali inſtitut. quatenus conditio pendet, non ſit locus legitimo ſucceſſori, *l. ſi quis ſub cõdit. in princ. ff. de teſt. tutel.*

 Hoc

Hoc loci rei vtilitas poſtulat, vt paucis attingam, quid agendum, quando hæres fuit inſtitutus ſub conditione, & conditio pendet, res enim, & frequenter euenire poteſt, & dubia eſt, non. n. inſtitutus hęreditatē adire poteſt, † quia conditione pen
6 dente non dicitur delata hæreditas, *l. hereditas, l. is cui hereditas l. ſed & ſi de ſua, §. 1. ff. de acqir. hered. l. delati, ff. de verb. ſign.* Non itē ſuccedētes ab inteſt. ſunt ad-
7 mittendi † quia ſpes adhuc viget teſtamētarij hæredis *d. l. ſi quis ſub condit. in princip. ff. de teſt. tutel. l. quādiu la 2. l. nec ei, §. fin. ff. de acq. hered. l. antequā, C. comunia de ſucceſſ.* cum alijs mox deductis, minus ſubſtitutus vulgariter eſt admittendus ſi
8 fortè detur, quia nondum deficit inſtitutio † ſubſtitutio. n. vulgaris ſub ea cōditione intelligitur ſi inſtitutus noluerit, aut nō potuerit hęres eſſe, vt *in princ. inſtit. de vulg. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum. l. 3. C. de heredib. inſtituendis, & adita heredit. expirat, l. poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſtit.* non poſſumus autem dicere non voluiſſe, aut non potuiſſe fieri hęredē, quando nondū eſt pu
9 rificata conditio, quia nondum eſt delata hæreditas, vt ſupradictū, † Non etiam videtur admittendus ſubſtitutus per fideicōmiſſ. ſi quis fortè per eum vocatus, fideicōmiſſo. n. ſolummodo eſt locus adita hæreditate, ita vt non adeunte hærede omnino fideicōmiſſum deficiat, *l. ille à quo, §. ſi teſtamento ff. ad trebell. l. eam, quam C. de fideicom. §. ſed quia inſtit. de fideicom. hered. l. ſi nemo, ff. de teſtam. tutel. l. ſi nemo, ff. de reg. iur. gloſ. & DD. pleniſsimè in d. l. ille à quo §. ſi de teſtam. & in d. l. eam, quam Peregr. de fideicom. art. 2. nu. 12. ubi rationem affert, quam apud eum videas.*

10 Tandem non debet † voluntas teſtatoris manere in ſuſpenſo, *l. fin. ff. cōmunia prædiorum*, & vt aiunt nonnulli hæreditas non debet ſtare in aere *ita Zanchus in l. haredes mei, §. cum ita nu. 1298. ff. ad trebell. M. Antonius Bauerius, in §. haredis inſtitutio inſtit. de hered. inſtit.* Quid ergo dicendum in re adeo ambigua? Reſpondeo, aut inſtitutus ſub conditione eſt in rerum natura, aut ſperatur, quia fortè filius na
11 ſciturus fuerit inſtitutus † quo caſu inſtitutio cenſetur conditionalis, nempè ſub ea conditione ſi naſcetur, & ita dicitur ſtare in ſuſpenſo ad tradita *per Rom. conſ. 134. nu. 4. & per totum, & præcipuè ſub num. 6. verſus finem, & poſt eum Pariſ. conſ. 71. num. 14. & nu. 26. lib. 4. Menoch. conſ. 105. nu. 53. et 57. cum ſeqq. Surd. conſ. 125. ſub num. 28. verſ. ſexto plurimum, et num. 42. cum ſequen. idem conſ. 439. num. 30. et 31. cum ſeq. latè Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 10. num. 26. 30. et ſeq.* Si primum
12 competit † bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas hærede ſub conditione inſtituto vt interim pendente conditione tanquam curator bonis datus dicta bona admini-
13 ſtret, † & creditoribus hæreditarijs, ac legatarijs ſatisfaciat, *l. 2. §. ſi ſub conditione de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabulas vbi gloſ. et DD. l. ſi ſub conditione, et l. hi demū ff. eo. tit. l. ſi quis inſtituatur hæres, vbi gloſ. Bart. & alij, ff. de hered. inſtit.* ita tamen,
14 vt † pendente conditione non poſſit ſibi aliquid acquirere, ſed tanquā ſimplex adminiſtrator omnia facere ad vtilitatem futuri hæredis vt declarat *Bart. Imola, & alij in l. ſi quis inſtitutus, ff. de hered. inſtit. Alciat. conſ. 47. nu. 6. lib. 9. late Menoch. conſ. 105. a n. 50. vſque ad 61. lib. 1. Craſſus in bonorum poſſeſsio, q. 5. n. 7. Surd. conſil. 125. ad fin.* † Aut vero inſtitutus ſub cōditione non eſt in rerum natura, ſed ſpe
15 ratur, & tunc aut alius ab eodem teſtatore eſt ſubſtitutus, ſi fortè non naſcatur, aut nullus ſi alius à teſtatore in defectum primi inſtituti vocatus reperiatur, hic poteſt agnoſcere bonorum poſſeſsionem, & interim tanquam curator bonis datus adminiſtrare. Cum enim primus inſtitutus non ſit in rerum natura non is profectò curator eſſe poteſt, cumque vocatus in defectum illius dicitur vocatus ſub conditione ſi primo deficiat tanquam vocatus ſub conditione eodem modo eſt admittendus, quo in primo caſu iam dictū, cum hic caſus in eundē coincidat, vnde intrant omnia
16 iura, & auctoritates mox allegatæ. Tandem quia ille debet † in poſſeſſionem immitti, & bona cuſtodire cuius intereſt ea cuſtodiri, & ad quē deficiente prima diſpoſitione hæreditas perueniret *ad Rotam deciſ. 40. n. 2. cum ibi alleg.* ſi nullus in locum

deficien-

deficientis inſtituti ſubſtitutus eſt, & ille nondum in rerum natura exiſtit, dubium
eſt non leue, an ſit dandus curator ille, qui ſperatur pater naſcituri inſtituti, & ita
cuius intereſt ob intereſſe filij naſcituri, an vero venientes ab inteſtato, & ita quorũ
intereſt bona cuſtodire, quia poſſet deficere teſtamentaria diſpoſitio; hunc caſum
17 non reperi deciſum, † verum arbitror eſſe potius dandum curatorem eum, qui ſpe-
ratur pater, quàm venientes ab inteſtato, dum tamen probabilis ſit ſpes filij naſcitu
18 ri, & ratio eſt, quia ita fauemus † cauſę teſtati quæ magis fauorabilior videtur, cum
hæreditas deferatur, ſecundum voluntatem defuncti, *l.1.C.de ſacroſan.eccleſ.* cum
alijs paulo ante allatis, & magis ſequimur voluntatem teſtatoris, quem conſtat po-
tius voluiſſe conſulium naſcituro filio, quàm venientibus ab inteſtato, cum eum
vocauerit, non eos; eſtque potius credendum futurum vt naſcatur, quàm ne naſca-
19 tur † cum ſit fauorabilis ſpes filij naſcituri, eſt autem concludendum ei caſui qui fa-
cilius ſperatur, quàm qui difficilius, tandem quia talis poſſeſſio, quamuis faciat ſo-
lummodo curatorem bonorum acquir. tamen per bonorum poſſeſsionem ſecundũ
tabulas, *l.2.§.ſi ſub conditione, ff.de bon.poſſeſſ. ſecundum tab.* cum alijs paulo ante
20 allatis † quæ quidem venientibus ab inteſtato non competit (ad quos potius ſpe-
ctaret bonorum poſſeſsio contra tabulas, ſi tamen aliqua competeret) ſed ſolum
prætendenti intereſſe, vigore teſtamenti qualis eſt pater ſperati filij, cuius intereſt
21 hæreditatem cuſtodire non ſolum † filio qui cum patre vna, & eadem perſona cen-
ſetur, *l.fin.C.de impub. & al.ſubſtit.gloſſ in cap.ſuper & ibi, & pater & filius ex di-
cto teſtamento, & in cap.ina nobis in verſic.lucro extra dedecim*, *§.ei vero inſtitut.*
22 *de inutil.ſtipulat.* verum etiam ſibi † ad quem ſpectare debebit vſusfructus cum fi-
lius hæreditatem obtinuerit, *l.cum oportet, C.de bon.quæ liber.§.igitur liberi, Inſtit.*
23 *per quas perſonas nobis acquiritur*, neque dicatur † dato tali curatore voluntatem
teſtatoris manere in ſuſpenſo, & hereditatem ſtare in aere, quod non eſſe dicẽdum
ſupra indicauimus, animaduertendum eſt enim quamuis nullus adhuc videatur hæ
res, ſed ſolummodo curator hereditatis, ea tamen non ſtare in ſuſpenſo, niſi quan-
tum ad noſtram cognitionem attinet, qui ignoramus an futurum ſit vt conditio pu
rificetur, vel deficiat, ſecus quantum ad rei veritatem ſi enim purificata conditione
24 is ad quem defertur hæreditas † eam adiuerit dicitur incontinenti poſt mortem te
ſtatoris eã adiuiſſe, *l.hæres quandocunque, ff. de acquirenda hæreditate*, quod ideo
25 fuit à lege introductum † ne inanis eſſet omnis conditionalis diſpoſitio contra *l.ſi
quis inſtituat, ff. de hæredibus inſtituen. & l.2.§.ſi in conditione, ff.de bon.poſſ.ſecun-*
26 *dum tab.* eſſet autem inanis, quia † nemo inter paganos poteſt pro parte temporis
27 inteſtatus decedere, *l.ius noſtrum. ff. de regul.iur.* † Si vero defecerit conditio di-
28 cetur defunctus ab initio inteſtatus deceſsiſſe † cum deficiente conditione diſpo-
ſitio conditionalis pro non facta habeatur, *l.pecuniam. ff ſi certum petatur, vbi Ale
xand.Socin.& Iaſon.l.hæc venditio, ff.de contrahent emptio.* dicitur ergo heres, vel
ab initio fuiſſe hæres, vel defunctus ab initio inteſtatus deceſsiſſe, & ita hereditas
29 non fuit in aere, & hoc vult ſignificare *Menoch.dicto conſil.105.num.53.* † dum in-
quit bonorum poſſeſsionem quam is obtinuit cui deferendam ſupra eſt traditum
purificata conditione reſolui in bonorum poſſeſsionem iuris ea deficiente reſolui
in bonorum poſſeſsionem facti, quod intelligendum non quia mutetur eius qua-
litas, ſed quia detegitur, & apparet.

Vt autem vnico intuitu ſtudioſus lector videre poſsit quiſnam bonorum poſſeſ-
ſionem in expoſita ſpecie obtinere debeat ſupradicta in compendium ſubſequenti
tabella ſubnectam.

30 Quando † hęres fuit inſtitutus ſub conditione, & quęrimus qd agēdum pendente conditione ita diſtingue, Aut

- Inſtitutus ſub conditione eſt in rerum natura, & ipsè bonorum poſſeſſionem obtinet, per quam pendente conditione curator euadit.
- Non eſt in rem natura, ſed ſperatur & tunc, Aut
  - Primo inſtituto additus eſt ſubſtitutus, & ipſe dictorū bonorum poſſeſſionem conſequetur fietq; curator vt ſupra.
  - Nullus ſubſtitutus, & tunc, Aut
    - Probabilis eſt ſpes, vt naſcatur, & qui ſperatur pater bonorum poſſeſſionem obtinet eodem modo.
    - Probabilis non eſt ſpes, vt naſcatur, & ſic deficit conditio, & locus eſt venientibus ab inteſtato, quaſi caducato teſtamento.

SVMMARIVM ſecundi Articuli.

31 *Venientes ab inteſtato, quando poſsident, neque aliquid allegant excluſiuum iuris inſtituti non ſunt legitimi contradictores.*

32 *Succeſſio ab inteſtato exiſtentibus teſtamentarijs hæredibus nulla datur.*

33 *Poßeſſio iniuſta non prodeſt ad faciendum contradictorem.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando poſsident nihil tamen allegant, quod ſit excluſiuum iuris inſtituti.

31 BReuiter † negatiua ſententia tenenda non eſſe legitimos contradictores. Probatur autem, quia certum eſt iniuſtè poſsidere cū ſine titulo poſsideant, † exi-
32 ſtentibus enim teſtamentarijs hæredibus deficere titulum inteſtati pluribus in ſuperiori articulo confirmauimus, potiſsimum *per l. antequam, C. commun. de ſucceſſ.*
33 *l. quamdiu la 2. l. nec is, §. fin. ff. de acquir. hæred. l. quamdiu. ff. de reg iur.* † iniuſtam autem poſſeſsionem non prodeſſe, & ideo non facere cōtradictorem ſępiſsimè fuit repetitum *ad l communi diuidundo, §. inter prædones, ff. de acquir. hæred. toto tit. ff. quod vi aut clam, Oldrad. conſ. 1. col. 2. Crau. conſ. 104. n. 14. Peregr. conſ. 24. n. 3. li. 4. Bart. Caſtren. Alex. & alij in l. filiam, ff. ad trebell. Dec. hic n. 48. Zuchard. n. 379. Menoch. de adipiſc. rem. 4. num. 365. Ripa in l. 1. num. 12. ff quorum legatorum cum alijs per Rol. conſ. 78. num. 14. cum ſeq. lib. 2. & fuit decisum in vna Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Illuſtriß. Card. Lancellotto, & in vna Rauenaten. hæreditatis*

ditatis 14. Aprilis 1606. coram R. P. D. Pamphilio, & coram Cardinali Seraphino deciſ. 56. & in vna Romana hæreditatis 5. Iunij 1600. coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.

SVMMARIVM

Articuli tertij.

34 *Poſſeſsio vna cum titulo pari eſt neceſſaria, vt quis ſit legitimus contradictor.*

Fallit quando ſupponimus hæredem ſuam fundaſſe intentionem. ſecus ſi non fundauerit intentionem, quia ſufficit, vt oſtendat agenti ius non competere, & ſine actione agere, vt num: 39.

35 *Venientes ab inteſtato quamuis non poſſideant, ſi tamen allegant vitiũ viſibile teſtamenti, & hæres non adiuuat teſtamentum, teſtibus impediunt ſummariam immiſsionem legis noſtræ beneficio.*

36 *Remedium legis noſtræ competit ſollummodo oſtendenti teſtamentum non cancellatum, neque abolitum, neque ex aliqua ſuæ formæ parte vitiatum.*

37 *Vitium viſibile teſtamenti immiſſionem ex lege noſtra impedit.*

38 *Exceptio duplex eſt, alia actionis, alia intentionis.*

40 *Legitimam perſonam non habent ſtandi in iudicio quorum non intereſt.*

41 *Replicatio tua non intereſt exceptionem repellit.*

42 *Legitimatio perſonarum in quocunque iudicio eſt neceſſaria.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando non poſſidet, ſed contradicendo allegat vitium viſibile teſtamenti in parte ſubſtantiali, & hæres non adiuuat teſtamentum teſtibus.

VIdetur dicendum non eſſe legitimum contradictorem, quia non poſſidens non
34 eſt legitimus contradictor † cum poſſeſſionem vna cum pari titulo neceſſariã eſſe ſæpius ſit repetitum *ad Bart. & Doct. hic Bero. conſ. 6. nu. 4. vol. 2. & aliàs pluribus in locis repetitum potiſsimum in primo huius quæſtionis articulo.*

35 In contrarium † eſt veritas, quam docuit *Peregr.* qui ſolus quem viderim expreſsè hunc caſum attingit *in tract. de fideicom. art.* 48. *nu.* 28. vbi poſtquam ſtatuit non poſſidentem non eſſe citandum, ſubnectit non tamen decretum Iudicis præiudicare non citatis, Ideo ſi venientes ab inteſtato tempore pronunciationis, vel ante immiſſionem in poſſeſſionem excipiant de vitio viſibili in parte ſubſtantiali, impedire hanc ſummariam, & exequutiuam miſſionem in poſſeſſionem ex lege noſtra.

36 Probatur primo ex † textu noſtro, vbi illud conceditur tantum oſtendenti teſtamentum non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque ſuæ formæ parte vitiatum, ſed quod in prima figura ſine omni vituperatione appareat, & depoſitionibus teſtium legitimi numeri vallatum ſit. Si ergo veniens ab inteſtato objiciat aliquod vitium viſibile audiendus eſt, & videndum an quod objicitur verum ſit, vt ſi tale reperiatur, beneficium legis noſtræ inſtituto denegetur, & ſic conſtat venientem ab inteſtato legitimum eſſe in his terminis contradictorem.

37 Secundo, Quia eſt receptiſſima omnium ſententia † vitium viſibile teſtamenti hanc immiſſionem impedire, *Bart. hic nu. 3. Bald. nu. 42 verſ. tertio conſideret, Dec. nu. 36. Curt. iunior nu. 6. et* 11. *Sapia nu. 73. Zuccar. nu. 94. Franc. de Marchis qu. eſt.*

104.

164.num.1.in ſecunda parte, Mantua hic in prima lectura, nu.131. Menoch.de adipiſcend.remed.4.nu.699. Peregr.in tract.de fideicom.art.48.nu.28.verſiculo, & hac exceptio. Si ergo venientes ab inteſtato tale obijciant vitium, legitimi erunt contradictores.

Ad contrarium pro ſolutione notandum contradictorem bifariam conſiderari
38 poſſe,† vel opponentem exceptionem ad excludendam intentionem actoris fundatam, ita vt ſuppoſita eius actione, quæ verè ei competat, nihilominus eam elidat per exceptionem in proprio iure fundatam, quæ propriè actionis excluſio appellatur; vel ad excludendam intentionem actoris non fundatam, ita vt non ſuppoſito, quod verè ei competat actio, ſed defendat, negans actionem competere, quę defenſio appellatur intentionis excluſio; hanc diſtinctionem conſiderant interpræteſ *in Rubrica, extra de except.* potiſſimum *Felin. & Dec.* hoc ſuppoſito.†
39 Reſpondendum in primo contradictore verum eſſe, quod diximus, neceſſariam eſſe poſſeſſionem cum titulo, cum enim tunc ſupponamus hæredem fundaſſe ſuam intentionem, non poteſt quis talem actionem elidere niſi ius aliquid ei competat, in quo ſuam exceptionem fundare poſſit, in ſecundo non eſt neceſſaria poſſeſſio; quia ſufficit, vt oſtendat agenti ius non competere, hoc enim exceptionis genus in eo ſolùm conſiſtit, vt oſtendamus actorem ſine iure agere; *ita Doctor omnes in d. Rubrica, extra de except.* & ſic in terminis noſtris diſtinguendo tradit *Guid. Pap. ſingul.* 289. vbi dicit non quidem poſſe eſſe legitimum contradictorem in materia legis noſtræ niſi qui poſſidet, licet ius habeat in re (quales ſunt venientes ab inteſtato, ſi teſtamentum eſt vitiatum) tamen agenti opponere poſſe eum nō habere actionem in re, & ſine actione agere.

Neque dicatur hoc modo non ſolum venientibus ab inteſtato, ſed cuicunque extraneo talem exceptionem competere poſſe cum dato quocunque contradictore ſemper verum ſit agentem ſine actione agere; reſpondemus enim hos extraneos ſi
40 non poſſideant excludi à limine iudicij,† quia non habent legitimam perſonam ve-
41 niendi ad iudicium cum eorum non interſit, eijciuntur enim illa † replicatione tua non intereſt, quæ excipientem repellit *l.1 ff.de appellat.non recip.l.ille à quo, §.ſi de teſtamento, vbi notant Doctores, ff.ad Trebell.c.cum inter de electione, Surd.deciſ.*
42 *149.num.24.*† Vnde illud vulgo receptum in quocunque iudicio legitimationem perſonarum eſſe neceſſariã *d.l.1. ff. de appellat.* ita pro regula generali traditum eſt à gloſſa, quam cæteri ſequuntur *in l.2.infra hoc titulo, Bald in l.noſtra, nu.42. Dec. nu.47. Zuccard.nu.393. Andreas Siculus, Iaſ. Niger. & alij in Rubric.C.qui admitti, Alex.in l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, nu.3.ff.de re iud & conſ.59. num.2. vol.2. Cranetta conſ.104.in princip. Perſonal. in tract.de adipiſc. num.65. plures cumulat Menoch.de adip.remed.4.num.441.*

SVMMARIVM
Articuli quarti.

43 *Probationes incontinenti fidem facturæ, & de facili liquidabiles admittuntur in quocunque poſſeſſorio ſummario.*

Declara vt num.64.

44 *Leges non ſunt verbis ſcriptæ, ſed rebus.*

45 *Verborum externus ſonus non eſt attendendus, ſed internus ſonus.*

46 *Equitatem præ oculis leges habent.*

47 *Teſtibus, quod impugnari poteſt idē teſtibus adiuuari poſſe videtur.*

Declara, vt num. 68.

48 *Venientes ab inteſtato allegantes vitium viſibile teſtamenti ſunt legitimi contradictores aduerſus hæredem, quamuis teſtibus incontinenti probare velit vitium non eſſe conſiderabile.*

Pro-

49 *Probationes non poſſunt adiuuari teſtibus quãdo iudicium ita eſt ſummarium, vt oculata fide per ſolam apparentem probationem iudicandum ſit.*

50 *Inſtrumentum ſi habeat ſtatuto executionem paratam debet vitio carere nec poteſt teſtibus adiuuari.*

51 *Iudex in legis noſtræ beneficio debet ſequi apparentiam, & moueri prout prima facies teſtamenti demonſtrat.*

52 *Officium Iudicis vbi requiritur is debet ſequi apparentiam.*

53 *Officium Iudicis competit in l. noſtræ remedio.*

54 *Remedium legis noſtræ eſt modici præiudicij.*

55 *Cognitio ſummaria per ſolam fidem oculatam eſt terminanda, & non ex auditu teſtium.*

56 *Ratio vbi non viget eadem non poteſt fieri extenſio in ijs, quæ ſunt contra regulas iuris.*

57 *Probatio quæ fit ex teſtamento minus ſuſpecta eſt quàm quæ fit per teſtes.*

58 *Allegatio quæ oritur ex ventre inſtrumenti viam executiuam impedit.*

59 *Executio quę competit pro obligatione camerali impeditur per exceptionem quæ oritur ex ventre teſtamenti continentis obligationem cameralem, & facit vt ordinariè ſit agendum.*

60 *Probatio probationem non excludit, ideo ſi quis probet teſtibus, teſtes ad informandam probationem ſunt admittendi.*

61 *Probatione parti vni conceſſa, eadem alteri non eſt deneganda.*

62 *Teſtes non poſſunt examinari niſi parte citata.*

63 *Citatio facit contradictorem.*

65 *Hæres quando non iuuatur huius legis beneficio poteſt ad alia remedia confugere.*

66 *Interdictum quorum bonorum ſupponit reum poſſidentem.*

67 *Petitio hæreditatis ſupponit aduerſarium poſſidentem.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando venientes ab inteſtato allegant vitium viſibile teſtamenti hæres autem teſtibus vult adiuuare teſtamentum probaturus incontinenti illud vitium non eſſe conſiderabile.

NEgatiua ſententia videtur amplectẽda nimirum non eſſe contradictorem, ſed hæredem immittendum,

43 Primo, quia † in iudicio poſſeſſionis etiam ſummario admittuntur probationes incontinenti fidem facturæ, quæ de facili ſunt liquidabiles, vt in probatione exceptionis defectus dominij traditum *à Bald. hic num. 49. verſ. ſexto opponendo, Dec. nu. 20. Zuccard. nu. 162. Bald. in l. vnica, num. 6. verſ. adducit etiam, C. ſi de mom. poſſeſſ. fuer. appell. Gozad. conſ. 7. nu. 3. Neuiz. conſ. 79. nu. 9. & conſ. 80. nu. 40. Alciat. reſponſ. 257. & reſponſ. 350. Crauet. conſ. 258. col. 1. Natta conſ. 324. nu. 7. lib. 2. Rol. conſ. 2. num. 35. lib. 3.* At ſumus in iudicio poſſeſſorio, & adiuuatio teſtamenti teſtibus mediantibus incontinenti futura, & probatio incontinenti fidem factura, ergo admit-

admittetur ; & per conſequens ea data erit immittendus hæres contradictione
nulla obſtante.

44 Secundo leges † non ſunt ſcriptæ verbis, ſed rebus, Quando igitur quis oſtendit
teſtamenrum tale, vt idem ſit, ac ſi non abolitum, quia abolitionem non eſſe conſi-
derabilem incontinenri ex teſtibus appareat perinde videtur, ac ſi non abolitum,
ideo eum legis noſtræ effectum conſequi debet, quem conſequeretur ſi prorſus non
45 abolitum alioqui † externus verborum ſonus arrenderetur, non internus eorum
ſenſus quod in iure abſonum, *l. non dubium, ff. de legibus*,

Tertio, quia ſequeretur abſurdum, vt quis ex vitio non conſiderabili ex litura ac-
46 cidentali ſuo fraudarerur iure, quod nimis durum videtur, cum tamen leges † æqui-
tatem præ oculis habeant, *l. quod ſi eſſeſi, ff. de eo quod certo loco.*

47 Quarto, quia ſi poreſt contrarijs † teſtibus teſtamentum impugnari, ita fauora-
bilibus adiuuari poſſe videtur, vt contrariorum contrarij ſint effectus, *l. qui accuſa-
re. ff. de accuſat. l. fin. §. fin. de leg. 3.* Ar primum, ergo & ſecundum aſſumptum pro-
batur *ex Curt. in l. noſtra, num. 5. & Lader. Imol. conſ. 68 num. 4.*

48 In contrarium † eſt recepra Interpretum ſententia, quam tenet *Zuccard. hic nu.
325. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 704. & Peregr. d. art. 48. num. 28.*

49 Probatut ptimo, quia † vbi iudicium ita eſt ſummarium, vt oculata fide, ſeu per
ſolam apparenrem probarionem iudicandum ſir, probationes non poſſunt ſupplere
*teſtibus Bald. in l. 1. col. 1. C. vt in poſſeſſ. legat. Aret. in l. certi cond. §. quoniam, nu. 7.
ſi certum petatur, Felin. in c. ex litteris, col. vlt. verſiculo nota ſexto de fide inſtrum.
& c ſicut, num. 3. in fine de re iud. Cotta in memoriali in verbo inſtrumentum ratum
faciunt tradita à Baldo in l. fin. num. 12. C. de fide*, vbi tenet non eſſe locum examini
teſtium quibus ſcriptura adiuuetur, in iudicio ſummario, in plenario aurem ſecus,
& ita *Bald. intelligit Butrig. in Auth. ſi quis in aliquo, C. de edendo, idem trad. om-
nes in l. noſtra, vt teſtatur Lader. Imol. conſ. 68. num. 1. vbi Zuccard. num. 326.* qui
eamdem ſententiam approbat.

50 Secundo facit ſimile de quo *Bald. in l. 1. C. vt in poſſeſſ. legat.* qui ſtatuit † ſi inſtru
mentum habeat à ſtatuto exequutionem paratam, quia forte dicitur viſo inſtrumen
to ſic fiat, intelligitur cum inſtrumentum caret vitio, nec poteſt teſtibus adiuuari.
Idem probat *Zuccard. hic num. 324. & 326.*

51 Tertio, quia apud omnes receptum videtur † Iudicem ſequi debere apparentiam,
& debere moueri prout prima facies teſtamenri demonſtrar, *Bald. hic nu. 6. Zuccar.
nu. 82. Dec. nu. 15. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. nu. 683, cum ſeq.* Probatur autem
52 quia † vbi requiritur officium Iudicis is debet ſequi apparentiam, vt præfati Docto-
53 res aiunt, † In re aurem noſtra competit officium Iudicis, vt eſt communis ſenten-
tia, quam aduerſus *Bart. Alex. & Iacob. de S. Georgio tenuerunt Bald. Salicet. Ca-
ſtrenſ. Dec. Mantua,* Zuccard. qui veriorem appellar, *& Menoch.* qui communem *d.
54 remed. 4. nu. 494. ſequitur Rim. iun. conſ. 352. nu. 4.* tanro magis quia hoc † remediũ
poſſeſſoriũ eſt modici præiudicij, *l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſ. l. momẽtanea, C. qui
legit. perſ. non hab. Iaſon poſt* Bart. *in l. admonendi, ff. de iure iurando. Socin. in l. rem
qua nobis in 7. quaſt. ff. de acquir. poſſeſſ. Cranet. conſ. 158. num. 12. Alex. conſ. 103. ſu-
per eo, num. 3. verſ. tamen præmiſſis non obſtantibus, lib. 7.* ideo res etiam leuiter per-
pendenda ſola inſpectã apparentia, *ita Dec. in l. noſtra, num. 10.*

55 Quarto, quia † in ſummaria cognitione res ſola fide oculata eſt terminanda non
ex auditu teſtium, vt tradit B*ald. in l. 1. C. vt in poſſeſſ. legator. nu. 2.* dum inquit nota
quod ſummaria cognirio procedit ex oculara fide non ex audiru teſtium, deinde ex
regula generali infert ad exemplum quando ſcriptura eſt cancellata, *Felin. in c. ex
literis, nu. 15. de fide inſtrumentorum*, Bald. *conſ. 442. nu. 3. in princ. lib. 5.* vbi air ex
oculata fide non ex auditu in hoc iudicio rem tractari, quia ſubſtantia conſiſtit in
ſcriptura ſequitur *Lader. Imol. conſ. 69. num. 3.*

Quinto,

56 Quinto, quia † cum legis noſtræ beneficium ſit contra regulas iuris non eſt extē-
dendum ad caſus in quibus non vigeat eadem ratio, *l. cum pater*, §. *dulciſsimis*, *&*
ibi Bart. Ioan. de Imol. & alij de leg. 2. l. adigere, §. *quamuis*, *& ibi Bart. ff. de iure pa-*
57 *tron.* † At non viget ratio in teſtibus, quæ in teſtamento, quia minus ſuſpecta eſt
probatio, quæ fit ex teſtamento, quam ea quæ fit per teſtes *Curt in l. noſtra, num.* 5.
igitur non eſt facienda extēſio, hinc ſubnectit *Curtius*, quamuis ſecundum ius com-
mune admittantur teſtes ad impediendam exequutionem hanc extraordinariam
non tamen admittuntur contra illud ad eam iuuandam.

58 Sexto, quia † allegatio vitij viſibilis teſtamenti oritur ex ventre inſtrumenti cui
innititur, qui immiſſionem prætendit, talem autem allegationem impedire viam
59 executiuam patet ex ſimili viæ exequutiuæ, quæ datur † pro camerali obligatione,
nam ſi contra eam opponatur aliqua exceptio, quæ oriatur ex ventre inſtrumenti
continentis obligationem cameralem, impeditur via exequutiua, & ordinarie pro-
ceditur, *Caſſad. deciſ. 10. nu. 2. de reſcript. Tiraquel. de retract. conſang. §. 4. gloſſa 1.*
nu. 40. Galleſ. de obligat. in form. cam. q. 1. ad 4. partem formul. num. 8. & fuit dictum
in vna Rauennaten. tranſactionis 22. Iunij 1592. coram Cypſio, Non autem impedi-
retur via exequutiua ſi per teſtes coadiuuari poſſet.

60 Septimo, quia ſi poſſet teſtibus coadiuuari teſtamentum † è contra poſſet per te-
ſtes impugnari talis coadiuuatio, probatio enim probationem non excludit *Aegid.*
conſ. 2. nu. 19. Alex. conſ. 114. in cauſa, & lite nu. 8. verſ. nec obſtat lib. 4. Abb. conſ. 51.
61 *nu. 3.* † quinimmo admiſſa facultate probandi pro vna parte, verſa vice alteri parti
non eſt denegā da, vt æqualitas ſeruetur, *vt trad. in termin. Caſt. conſ. 91. nu. 8. vol. 1.*
Si ergo admittuntur venientes ab inteſtato ad probandum contra hæredem, profe-
62 ctò admittitur ad contradicendum, & ita erunt contradictores, Accedat † non poſ-
63 ſe examinari teſtes niſi parte citata *ad Curt. nu. 43. Zuccard. num. 175.* † citatio au-
tem facit contradictorem, vt ſupra dictum *quæſt. 34. num. 20. & Zuccard. nu. 758.*
ergo &c.

64 Ad primum † reſpondendum in iudicijs ſummarijs non admitti probationes in-
continenti fidem facturas, niſi quatenus reſpiciant exceptionem proprietatis cum
videatur nimis durum, vt dominus re ſua priuetur licet eo conſilio, vt poſtea ei re-
ſtituatur, & in his terminis loquuntur Doctores in primo argumento ſuprà relati,
verum qui teſtibus eſt adiuuaturus teſtamentum, non tamen ex hoc probat ſe do-
minum eſſe, cum nondum rerum hæreditariarum poſſeſſione obtenta dominus eua-
ſerit, ideo non eſt adeo abſurdum eum tam celeri remedio non iuuari, licet enim
non continuò concedatur, quod fortè concedendum, non tamen quod ſuum eſt
ab eo auferatur.

Ad ſecundum reſpondendum non propterea externum ſenſum verborum legis
noſtræ omiſſo ſenſu interno nos ſequi, ſiquidem cum lex ſummarijſſimum concedat
remedium, oculatam fidem expoſtulat, & ideo ſenſus complectitur non ea teſta-
menta, in quibus quantum ad robur attinet perinde eſt, ac ſi nulla adeſſet abolitio,
ſed illa in quibus ex oculata fide apparet nullum dari vitium, non enim de plena te-
ſtamenti ſeruatione agitur, ſed de modo ab externa teſtamenti figura pendente, vt
aperte in textu, eſtque attendenda apparentia externa, vt ſupra in tertio argum.

Ad tertium reſpondemus non fraudari hæredem ſuo iure, licet hoc non iuuetur
65 beneficio, † ſiquidem manet in ijs terminis in quibus erat ante huius beneficij in-
troductionem, ideo poterit recurrere, vel ad interdictum quorum bonorum, vel hæ-
reditatis petitionem in quibus ex alijs intentio hæredis iuſtificari poteſt, *ita Bart.*
hic num. 3. & ſub num. 15. Peregr. de fideicommiſſ. art. 48. num. 28.

Verum quidem in his caſibus veniens ab inteſtato conſtituitur reus, & poſſeſſor
66 quia † tum interdictum quorum bonorum, tum petitio hæreditatis præſupponunt
aduerſarium poſſeſſorem, *Peregr. d. art. 48. num. 28.*

Ad

68 Ad quartum reſpondendum † ex mente *Curt. relati ſupra in argum. 5. & Lader. Imol. conſ. 69. nu. 6. verſ. non obſtat*, non vigere eandem rationem, quia teſtes impugnando teſtamentum fauent iuri communi, at confirmando teſtamentum veniunt contra ius commune, ideo licet poſſint impugnare non tamen poterunt adiuuare quinimmo cum hoc beneficio fruatur hæres, vt exequutio ſit parata hoc etiam onere grauandus, vt non aliunde probet, quàm ex ipſo teſtamento, ita *Lader. dicto verſic. non obſtat*.

SVMMARIVM
Articuli quinti.

69 *Poſſeßionem prætendens vi ſtatuti continuantis poſſeßionem defuncti debet probare ſe verum hæredem.*

70 *Poſſeſſorium Stat. continuantis poſſeßionem defuncti in hæredem eſt mixtum reſpiciens cauſam proprietatis.*

71 *Poſſeſſorium prædictum requirit plenam probationem nec ſufficit prima teſtamenti facies.*

72 *Venientes ab inteſtato quando ſtat ſtatutum continuatiuum poſſeſsionis defuncti in hæredem quamuis ſe poßidere prætendant vigore huius ſtatuti, non tamen ſunt legitimi contradictores aduerſus teſtamentarium hæredem.*

73 *Titulus ab inteſtato non eſt par teſtamentario, quinimmo teſtamentario dato corruit.*

74 *Excipiens, ſuam exceptionem probare debet.*

75 *Exceptio requirens altam indaginem non admittitur aduerſus legis noſtræ beneficium.*

76 *Exceptio teſtamentum fuiſſe metu confectum requirit altam indaginem, & non admittitur ad impediendum legis noſtræ beneficium.*

77 *Exceptio impotentiæ teſtatoris incapacitatis hæredis, & ſimilis non admittuntur aduerſus legis noſtræ beneficium.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando extat ſtatutum continuatiuum poſſeſsionis defuncti in hæredem, & venientes ab inteſtato quaſi poſsidentes vi huius ſtatuti contradicunt.

Videtur dicendum venientes ab inteſtato eſſe legitimos contradictores.

Primo, quia poſſidens cum titulo eſt legitimus contradictor aduerſus petentem immiſſionem, vt ſæpiſſimè ex textu noſtro repetitum. At ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem venientes ab inteſtato poſſident cum titulo, ergo &c.

Minor ex cognitione terminorum propoſiti articuli redditur manifeſta, ſi enim ſtatutum continuat poſſeſſionem, ecce hæredes poſſidere cum in eis continuetur defuncti poſſeſſio, ſi ſunt venientes ab inteſtato, ecce titulum nempè legitimæ ſucceſſionis cuius vi poſſident.

Secundo, quia aut inſtitutus prætendit poſſeſſionem vi ſtatuti, aut vi legis no-
69 ſtræ † ſi primum neceſſe eſt, vt ſe probet verum hæredem, *Bald. conſ. 141. num. 3. & conſ. 181. ad fin. lib. 1.* vbi inquit ſtatutum loqui de vero hærede exiſtente non abuſiuo,

70 abuſiuo,& prima facie tantum, *& conſ.330.& 331.eod.lib.*1.vbi vult † poſſeſſorium ſtatuti eſſe mixtum, & reſpicere cauſam proprietatis, *Bald.ſequitur Tiraq.in tract.*
71 *le mort ſaiſit le vif,par.*2. *declar.*2. † ideo non ſufficit ſola prima facies teſtamenti, ſed plena probatio erit neceſſaria, & ita erunt admittendæ exceptiones ſe oppo-
72 nentes, & per conſequens opponens erit legitimus contradictor, † Aut vult vti beneficio legis noſtræ, & tunc hæres legitimus vti poſſidens erit contradictor, vt ſupra dictum, *& ex Bald.& Tiraquel. tradit Lader.Imol.conſil.*77.*nu.*10. qui enarrato vtitur argumento.

Tertio, quia ita videtur ſentire idem *Lader. Imol.conſ.*77.*num.*10.

73 In contrarium † eſt veritas, quæ probatur, quia poſſidens cum impari titulo, vel cum nullo non eſt legitimus contradictor, vt pluribus in locis iam fuit adnotatum, At venientes ab inteſtato poſſident cum titulo impari, vel potius etiam nullo, ergo &c.

Minor probatur, quia titulus ab inteſtato non eſt par titulo teſtamentario, cum cauſa teſtati faciat deficere cauſam inteſtati, *l. quamdiu, ff. de acquiren. hæredit. l. quamdiu, ff. de reg. iur. cum vulgaribus alibi deductis*, quinimo ſuppoſito teſtamento eſt nullus dictis iuribus, ergo &c.

Secundo, quia ſi veniens ab inteſtato vult ſuam contradictionem fundare in ſtatuto neceſſe eſt, vt ſe probet hæredem, vt de prætendente immiſſionem in a.argum.
74 contrariæ ſententiæ fuit dictum, † quemadmodum enim agens ſuam actionem probare debet, ita excipiens ſuam exceptionem, *Bart. Bald. & Caſtren. in l.*2. *ff. ſi quis in ius vocatus non erit, Innoc. in c præterea de dilat.*

At hoc non poteſt probare niſi probet teſtamentum aliquo modo deficere; hoc
75 autem requirit altam indaginem, † & ideo tanquam exceptio requirens altam indaginem non admittitur, vt ſæpiſſimè dictum, & tradit *Afflict. deciſ.*119.*num.*7. *Dec. conſ.*84.*&* 218. *Rol. à Valle conſ.*2.*vol.*3.*& conſ.*98. *Guid. Pap. quæſt.*132. *Menoch. de arbitr. lib.*2.*caſu* 12.*& conſ.*180.*lib.*2.*caſu* 12.*& conſ.*180. *lib.*2.*num.*46. *Natta conſ.* 236. *tom.* 2. *& tom.* 7, ergo &c. Quod autem probatio teſtamentum aliquo modo deficere altam requirat indaginem, probatur quia in hac ſpecie ſupponendum non apparere de vitio viſibili teſtamenti, de hoc enim ſeparatim iam actum eſt, vitia autem non viſibilia altam requirunt indaginem, vt exempli gratia ſi di-
76 catur † teſtamentum fuiſſe metu confectum hoc requirit altam indaginem, & non admittitur ad impediendum legis noſtræ beneficium ad tradita per *Gabriel.* qui de communi *conſ.*99.*nu.*1.*lib.*1.*Rota in vna Nepeſina hereditatis* 19. *Februarij* 1601.
77 *coram Illuſtriß. Cardinali Lancellotto.* † Item exceptiones impotentiæ teſtatoris, incapacitatis hæredis, & ſimiles non impedire tradit *Alexan. Raudenſ. in tract. de analog.c.*36.*nu.*37. *Menoch. conſ.*180.*nu.*23.*lib.*2. hinc ſtatutum in hoc iudicio non poſſe opponi aduerſus teſtamentum, niſi de ijs defectibus, quæ ex oculari inſpectione ex eius lectura eliciantur appareat.

Ad primum neganda eſt minor, falſum eſt enim ſuppoſito teſtamento venientes ab inteſtato vigore ſtatuti prædicti poſſidere, poſſidet enim hæres, hi vero hæredes non ſunt, cum cauſa teſtati faciat deficere cauſam inteſtati, vt ſupra dictum, hinc eſt vt potius teſtamentarius hæres dicatur poſſidere, cum is verè hæres ſit, niſi forte ſtatutum continuaret poſſeſſionem in venientes ab inteſtato, non vero in teſtamentarios hæredes, quo quidem caſu neque dicerentur poſſidere, quia hæredes non ſunt, niſi deficiat teſtamentum, vt ſupra dictum.

Ad ſecundū reſpondendo hæredem venire ex diſpoſitione legis noſtræ, quo caſu venientes ab inteſtato contradictores non erunt, vt poſſidentes, falſum.n.eſt eos poſſidere, cum vi ſtatuti poſſideat verus hæres, vt ſupra dictum, is aũt teſtamētarius ſit, neq; dicatur Teſtamentarium non eſſe hæredem, quia teſtm̄ ſit nullum, aut enim allegatur vitiũ viſibile teſtamēti, & tũc verè inſtitutus in teſtamento non haberetur

V pro

pro verò hærede, verum hunc caſum excipio cum ſupra explicuerim ſeparatim, aut verò allegantur alia vitia, & hæc non tollunt quin ſaltem prima facie teſtamentarius ſit aſſerendus verus hæres, contrarijque probatio alram requiric indaginem, quia in hoc iudicio non admittitur, vt millies decantatum.

Quantum ad ſextum, & ſeptimum articulum, de his agendum erit in tractatu de exceptionibus, quæ aduerſus hoc beneficium competunt, ideo hic omittendos decreui, ne bis idem repetatur.

DVODECIMA QVAESTIO.

DVodecima quæſtio eſt, an legatarius ſit legitimus contradictor, quæ quidem complures articulos complectitur, quorum nonnulli pendent á traditis in ſecunda quæſtione, in nonnullis eiuſdem articulis, plurimi vero ab ijs, quæ in materia fideicommiſſarij ſupra tradita ſunt quæſt. 10. omnes enim fermè articuli eo loco propoſiti de legatario quoque & proponi, & examinari poſſent, quos arbitror non inutile hoc loci repetere, & paucis indicare, vel à quo articulo ſuperiori dependeat, vel ſi quid diſcriminis intercedat adnotare, & in nonnullis peculiares aliquas rationes addere maioris vtilitatis ſtudio; Aliqui tandem hactenus nulla ex parte tacti, erunt hic ex profeſſo explicandi.

Articuli pendentes à determinatis in ſecunda quæſtione ſunt.

Primus, Quando quis fuit in re legata inſtitutus, (nam inſtitutus in re certa, & legatarius pro vno, & eodem habentur) & intentat legis noſtræ remedium eodem modo hic articulus determinatus eſt, ac alius in quæſt.2.art.8.

Secundus, Quando legatum fuit ſecundum formam communem non per modum inſtitutionis, & tamen legatarius vult intentare legis noſtræ beneficium, hic articulus determinatus in quæſt.2.art.11.

Articuli pendentes à determinatione eorum, quæ dicta ſunt in decima quæſtione.

Tertius, Quando legatarius non poſſidet, nec poteſt propria auctoritatẽ poſſeſſionem capere, pendet à traditis in quæſt.10.art.1.

Quartus, Quando non poſſidet, ſed habet facultatem capiendi propria auctoritate, quia teſtator eam conceſſit, pendet à traditis in quæſt.10.art.2.

Quintus, Quando obtinuit poſſeſſionem ab hærede mortuo teſtatore, pendet à quæſt.10.artic.3.

Sextus, Quando obtinuit poſſeſſionẽ ab hærede viuo teſtatore, pẽdet à q.10.art.4.

Septimus, Quando propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit ex licentia hæredis pendet à q.10.art.5. vbi fideicommiſſarius propria auctoritate obtinuit facta ſibi ab hærede reſtitutione verbali à qua non eſt diſſimilis licentia hæredis.

Octauus, Quando obtinuit poſſeſſionẽ ex licentia teſtatoris. Pendet à q.10.art.7.

Nonus, Quando legatarius hærede poſſidente, & ſic plena poſſeſſione in vim conceſſionis ſibi factæ à teſtatore rem legatam occupauit nulla vi adhibita, pendet à quæſt.10.art.8.

Decimus, Quando legatarius obtinuit poſſeſſionem iuſtè, quia habebat licentiam capiendi propria auctoritate, & cepit, hæres autem prætendit detractiones ob æs alienum hæreditarium, vel quia ipſe creditor, quo fiat, vt hæreditas non ferat talia legata integra, & pendet à quæſt.10.art.11.& 12.

Vnde-

Vndecimus, Quando obtinuit poſſeſſionem non vacantem propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure id concedente, pendet à quæſt. 10. art. 14.

Duodecimus, Quando obtinuit poſſeſſionem non vacantem propria auctoritate nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo, Pendet à quæſt. 10. art. 15.

Decimustertius, Quando poſſeſſionem vacantem occupauit propria auctoritate, nec teſtatore, nec aliquo iure concedente, eſt tamen paratus incontinenti docere de ſuo legato, pendet à quæſt. 10. art. 16.

Decimusquartus, Quando obtinuit poſſeſſionem ante aditam hæreditatem propria auctoritate nullo iure concedente, nec eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo pendet à quæſt. 10. artic. 17.

Decimusquintus, Quando propria auctoritate obtinuit poſſeſſionem nullo iure concedente poſt aditam hæreditatem, & eſt paratus incontinenti de iure ſuo docere pendet à quæſt. 10. artic. 18.

Decimusſextus, Quando obtinuit poſſeſſionem à tertio priuato, & eſt paratus incontiuenti docere de iure ſuo pendet à quæſt. 10. artic. 19.

Decimusſeptimus, Quando obtinuit poſſeſſionem à tertio, & non eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo. Pendet à quæſt. 10. art. 20.

Decimusoctauus, Quando obtinuit poſſeſſionem ex auctoritate Iudicis ſiue paratus incontinenti docere de iure ſuo, ſiue non. Pendet à quæſt. 10. art. 21.

Articuli ex propoſito hoc loci determinandi.

Decimusnonus, Quando inſtitutus in re certa occupauit poſſeſſionem ex licentia teſtatoris.

Vigeſimus, Quando legatarius poteſt propria auctoritate poſſeſſionem capere; & cepit, hæres autem vult immitti ob detractionem Falcidiæ.

SVMMARIVM Articuli ſeptimi.

1 *Licentia capiendi propria auctoritate à teſtatore conceſſa legatario maiorem habet virtutem, quàm conceſſa fideicommiſſario.*

2 *Legatarius abſque aliqua reſtitutione, aut licentia capiendæ rei legatæ fit dominus ſecuta morte teſtatoris.*

3 *Vindicatio datur pro legato.*

4 *Vindicatio ſoli domino competit.*

5 *Legatarius ante aditam hæreditatem rei legatæ, fictæ eſt dominus, poſt aditam hæreditatem verè, ſed reuocabiliter, poſt traditionem verè, & irreuocabiliter.*

6 *Legatarius qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit ex licentia hæredis eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem petentem immiſſionem in rem legatam.*

7 *Licentia data ab hærede legatario habet vim reſtitutionis.*

8 *Etiam ſi fuerit conceſſa ſine præiudicio iurium concedentis.*

9 *Clauſula ſine præiudicio non operatur in expreſſis, nec impedit quo minus vera poſſeſſio acquiratur.*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Quando propria auctoritate poſſeſsionem obtinuit ex licentia hæredis.

OMiſſis ſex prioribus articulis alibi abſolute determinatis, vt in eorum deſcri-
ptione adnotatum, pauca circa ſeptimum monenda decreui; licet enim eius
determinatio maxima ex parte pendeat à traditis in *quaſt.* 10. *artic.* 5. nonnulla ta-
men hoc loci particulatiter animaduertenda occurrunt.
1 Primo igitur † animaduertendum licentiam conceſſam à teſtatore capiendi pro-
pria auctoritate, neſcio quid maioris virtutis habere in legato, quàm habet reſtitu-
tio verbalis in fideicommiſſo, non enim in legato tali licentia eſt opus, vt iura in le-
gatarium tranſeāt, quemadmodum in fideicōmiſſario; legatarius enim ius acquirit
ſine reſtitutione, fideicommiſſarius vero nullum ius in re fideicommiſſo relicta cō-
petit ante reſtitutionem, Ideo cum hanc iurium translationem in legatario nō ope-
retur quid vlterius eam operari neceſſe eſt, vnde ſi vera eſſet ea ſententia de qua ſu-
pra, vt facta tali reſtitutione verbali adhuc ab hærede res fideicommiſſo ſubiecta eſ-
ſet capienda, in legatario ſecus eſſet aſſerendum, & quatenus in fideicommiſſario
ſaltem iudicę eſſet opus, eo non erit opus in legatario tali licentia ſuppoſita, alioqui
nihil operaretur cum in fideicommiſſario ſatis operetur transferendo iura in lega-
2 tariū, nihil conſtat. n. eum † abſq; aliqua reſtitutione, aut licentia rei legatæ dominū
fieri, *l. ſi tibi, §. cum ſeruus, ff. de leg.* 1. *l. à Titio, ff. de furt. facit tex. in §. noſtra autem*
3 *Inſtit. de legat.* vbi † pro legato datur vindicatio, † quæ ſoli domino competit, *§. om-*
4 *nium, §. ſic itaq; Inſtit. de act. l. actionum genera, ff. de oblig. & act.* † quod intelligen-
5 dum, vt ante aditam hæreditatē dicatur fictè dominus, eo quod quandocunq; adea-
tur fingitur continuo poſt mortem adita, *l. hæreditas quandocunq; ff. de acquir. hær.*
poſt aditam, verè, ſed reuocabiliter, eo quod legatum repudiando dominium amit-
tere poſſit, poſtquam vero adita hæreditate rem legatam accepit vere, & irreuocabi-
liter, ita *gl. & addentes ad eā, nec non reliqui interpretes in d. §. noſtra, Inſtit. de leg.*
Alex. in l. ſi tibi, §. cum ſeruus, ff. de leg. 1. *Bolognett. in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *num.* 180.
6 Ex his ergo ſequitur † vt ſi fideicommiſſarius facta ſibi reſtitutione verbali eius
vi propria auctoritate poſſeſſionem obtinens, legitimus eſt contradictor in quo etiā
ſi cōtradictor non fieret, reſtitutio aliquem operaretur effectum, multo facilius hoc
in legatario habita tali licentia, & poſſeſſione eius vigore adepta contingat in quo
nihil prorſus huiuſmodi licentia operaretur, niſi faceret legitimum contradictorem.
Secundo pro confirmatione eorum, quę in *d.* 5. *art.* dicta ſunt animaduertendum
7 † licentiam datam ab hærede legatario capiendi propria auctoritate habere vim re-
ſtitutionis, *l.* 2. *C. de acquir. poſſeſſ. l. reſtituta, & ibi Bart. in princ. & Alex. nu.* 6. *ff. ad*
Trebell. Pariſ. conſ. 53. *num.* 111. *& ſeq. lib.* 3. *Put. deciſ.* 134. *num.* 6. *lib.* 2. Ideo rece-
ptum ſolum ſufficere ad impediendam immiſſionem, *Bald. conſ.* 193. *num.* 1. *verſ. eſt*
verum, lib. 3. *Dec. in l. noſtra, nu.* 41. *verſic. quod dictum eſt, & ibi Zuccard. nu.* 387.
Menoch. de adipiſc. remed. 4. *num.* 584. *Cæſ. de Graſſ. deciſ.* 98. *num.* 5.
Amplia, quod accuratè animaduertendum, vt hæc licentia prædictum operetur
8 effectum, † etiam ſi fuiſſet conceſſa ſine præiudicio iurium concedentis; talis enim
exceptio intelligitur, quod præiudicium reſpectu petitorij, nō vero poſſeſſorij, quaſi
dicat ſi forte legatum non valeret, vel pro parte deficeret, nempe ob aliquas detra-
ctiones, non per talem conceſſionē illud confirmari, licet pro nunc eius poſſeſſio cō-
cedatur *trad. Menoch. conſ.* 503. *nu.* 23. *lib.* 6. *Randenſ. cōſ.* 2. *nu.* 304. *cum plurib. ſeqq.*
& conſ. 3. *num.* 102. *lib.* 2. *Roland. conſ.* 1. *nu.* 73. *lib.* 3. *& fuit dictum in vna Meſſten.*
beneficij, 10. *Nouembris* 1586. *coram Cardinali Seraphino inter impreſſas deciſ.* 756.

& in Vrbeuetana 30. *Aprilis* 1568. *coram eodem inter impreſſas deciſ.* 47. *quæ fuit*
9 *confirmata* 25. *Iunij eiuſdem anni.* Ratio autem eſt, quia talis clauſula, † ſine præiudicio, non operatur in expreſſis, ideo non facit quominus vera poſſeſſio acquiratur alioqui eſſet nugatoria, *Bart. in l. cum proponas in fine, ff. de legat. præſtand. Oldrad. conſil.* 330. *in fine, Sarmen. in regula de non tollendo iure quæſ. quæſt.* 1. *ſub num.* 41. *Pariſ. conſil.* 6. *num.* 2. *& conſil.* 70. *num.* 12. *lib.* 1. *Put. deciſ.* 184. *lib.* 3. *Verall. deciſ.* 284. *lib.* 1. *in manuſcript. Menoch. conſ.* 10. *num.* 14. *Rota diuerſorum deciſ.* 236. *ſub num.* 3. *parte prima.*

SVMMARIVM
decimitertij Articuli.

10 *Contradictor legitimus eſt, qui titulum à defuncto, & poſſeſſionem à ſe obtinuit.*
Declara, vt infra num. 20.

11 *Contradictor legitimus eſt, qui cum titulo & iuſtè poßidet.*

12 *Legatarius propria auctoritate poſſeßionem rei legatæ non adita hæreditate ingredi poteſt.*

13 *Contrarium habetur num.* 13. *vbi ponitur pœna, qua punitur legatarius, qui propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit.*

14 *Declaratur prædicta regula ſecundum aliquos, vt legatarius non adita hæreditate poßit propria auctoritate capere quantum ad euitandam pœnam, l. non dubium, C. de legat. non vero quantum ad aliam pœnam, vt cogatur reſtituere, ne poßit impedire hæredis immißionem.*
Declara, vt num. 21.
Hæc tamen declaratio impugnatio declaratur infra nu. 22. *& verior affertur opinio.*

15 *Legatarius vbi poteſt allegari detractio Falcidiæ cogitur reſtituere bona, quorum poſſeſſionem propria auctoritate fuit nactus, ſecus vbi non eſt locus detractioni.*
Hoc tamen intelligendum circumſcripto ſtatuto, quod extat Bononiæ, ne quis ante aditam hæreditatem ab hærede, & poſſeßionem ab eodem obtentam, tunc enim etiam detractionibus ceſſantib. cogitur legatarius reſtituere, vt infra nu. 27.
Quod amplia, vt nu. 29.

16 *Hæres eſt immittendus in poſſeßionem rerum legatarum, quando diſputatur, an legatum excedat dodrantem.*

17 *Legatarius non eſt legitimus contradictor, ſi propria auctoritate poſſeſſionem obtinuit, quando legatum excedit dodrantem, ſi vero non excedat retentio quotieſcunque vitioſo principio non procedit, eſt fauorabilior, quàm immißio.*

18 *Fideicommiſſarius qui propria auctoritate poſſeſſionem occupauit ſine licentia teſtatoris, aut alia, eſt legitimus contradictor.*

19 *Interdictum quorum legatorum non habet locum, vbi non detrahitur Falcidia.*

24 *Legatario qui propria auctoritate rem legatam vacantem occupauit ceſſant detractiones abſque dubio, quando legatum fuit relictum per modum reſtitutionis.*

25 *Et maximè quando fuit inſtitutus cum clauſula omni meliori modo.*

26 *Idem aſſerendũ multo facilius, quando viuente teſtatore ex alia cauſa*

 poßidebat,

poſſidebat, poſt mortem vero iure legati retinuit.

28 *Statutum eſt interpretandum, vt aliquid iuri communi addat.*

30 *Teſtator præſumitur in dubio ſe velle conformare ſtatuto.*

31 *Agenti incumbit onus probandi. Declara, vt num. 40.*

32 *Agenti ex parte ius eſt metiendum.*

33 *Poſſeſſorio de iure non curamus, quando nõ conſtat de iure petitoris.*

34 *Reo ſufficit offuſcare probationes actoris.*

35 *Legatario, qui rem legatam occupauit incumbit onus probandi nõ excedere dodrãtem, vt hæredi immiſſionem petenti contradicat, non vero hæredi probandi eam excedere.*

36 *Legatarium qui rem legatam occupauit teneri ad reſtituendum hæredi, etiam vbi non eſt locus Falcidiæ aliqui tenent.*

37 *Limitationem allegantis partes ſunt eam probare, quando aduerſarius ſuam habet intentionem ſundatam in regula.*

38 *Regulam pro ſe habens dicitur habere rem certam.*

39 *Reus in ſua exceptione partes actoris ſuſtinet.*

ARTICVLVS DECIMVSTERTIVS.

An legatarius, qui ante aditam hæredi[t]atem rei legatæ poſſeſſionem occupauit ſine licentia teſtatoris, aut alia, legitimus ſit contradictor quando incontinenti probat ſuum legatum.

QVamuis hic articulus pendeat maxima ex parte à dictis in dicta *quæſt.* 10. *artic.* 16. non erit tamen inane eum hic quoque perpendere nonnullas rationes ponderando, quæ in dicto *art.* 16. non omnino fuere ponderatæ.

Videtur igitur affirmatiua ſententia tenenda.

10 Primo, quia † habens titulum à defuncto, & poſſeſſionem à ſe ipſo legitimus eſt contradictor *Bar. in l. noſtra, nu. 9. verſ. ſecundo caſu, Bald. nu. 49. Dec. nu. 41. & 42. Neuiz. conſ. 8. nu. 73. Bero. conſ. 60. nu. 3. lib. 2. qui nu. 4.* ſubiungit cum *Bartolo* nihil referre à quo iſte contradictor habeat poſſeſſionem, dummodo eſſet vacãs; *Menoch.* poſt alios, quos alleg. *de adipiſcend. remed. 4. nu. 590.* At legatarius qui ante aditam hæreditatem rei legatæ poſſeſſionem occupauit habet titulum à defuncto, & poſſeſſionem à ſe ipſo, ergo &c.

11 Secundo, quia † iuſtè; & cum titulo poſſidens legitimus eſt contradictor, *Bart. in l. noſtra d. num. 9. Bald. nu. 49. Menoch.* qui alios refert *remed. 4. nu. 588. & ſeq.* At legatarius habens titulum à defuncto iuſtè poſſidet ſi propria auctoritate poſſeſſio-

12 nem eſt ingreſſus, † poteſt enim non adita hæreditate propria auctoritate ingredi, *Menoch. de adipiſcend. remed. 4. num. 610. Corn. & alij ab eodem Menoch. allati,* idem dicit *Bald. in l. noſtra, num. 13. vbi Salicet col. 6. verſic. tertio caſu, Rom. conſ. 312. in princip. Natta conſ. 234. num. 5. ergo &c.* Conferunt ad eandem ſententiam omnes auctoritates congeſtæ *in d. quæſt. 10. in princip. & num. 221.*

Rurſus contrarium videtur aſſerendum, nimirum non eſſe legitimum contradictorem, neque impedire poſſe hæredis immiſſionem, probatur autem.

13 Primo, quia ad compeſcendam audaciam legatarij, qui debebat capere à manu hæredis, *l. non dubium, C. de legat.* ea pœna introducta eſt, vt non poſſit impedire hæredis immiſſionem, ſed cogatur reſtituere poſſeſſionem, *gloſ. in c. fin. in verbo in petitione de ſucceſſionibus ab inteſtato, Bero. conſ. 60. nu. 9. vol. 2.* qui bene declarat

Dec.

Dec.conſ.243.nu.4.poſt Socin.ſen.& alios Surd.conſ.253.num.2 vol.2. Maranta de
*ord.Iud.4.par.diſt.7.principali,nu.*10.vbi ſtatuit debere reſtituere hæredi, deinde
14 agere contra hæredem † vnde regula, vt legatarius hæreditate non adita poſſit pro
pria auctoritate capere, intelligitur quantum ad euitandam pęnam *l.non dubium*,
*C.de legat.*non vero quantum ad aliam pęnam, vt cogatur reſtituere, neque poſſit
impedire hęredis immiſſionem, vnde ſentiunt aliqui etiam, vbi conſtat non eſſe lo
cum Falcidiæ, locum eſſe reſtitutioni per interdictum quorum legatorum, & ita *ex*
Odofred.& Oldrad.ſententia trad. Rip.in l.1. ff.quorum legat.num.25. verſic.mihi
placet iſta opinio.
15 Secundo, quia † vbi poteſt allegari imminere detractionem Falcidiæ legatarius
qui propria auctoritate poſſeſſionem fuit nactus cogitur reſtituere, & ita non põt
impedire hæredis immiſſionem *Caſtr.in l.noſtra,num.13. Natta conſil.234.num.5.*
16 † & dum diſputatur, an legatum excedat dodrantem, nec ne, hæres debet immitti,
(ſi de hac negatiua non conſtat) ſaltem interdicto quorum legatorum, vt poſt *An-*
gel.& alios Menoch.de adipiſcen.remed. 2.col.fin.verſ.ſecundus eſt caſus, at ſemper
in ligatis hoc poteſt allegari, quando de negatiua non conſtat, vt in caſu noſtro, in
quo neque ſupponimus de negatiua conſtare, neque de affirmatiua, ergo &c.
Pro determinatione eadem diſtinctio amplectenda, quę in *d.q.10.art.16.* ex ijſ-
16 dem rationibus eodem in loco propoſitis † vt nempè ſi legatum excedat dodrantẽ,
ita vt detractioni Falcidiæ ſit locus, legatarius non ſit legitimus contradictor ſi con
tra legatum non excedat dodrantem, nullique detractioni locus ſit, & tunc legata-
rius ſit legitimus contradictor, quæ quidem diſtinctio probatur ex ijſdem rationi-
bus *in d.art.16.* in determinatione propoſitis.
17 Probatur ſecundo ex priuilegio retentionis, † quę quotieſcunque a vitioſo prin-
cipio non procedit eſt fauorabilior, quàm immiſſio vt latè *Surd.conſ.253.num.21.*
cum ſeq. Rota *in una ſancti Seuerini bonorum 20.Decembris 1610.coram* Reueren
diſsimo Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, in re autem noſtra à vitioſo principio nõ
procedit, cum nulli ſit facta iniuria, tum quia nullus poſsidebat, tum quia nullus ex
bonis occupatis aliquam detractionem poterat prætendere.
Probatur tertiò, ex receptiſsima omnium interpretum ſententia, eã enim à mul
18 to magis tenent omnes relati in dicta quæſtione, articulo 16. dum arbitrantur † fi-
deicommiſſarium, qui propria auctoritate occupauit ſine licentia teſtatoris, aut alia
eſſe legitimum contradictorem, vbi ceſſant detractiones, nempè *Pariſ.conſ.13.nu-*
mero 115.Menoch.conſ.722.num.9.& alij ibidem relati eandem ſententiam ample-
ctuntur omnes narrati infra in ſolutione ad primum, nempè *Bart.Caſtr. R.pa.Cor-*
nel.Pariſ.Marant.Menoch.pluribus in locis Commen. Fulgoſ.Surd. locis ibidem alle
gatis, quibus addo Gloſ.in l.vnica in verbo in repudiatione, C. quorum legat. Ruin.
conſ.140.num.7.lib.5. Natta, conſ.234.num.6. Roland.*qui plures refert, conſ.68.nu-*
*mero 21.lib.3.Corn.poſt Caſtrenſ.& Alexand.*quos allegat *in l.noſtra, num.43.idem*
conſ.140.circa hanc conſultationem, lib.1.in fine, Dec.conſ.244 num.3.verſic.& ſtan
te iſta concluſione Caſtrenſ.conſ.395.in fin.lib.1. vbi dicit eum qui cepit propria au-
ctoritate teneri ad reſtituendum rem legatam, ſi immineat Falcidia, & non aliter.
Angel.conſ.77.& ſeq. vbi dicit communem *Alexan.conſ.163.in fine lib.6.* vbi dicit
19 † non habere locum interdictum, quorum legatorum, vbi non detrahitur Falcidia,
quamobrem idem erit dicendum in remedio legis noſtræ cum nõ detur diuerſitas
rationis, *Menoch.de adipiſcend.remed.4.num.642.& fuit dictum à Rota in una Ro-*
mana, ſeu Iannen.fideicommiſsi 1. Decembris 1589.coram Cardinali Plato, & Se-
nogallien.hæreditatis 27.Iunij 1577.coram Card.Aldobrandino, faciuntq; ad idem
aliæ deciſiones relatæ ſupra *in d.art.16.*
Rè ſic determinata ceſſant rationes hinc inde propoſitæ.
20 Ad primum pro affirmatiua reſpondendum † habentem titulum à defuncto, &
poſſeſ-

poſſeſsionem à ſeipſo eſſe legitimum contradictorem ſi illud tantū poſſideat, quod
ratione tituli ad eum pertinet, ſecus ſi quid pluris, tunc enim reſpectu partis exce-
dentis titulus deficit, vnde argumentum concludit, quando apparet non eſſe lo-
cum detractioni.

21 Ad ſecundum eadem † reſponſio nempè habentem titulum à defuncto poſſe
propria auctoritate capere poſſeſsionem, quando non excedit limites tituli, & ita
vbi non eſt locus detractioni, ſi enim locus ſit reſtituere tenetur.

22 Ad primum pro contraria reſpondendum † non eſſe tutam opinionem eorum,
qui arbitrantur ad compeſcendam ſimpliciter audaciam legatarij introductum eſ-
ſe, vt reſtituat poſſeſsionem rei legatæ, quando occupauit poſſeſsionem vacantem,
ita vt euitet tantummodo pęnam *l. non dubium, C. de legat.* non vero pęnam reſtitu
tionis, & neceſsitatem primo reſtituendi deinde petendi, veriori enim, & crebriori
interpretū calculo videtur recepta ea ſententia, vt reſtitutioni tantum ſit locus ſup
poſitis detractionibus faciendis *ad Bart. in l. 1. in fin. principij, ff. quorum legatorum*
Caſtrenſ. conſ. 292. colum. penult. verſic. ſuper 6. volum. 2. vbi apertè dicit fideicom-
miſſarium, etiam ſine licentia occupantem poſſeſsionem, quando hæres non poſ-
ſidet, neque imminet Falcidia, vel trebellianica non vitioſè poſſidere, & ſicut non
cadit in pęnam priuationis, ita poſſe legitimæ contradicere ſequitur *Ripa in d. l. 1.*
num. 24. Menoch. de adipiſcen. remed. 2. num. 21. Corn. conſ. 232. litera H. volum. 4.
Pariſ. ad Bart. in dicta l. non eſt dubium Marant. de ord. iud. 4. par. diſtinct. 7. nu. 10.
& Ratio eſt, quia audacia legatarij, ſolum cadit vbi eſt locus Falcidiæ, ideo ob eius
ſolam detractionem talis audacia reprimenda, vt rectè *Menoch. d. rem. 2. nu. 6.* idem
23 repetit *num. 67.* † hinc quando eſt prohibita Falcidia ceſſat interdictum quorum
legatorum ſecundum, *Com. Corn. & Fulgoſ.* quos refert, & ſequitur *Menoch. d. re-*
med. 2. num. 77. pluribus egregiè *Surd. conſ. 253. num. 17.*

Ad ſecundum reſpondendum non eſſe contra propoſitam diſtinctionem, quan-
do per illud probatur ſolum ratione detractionum cogi hęredem ad reſtituendum.

24 Declara vt eadem ſententia facilius procedat, quando † legatum fuit relictum
per modum inſtitutionis, quia quis fuit inſtitutus in re certa, videtur enim aſſeren-
dum aliquanto facilius propria auctoritate capere poſſe, cum verbum inſtituo talē
25 auctoritatem importet, vt dixi *ſupra quæſt. 10. n. 25.* ſecundus caſus. † Quod etiam
multo magis aſſerendum, quando fuit legatarius in re certa inſtitutus cum clauſula
omni meliori modo, eam enim coniunctam titulo inſtitutionis importare faculta-
tem capiendi propria auctoritate tradit *Curt. in l. noſtra, num. 49. Bero. conſil. 16.*
num. 37. vol. 2.

Declara ſecundo, vt eadem ſententia multo facilius procedat, quando legata-
rius viuente teſtatore ex alia cauſa, ſeu titulo poſsidebat, poſt mortem vero iure le-
gati retineat, tunc enim ceſſantibus detractionibus locum eſſe retentioni *tradit Ro*
ta in una S. Seuerini bonorum 20. Decembris 1610. coram Reuerendiſs. Sacrato Ar
chiepiſcopo Damaſceno.

27 Limitanda † determinatio propoſita ſtante ſtatuto prohibente, ne quis ante adi
tam hæreditatem, & poſſeſsionem ab hærede bona hęreditaria occupare poſsit, vt
extat Bononię *ſub Rub. quod nullus occupet poſseſſ. rei hæreditaria hæred. & poſſeſ-*
ſio. &c. Tūc enim ſi legatarius occupauerit poſſeſsionem ante aditam hæreditatem
propria auctoritate nihilominus reſtituere tenetur, hæc enim poſſeſsio vti nulla, &
iniuſta nempè contra ſtatutum obtenta *ad l. non dubium, ff. de legibus*, non facit legi
timum contradictorem prout eſſet ſi legitimè poſsideret, ita in ſpecie de legatario
ſermonem habens tradit *Menoch. poſt Corn. de adipiſcend. remed. 4. numero 642.* Et
quamuis dictum ſtatutum non prohibeat poſſeſsionē ingredi in illis caſibus in qui-
bus à lege, vel teſtatore eſt conceſsum, eſt tamen intelligendum de illis caſibus in
quibus lex expreſsè id concedat non illis, in quibus ingredientē non punit, eſt enim
inter-

28 interpretandum † vt aliquid iuri communi addat,& ita vt prohibeat in illis caſibus
in quibus iure communi non prohibetur, non tamen expreſsè conceditur, vt verè
eſt caſus noſter,quando bona ſunt vacantia,nec locus eſt detractionibus faciunt di
cta per *Bartol.in l.3.§.Prætor ait num.15.& Alex.num.11.ff.de damn.infect.*

29 Ampliatur † limitatio etiam ſi teſtator legando aliquibus verbis fuiſſet vſus,quę
poſſent importare licentiam capiendi propria auctoritate non tamen neceſſario im
30 portent,† in dubio enim pręſumitur teſtator ſe velle potius cõformare ſtatuto pro
hibenti ne liceat poſſeſſionem propria auctoritate ingredi, quam hanc licentiam
concedere *ad l.ſi duo,& ibi gl.ff.de acquir.hæred.Corn.conſ.83.nu.8.lib.2.*

Offert ſe hoc loci non leuis dubitatio, quando in controuerſiam vocatur, an ſit
locus detractioni,nec ne,an legata excedant dodrantem nec ne,cui incumbat pro-
bandi onus,an hæredi locum eſſe detractioni Falcidiæ, & legata excedere dodran
tem,vel legatario non eſſe locum Falcidiæ,quia fortè prohibita, vel ſi locus eſſet le
gata non excedere dodrantem.

Videtur dicendum ſpectare ad hæredem probare locum eſſe detractioni, & le-
31 gatum excedere dodrantem,† quia agenti incumbit onus probandi, *l.qui accuſa-*
32 *re,ff.de eden.* † iusque ex parte agentis metiendum, *Bart.in Authent.hoc locum nu
mero 21.verſic.3.C.de ſecund.nupt.*etiam ſi conſtaret reum nullum ius habere, *l.fi-
nal.C.de rei vindic. Dec.in l.qui accuſare,n.14.C.de edend. eſt text.in l.1 ff.ſi pars.*
33 *hæred.pet.*& non † curamus de iure poſſeſſionis ſi non conſtat de iure petitoris *Bal.
in d.l.fin.C.de rei vendic. Felin.in c.1.colum.3. verſic.quod autem de accuſat. De-*
34 *ciſ.Pedemont.144 nu.15.* quinimo † ſufficit reo offuſcare actoris probationes *Bald.
conſil.29.num.2.volum.2,*ſufficit ergo legatario dubium reddere, an Falcidiæ ſit lo
cus,an legatum excedat dodrantem, & ſi non probauerit hęres locum eſſe detra-
ctioni,& legatum excedere non obtinebit immiſſionem.

35 In contrarium † eſt communis omnium interpretum ſententia,à qua nullum vi-
di diſſentientem ſaltem apertè, *ita Angel. in l.1.ff.quorum legat.Corn.conſil.37. in
vlt.dubio,lib.3.circa primum,*Ripa *in d.l.1.ff.quorum legat.* idem antea ſenſerunt,
Bart.& Bald.*in d.l.1.sequitur Menoch.de adipiſcend.remed.2.num.*112.qui omnes
ſtatuunt, vbi certum eſt locum eſſe Falcidiæ, vel ſaltem dubium, ita vt non omni-
no appareat eam ceſſare, locum eſſe interdicto quorum legatorum quare nihil re-
pugnabit, quin etiam ſit locus legis noſtræ beneficio, cui ſemper eſt locus aduerſa-
rio iniuſtè poſſidente,iniuſtè autem poſſidet is à quo res poſſeſſa iuſtè aufertur,eã-
dem ſententiam tenere *Rotam ſupra in materia fideicommiſſarij vidimus quæſtio-
ne 10.num.229.in una Senogallien.fideicommiſſi 22.May 1606. coram Reuer.Sa-
crato Archiepiſcopo Damasceno,& in Romana de Capizucchis 5.Iunij 1606. coram
Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Card. Lancellotto.*

Probatur autem hæc ſententia, primò quia ſi ſufficeret ex parte Legatarij ſolũ
allegare legatum non excedere dodrantem,vel Falcidiæ non eſſe locum,nimis faci
le impediretur, aut ſaltem retardaretur interdictum quorum legatorum, aut legis
noſtræ beneficium,cum tamen aduerſus ea nihil poſſit opponi altam requirens in-
daginem,vt ſæpè,ſæpius repetitum,quando enim non planè, & incontinenti oſtẽ-
dit Legatarius locum non eſſe Falcidię, conſtat hanc exceptionem altam require-
re indaginem, conſequẽs ergo eſt,vt continuo hanc exceptionem probare debeat
Legatarius atque vti claris probationibus in quibus ſubtili interpretatione, & alta
indagine non ſit opus.

36 Secundo,quia † cũ multi teneant ẽt vbi non eſt locus Falcidiæ nihilominus lega
tarium eſſe compellendum ad reſtituendum vt tenet *Oldrad.& Odofred.* quos re-
ferr,& ſequitur *Ripa in d.l.1.ff.quorum legatorum,& refert Menoch. licet ab illis
diſſentiat in tract.adipiſcend.remed.2.num.213.* pro quorum ſententia non deficit
colorata ratio,quam attingit *Ripa in d.l.1.*, ſaltem eorum opinioni inhærendum,

quan-

quando eſt dubium, an ei ſit locus, cum enim fundamentum intentionis legatarij, ſit ceſſatio legitimæ, dubium autem fundamentum prodeſſe nequeat, *l. neque natales, C. de probat.* conſtat ſtante dubio nihil impedire hæredis immiſſionem.

37 Confirmatur † cum enim hæres habeat ſuam intentionem fundatam in regula
debere legatarium ab eo capere legata ſiquę ſua ſponte occupauerit teneri ad reſti
tuēdum, legatarius vero habeat ſuam intentionem fundatam in limitatione partes
illius erunt limitationem probare *gloſſa in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Bal. in ca-*
pit. 1. §. Iudices, num. 4. de pace iur. firmand. Roman. *conſ. 123. nu. 4. Corn. conſ. 318.*
col. 1. uol. 4. Bec. conſ. 1. num. 2. & conſ. 7. num. 17. & conſ. 83. num. 12. vbi alios citat
38 habens † enim regulam pro ſe dicitur habere rem certam, *Bart. in l. 2. colum. 1. ff. ſi*
quis in ius uocat. non iner. in l. quoties, ff. ſi quis cautioni, & intentionem fundatam
Bart. in d. l. quoties Dec. in l. 1. in 2. notabili. ff. de reg. iur. Socin. iun. conſ. 282. nu. 5.
volum. 2. cum ergo limitatio conſiſtat in eo, vel quod Falcidiæ non ſit locus, vel
quod legatum non excedat dodrantem, partes legatarij erunt hæc probare.
39 Tertiò, quia † quemadmodum actor fundamentum ſuæ actionis probare debet
vt ſupra, ita reus fundamentum ſuæ exceptionis ſiquidem in ſua exceptione partes
actoris ſuſtinet, *l. 1. in princ. iuncta gloſſ. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur* Bartol.
Bald. Caſtren. in l. 2. ff. ſi quis in ius uocatus non iuerit Innoc. in c. præterea de dilat.
Pariſ. conſ. 76. nu. 18. uol. 1. Rolan. *conſ. 13. num. 65. volum. 3.*
40 Ad † contrarium reſpondendum verum quidem partes actoris eſſe probare, eo-
que non probante, reum abſoluendum, verum id intelligendum quantū ad ea quæ
reſpiciunt ſuam actionem, non vero ad ea quæ reſpiciunt exceptionem rei, in ea ſi-
quidem, vt dictum eſt reus habet rationē actoris. At in re noſtra ſupponimus acto-
rem probaſse ea quæ ſpectant ad ſuam intentionem fundandam nimirum teſtamē-
tum non abolitum, & defuncti poſseſſionem tempore mortis inſimulque regulam
vt debeat legatarius ab hęrede capere, alioqui teneatur ad reſtituendum, *l. 1. ff.*
quorum legator. l. vnica, C. eodem. ideo partes legatarij erunt ſuam exceptionem
probare.

S V M M A R I V M,
decimiquinti Articuli.

41 *Falcidia ſemper eſt incerta.*
42 *Falcidia eſt quarta pars eius, quod in hæreditate ſupereſt deducto ære alieno.*
43 *Legatarius non ſuſtinet onera hæreditaria.*

ARTICVLVS DECIMVSQVINTVS.

Quando propria auctoritate obtinuit poſſeſſionem nullo iure concedente poſt aditam hæreditatem, & eſt paratus incontinenti docere de iure ſuo.

QVæ ſpectant ad hunc articulum propoſita fuere in quæſtione decima, articu-
lo 18. animaduertendum tamen poſtremam declarationem legatario appli-
41 cari non poſse in quo ſemper † Falcidia eſt incerta † cum enim ea debeat eſ-
42 ſe quarta pars eius, quod in hæreditate ſupereſt detracto ęre alieno, §. cum autem
Inſtit. de fideicom. hęredit. omneque æs alienum ad hæredem pertineat, ſi legata-
43 rio comparetur, † in quem onera hæreditaria non tranſeunt, antequam ſit facta
detra-

detractio æris alieni,non poteſt conſtare quanta debeat eſse legitima,qua de re aliqua attigi in *quæſt.* 10. *num.* 142. & infra dicam *in hac quæſt. art.* 20,

S V M M A R I V M.

Articuli deciminoni.

44 *Inſtitutus in re certa, quando propria auctoritate poſſeſsionem occupauit, legitimus eſt contradictor.*

45 *Legatum non eſt capiendum neceſſario de manu hæredis, quando conſtat de contraria mente teſtatoris.*

46 *Et ſi tacitè tantum, & per coniecturas appareat de uoluntate teſtatoris, qui uelit legatarium propria auctoritate capere.*

47 *Exequutor teſtamenti legatum propria auctoritate capere poteſt.*

ARTICVLVS DECIMVSNONVS.

Quando inſtitutus in re certa occupauit poſſeſsionem propria auctoritate ex licentia Teſtatoris.

44 COnſtanter † aſſerendum legitimum eſſe contradictorem, ſtante enim titulo
inſtitutionis, & licentia capiendi propria auctoritate conſtat legitimè eum
45 poſſidere, † regula enim vt legatum debeat capi de manu hæredis locum non ha-
bet,quando planè conſtat de contraria mente teſtatoris, *l. titia cum teſtamento,* §.
1. *& ibi not. Bart. ff. de leg.* 2. *Curt. iun. in l. noſtra, num.* 47. *Bart. in l. ex facto, la* 2. *ff.*
46 *de hæred. inſtit. pulchrè* Bero. *conſ.* 16. *num.* 37. *uol.* 2. † quinimo ſufficit tacitè,& per
coniecturam apparere de voluntate teſtatoris qui vellet legatarium propria aucto-
47 ritate capere puta,† quia conſtituerit eum exequutorem teſtamenti,vt notat *Bald.*
in l. non dubium, C. de legat. per l. fiſtulas, §. *fundum, ff. de contrahend. empt. Alex. in*
d. l. non dubium, & de fideicommiſſario dixi ſupra quæſt. 10. *num.* 19. *Curt. iun. in l.*
noſtra, num. 48. Iuſtum autem poſſeſſorem legitimum eſſe contradictorem indubi
tata eſt ſententia, vbique in hoc tractatu repetita.

S V M M A R I V M.

Vigeſimi Articuli.

48 *Legatarius qui poteſt propria auctoritate poſſeſsionem capere, & cepit non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem volentem immitti, vt Falcidiam detrahat.*

ARTI-

ARTICVLVS VIGESIMVS.

Quando legatarius poteſt propria auctoritate poſſeſsionem capere, & cepit, hæres autem vult immitti, vt Falcidiam detrahat.

MVlta in ſimili de hærede in ijſdem terminis prætendente immiſſionem, vel ratione trebellianicæ, vel ratione legitimæ ſupra dicta fuere, *quæſt.* 10. *ar-*
48 *tic.*6.9. & 10. quę hic quoque perpendi poſsent, verum breuitati inſeruiēs † paucis negatiuam ſententiam amplector legatarium non eſse legitimum contradictorem, neque poſse impedire hæredis immiſsionem, & ita arbitror aliud in detractione Falcidiæ aſserendum, quàm in Trebellianica, aut legitima ſupra dictum ſit.

Probatur autem hæc determinatio ex ratione differentiæ intercedentis inter Falcidiam, & alias detractiones, hæ ſiquidem tales ſunt, vt earum incertitudo non impediat quin heres pro ſua portione pro indiuiſo immittatur, Falcidia autē adeo incerta eſt, vt nulla poſsit determinari certa quota pro qua immittatur hæres, ideo intrat communis ea ſententia, cum qui iuſtè poſſeſſionem occupauit, non tamen eſse legitimum contradictorem vbi dantur detractiones ad cumulata ſupra *q.* 10. *num.*142. non enim poteſt adaptari ſolutio talem detractionem non impedire quin ſit legitimus contradictor in ea parte, quæ detractionem effugit, ea namque pars incerta eſt, & poſset ad nihilum redigi ob incertitudinem Falcidiæ, quæ licet ſit quarta pars bonorum, tamen quia debet eſse quarta eius quod ſupereſt deducto ære alieno, & poſset æs alienum maximam, vel paruam bonorum partem abſorbere, poſset & omnia bona complecti, ſequitur omnino incertum eſse quid nam detracta Falcidia poſſit penes legatarium remanere faciunt tradita ex mente *Corn. ſupra in d. quæſt.* 10. *num.* 142. *cum ſeq.*

Ex his ſequitur non apparere de iure legatarij, ideo quemadmodum fideicommiſsarius, ſi incontinenti de illius iure non apparet non eſt legitimus contradictor vt ſupra *quæſt.* 10. *nu.* 172. ita de legatario erit aſserendum, faciunt ad propoſitum omnia *in d. art.* 11. ſupra propoſita, quæ eodem modo in re noſtra concludunt, ſi recte applicentur, videantur ibi, & in ſpecie hanc ſententiam tenet *Ruin. conſil.* 31. *num.* 2. *in fine lib.* 2. *Grat. conſ.* 144. *num.* 5. *lib.* 2.

DECIMATERTIA QVAESTIO.

DEcimatertia quæſtio, vtrum poſſeſsio ob detractiones faciendas puta legitimę Trebellianicæ melioramentorum, &c. legitimus ſit contradictor.

Animaduertendum quantum ad legitimam attinet hanc quæſtionem hoc loci perpendendam, quando in vim ſolius legitimæ filius contradicit non reuocando in dubium iures teſtamenti, ita vt ſiuè in ſua legitima inſtitutus, ſiue præteritus, ſiue aliqua cauſa exheredatus nullum horum alleget, ſed ſuppoſito teſtamento efficaci ſolam prætendens legitimam eius reſpectu velit inſtitutum ab eius poſſeſſione obtinenda excludere, non reuocando in dubium nunquid in reliqua parte hæreditatis ſit admittendus, ſed id omnino concedens. Rurſus ſupponendum non reuocari in dubium, an talis legitima huic filio ſit debita, ſed heres ſuppoſito eam deberi filio, velit nihilominus in totum immitti, eo quidem conſilio, vt factus totius hereditatis poſſeſſor legitimam poſtea reſtituat; ſi enim filius occaſione legitimæ teſtamentum diceret nullum vel inofficioſum, quia aut præteritus, aut ſine cauſa exheredi-

hæredatus non tantum ageret de excludendo à tota legitima, ſed à tota hæreditate, ſi quoque negaret hæres legitimam filio deberi, puta quia iuſtè exhæredatus, tractatur de querela inofficioſi teſtamenti, de qua eodem loco agemus terminus, ergo huius quæſtionis, erit, vt illud inter partes conueniat legitimam filiò deberi, reliquam partem alij inſtituto, tunc quærimus, an filius legitimæ nomine poſsit contradicendo ab eius poſſeſsione hæredem arcere.

Terminis huius quæſtionis ſic conſtitutis, conſurgunt nouem Articuli.

Primus, quando filius propria auctoritate aliquam bonorum partem legitimę nomine occupauit.

Secundus, quandó ex Iudicis, ſiue Prætoris auctoritate eius poſſeſsionem fuit adeptus.

Tertius, quando fuit à teſtatore in re certa pro illius legitima inſtitutus.

Quartus, quando pro indiuiſo poſſeſsionem occupauit ratione ſuę ratæ, & eius tantum reſpectu contradicit ne hæres inſolidum immittatur, ſed cedit poſſeſsionem pro indiuiſo in rata hæredi debita.

Quintus, quando aduerſus fideicommiſſarium contradicit ob detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, vel alterius illarum, ne immittatur niſi facta prius tali detractione.

Sextus, An ſaltem pro indiuiſo fideicommiſſarius poſsit in poſſeſsionem ſingulorum bonorum immitti ratione ſuæ quartę.

Septimus, quando ob detractionem melioramentorum contradicit hæres, vt impediat immiſsionem, donec æſtimatio meliotamentorum reſtituatur, & meliorationes ſunt liquidæ.

Octauus, quando melioramentorum valor non eſt liquidus eo tempore quo immittendus fideicommiſſarius, is tamen offert cautionem de illorum æſtimatione perſoluenda, cum primum fuerit liquidatus eorum valor.

Nonus Maritus, vtrum ratione lucri dotalis prętenſi ſit legitimus contradictor in bonis dotalibus aduerſus hæredes ab vxore inſtitutos.

SVMMARIVM, Articuli primi.

1 *Poſſidens cum pari titulo legitimus eſt contradictor ſi incontinenti de iure ſuo probet.*

2 *Titulum habens, propria auctoritate poteſt rerum per mortem vacantium poſſeſſionem capere.*

3 *Legitimæ nomine patris bona dicuntur filio obligata, et filius legitimę nomine rem aliquam hæreditariã eligere poteſt, ſecundum aliquos authores.*

Contrarium verius, & receptius, ut infra num. 14.

4 *Electio cõpetit habẽti bona obligata.*

5 *Alienata à filio in legitimã imputãtur, quaſi in ijs legitimã elegerit.*

Declara ſi Iudex ad quem ſpectaret aſſignatio facienda, ita æquum fuerit arbitratus, vt infra num. 17.

6 *Fideicommiſſarius regulariter capere debet à manu hæredis.*

7 *Filius viuente adhuc patre dicitur quaſi Dominus totius patrimonij.*

8 *Poſſidens nõ eſt de poſſeſſ. eijciẽdus, donec declaratũ fuerit quid ei debeatur, & illud fuerit conſecutus.*

Declara ſi iuſtè poſſideat, puta ex auctoritate Iudicis rectè, & ritè procedentis, vt infra num. 18.

9 *Filius qui aliquam bonorum partẽ legitimę noĩe eligẽdo occupauit, non*

poteſt impedire quominus hæres in talia bona immittatur.

10 *Filius propria auctoritate non poteſt certa aliqua bona pro ſua legitima eligere, ſed partes Iudicis ſunt pro ſuo arbitrio aliqua ei aſsignare nec meliora, nec deteriora.*

11 *Legitima in quacunque re minima debetur, & ita ratione rerum, & corporum hæreditarium incerta eſt.*

12 *Legitimæ nullum corpus hæreditariorum ſubiectum conſiderari poteſt quemadmodum, neque aliquod omnino liberum.*

13 *Legitimæ nomine aliquod corpus occupans hæreditarium non dicitur ſimpliciter occupare id ad quod titulum habet, ſed ad quod titulum partim habet, partim non, & in re occupata dicitur plus accipere quã ſibi debeatur.*

15 *Legitimę nomine quid filio aſſignandum Iudicis arbitrio relinquendum.*

16 *Hypoteca, vt à Iure inducatur, expreſſo iure debet cautum eſſe debet.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando filius aliquam bonorum partem legitimę nomine eligendo occupauit, vultque impedire, quominus in ea immittatur hæres.

VIdetur affirmatiua ſententia tenenda, primo quia filius hoc modo poſſidens,
1 & iuſtè poſsidet, & cum titulo æquali inſtitutioni hæredis ergo, &c. † ſępius enim repetita, & vulgatiſsima ſententia eſt, poſsidentem cum pari titulo legitimũ eſſe contradictorem, potiſsimum ſi incontinenti ſit paratus docere de ſuo iure, quod ſupponimus, & ita hęc tria ſimul concurrunt, ita notant Doctores *in l. noſtra pracipuè Bart. num. 22. Alberic. num. 15. Corn. num. 43. Dec. num. 48. idem in c. conſtitutus il 2. col. vlt. verſic. praterea de appellat Crauet. conſ. 69. in fin. Menoch. de adipiſcẽda remed. 4. nu. 634. & conſ. 722. nu. 3. Bart. in l. filium, & ibi Alex. ff. ad Trebell. Socin. iun. conſ. 75. nu. 18. lib. 1. Rota in una Vrbeuetana hæreditatis 12. Decembris 1567. coram Cardin. Seraphino, & in alijs allegatis in Romana de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto, num. 3.*

Antecedens quantum ad titulum eſt indubitatum, eſt enim titulus legitimæ,
2 quod autem iuſtè poſsideat, probatur, quia † titulum habens poteſt propria auctoritate rerum per mortem vacantium poſſeſsionem capere, vt poſt *Felin. Dec. Galiaul.* Alciat. *Præpoſit. Igneum, & alios Neuiz. conſil. 82. num. 11. Corn. conſil. 140. circa hanc conſultationem, lib. 1. in fine, vbi de communi Dec. conſil. 242. vt clarior reddatur, numero 3. verſ. et ſtante iſta concluſione Bero. 142. numero 5. lib. 2.* & nos alibi diximus alias auctoritates afferentes, neque ſolum rerum in communi poſſeſſarum capere poſſe videtur, ſed eam rẽ eligere quæ magis ei placuerit, † bona enim
3 patris eſſe filio obligata, & ideo filium aliquam rem hæreditariam eligere poſſe tenuerunt *Iacob. de* Arena *in l. Marcellus, §. res quæ in fin. ff. ad Trebellian. et ibi Oldrad. quem etiam citat, et ſequitur* Alberic. *in fine, qui monetur per l. creditores, ff. de diſtract. pignor.* † vbi habenti bona obligata datur electio, *Bald. in d. l. creditores,*
4 *ff. de diſtract. pignor. Ioannes de Imola, in l. Marcellus, §. res quæ in fine, vbi dicit hãc eſſe notabilem, & allegat etiam Cyn. pro hac opin. Iaſ. ibidem nu. 16. plures citat* Bolognet. *in l. in quartam, nu. 25. ff. ad l. Falcidiam, et pro iſta parte Oldrad. conſ. 107. in fine, verſ. indebito vero,* Bald. *conſ. 171. lib. 1. Gabriel. lib. 6. tit. de legat. concluſ. 5. num. 2. vbi aliquos citat* Roman. *conſ. 277. non eſt dubium, num. 3. verſic. hoc autem,*

vbi

vbi dicit filium eſſe creditorem in bonis paternis pro legitima, & mortuo patre, ita habere bona ſibi obnoxia, & obligata, vt poſſit illa retinere, & ipſa ſibi pro legitima eligere *Bertrand. conſ. 59. viſo proceſſu, num. 5. lib. 3. in nouiſs. Picus, in d. l. in quartam qui aſſerit hanc ueram, & Alex. qui contrarium tenuit, erraſſe in terminis.*

5 Hinc † conſtat filium de quacunque re hæreditaria nomine legitimæ rectè diſponere poſſe, vnde ſi res hæreditarias hoc nomine alienet ſuſtinetur alienatio, reſque alienata in eius legitimā imputatur quaſi in ea legitimam elegerit *facit text. in d. l. Marcellus, §. res quæ, ff ad treb. vbi omnes maximè Alex. & Iaſ.* Bald. in l. iubemus *nu. 3. C. ad Trebell idem Iaſ. conſ. 89. num. 3. lib. 1. Crauet. conſ. 8. num. 21, lib. 2. Pariſ. conſ. 17. nu. 32. in fin. & conſ. 18 in fine, & conſ. 44. nu. 46. & conſ 60. n. 45. lib. 2. Socin. conſ. 36. col. 1. lib. 3. Aret. conſil. 18. viſo, & diſcuſſo, num. 5. quid communi Alexan. conſ. 3. num. 6. lib. 3.* Bald. *conſ. 42. lib. 4. nu. 2. & conſil. 185.* Res *alienata, lib. 4. Caſtren. conſ. 77. nu. 2. lib. 1. & conſil. 469. num. 2. lib. 2. Dec. conſil. 202. latè Pariſ. conſil. 17. & 18. lib. 2. Socin. iun. conſil. 136. num. 14. lib. 1. qui magis receptam teſtatur. Capra conſil. 18. num. 20. & conſil. 32. num. 8. & conſil. 49. in fin. Corn. conſil. 303. colum. penult. circa medium, lib. 4. & 146. nu. 24. lib. 2. Doctores præcipuè Ripa in l. in quartam, num. 96. & ſeq. & nu. 120. ff. ad Trebellian. Doctores in l. filium quem habentem, C. famil. herciſcund. Perſonalis de adipiſcend. nu. 429. plures cumulat Gabr. de legit. concluſ. 4. nu. 8. Menoch. conſil. 232. nu. 45. Vincent. de Franch. deciſ. 80. Grãmat. deciſ. 93. nu. 23. nu. 5. & 6. Seraph. deciſ. 536. n. 6. & fuit dictum in Maceraten. fideicommiſſi 16. February 1601. coram Reuer. Sacrato Archiepiſc.* Damaſceno.

Secundò confirmatur, quia ſi fideicommiſſarius hæreditate vacante poteſt rerũ hæreditariarum poſſeſſionem capere, vbi non ſunt faciendæ detractiones, vt in quæ
6 ſtione 10. num. 9. latè firmauimus, † qui tamen ex ordinaria regula deberet capere à manu hæredis, cuius fidei bona hæreditaria ſunt cõmiſſa *l. reſtituta, ff. ad Trebell.* cum alijs ſæpius adductis, quanto magis poterit filius, cuius legitima non eſt fidei
7 hæredis commiſſa † qui viuente ad huc patre dicitur quaſi Dominus totius patrimonij, *l. in ſuis, ff. de liber. et poſthum.* tanto fortius ſuæ legitimæ, quaſi Dominus erit, ita vt propemodum abſurdum videatur debere quod ſuum eſt ab aliena manu accipere.

8 Secũdo probatur, quia nullus † poſſidens eſt de poſſeſsione deijciẽdus donec declaratum fuerit, quantum pro legitima ei debeatur, & eã fuerit conſecutus, *l. filiam fratribus cum ibi notatis, ff. ad Trebelliã. Caſtren. conſ. 215. in fine lib. 2. Bald. conſ. 171. poſt med. lib. 1. Purpur. conſ. 104. n. 8. et fuit dictum in una Romana Palatij dell'Aquila 16. May 1610 coram Illuſtriſſ. Card. Lancell. in fine.* At in re noſtra filius poſsidet, vt ſupponitur ergo &c.

9 In † contrarium eſt opinio *Zuchard. hic n. 430. Menoch. de adipiſc. remed. n. 643. Perſonal. de adipiſcen. n. 429.* qui licet paucisſimis ita determinent re parum admodum perpenſa, non tamen à recta ſemita aberrant.

10 Probatur horum ſentẽtia † primo quia filius propria auctoritate certa aliqua bona legitimæ nomine occupans nõ eſt iuſtus poſſeſſor nõ enim in illius eſt facultate eam eligere partem in qua ſuã legitimam velit, ſed partes Iudicis ſunt pro ſuo arbitrio aliqua bona ei aſsignare nec meliora, nec deteriora, ſed media quibus pro legitima ſit conſultum, *ita Bar. in l. in quartam, colum. 3. verſic. quarto quæro, et ibidem Alexand. num. 15. Ripa numero 111. et ſeq. ff. ad leg. Falcid. Idem Bartol. in l. 2. C. quando, et quibus quarta pars, lib. 10. Bald. in l. ſcimus colum. 2. C. de inoff. teſtamen. Alexan. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebellian. vbi aſſerit eſſe de omnium mente Iaſ. ibid. n. 16. Aret. conſ. 156. vbi dicit communem Caſtrenſ. conſil. 247. num. 4. lib. 1. Corn. conſ. 282. colum. 1. lib. 1. Guidopap. deciſ. 336. num. 10. Bart. in l. ſuus quoque ad finem principij, ff. de hæred. inſtit.* Dec. *conſ. mihi 236. nu. 9. Pariſ. conſ. 45. nu. 2. lib. 2. Alex. conſ. 134. num. 4. lib. 4. Picus d. l. in quartam, num. 152.* vbi hanc dicit com-

X 2 munem

munem *Ant.Gabr.ſub tit.de legitima concluſ.4.num.4.*eandem ſententiam tenent alij quos in reſponſione ad primum infra afferemus addo *Curt.iun.conſ.21.numero 10. vbi de communi Gabriel.conſ.128.nu.2.vol.2. Ruin.conſ.17.num.1.vol.5.* Si ergo cum non poſſit propria auctoritate aliqua bona occupare occupans eſt vitioſus poſſeſſor,conſtat non eſſe legitimum contradictorem,vt ſæpius decantatum,& trad.*Corn.in l.noſtra,num.43. verſic.hec vera.Dec. numero 48. verſic.ſed poteſt reſponderi Zuchard.numero 423.Anton.Gabr.in ſuis concluſ. tit.de fideicommiſſ.concluſ.5.num.2.Menoch.de adipiſcend.remed.1.num.* 107.*& conſ.4.nu.675.*enm *alibi*

11 *copioſius deductis.*†

Confirmatur ſecundo, quia certum eſt legitimam in quacunque minima re deberi,& ita ratione rerum,& corporum hæreditariorum incertam eſſe, *l.libertus,ff. de bonis libert.cum alijs adductis per* Peregr.*de fideicõ.art.36.n.72.*& ideo quemad

12 modum † nullum corpus poteſt in hæreditate conſiderari liberum cum nullum ſit exemptum ab huiuſmodi detractione, vt latè deduximus alibi *ex* Rota *ſæpius, & Surd.deciſ.333.nu.13. & 14.* ita nullum poteſt conſiderari omnino legitimæ ſubiectum,vt ſola naturalis ratio ſuadet, & ita nullum erit, quod ab hærede occupari poſſit tanquam in eo ſua legitima conſiſtat.

Ad primum reſpondendum habentem titulum propria auctoritate poſſeſſionẽ rerum morte vacantium occupare poſſe ſi eas res ſolum occupet,ad quas tit.habet, & ita ſi certa ſint eorũ corpora ſecus ſi non eas ſolũ,quia cum incerta ſint eorũ corpora,& per minimã quamque rem hæreditariã vagantia nullũ detur corpus in quo

13 abſolutè tit.competat,licet nullum detur omnino à titulo exceptum † talia.n.corpora occupans nõ dicitur ſimpliciter occupare id ad quod tit.habet;ſed ad quod partim ~~ad quod~~ non habet,& ita in re occupata diceretur plus accipere,quam ſibi debeatur, quod iniuſtum,*l.ſi non ſortem,§.ſi centum ff.de cond.indeb.* & vnum pro altero acciperet, quod eſt abſurdum, quemadmodum.n.debitor non poteſt vni pro alio ſoluere,*l.2.in princ.ff.ſi cert.pet.*ita neque creditor poteſt vnum pro alio ſibi accipere relatiuorum enim idem eſt iudicium, *l.1.C.de indict.vid.toll.l.1.C.de cupreſſis,lib.11.*

14 Nihil facit bona patris videri filio obligata ideo filium eligere poſſe † in contrarium eſt enim recepta interpretum ſententia bona patris non eſſe filio hypothecata,& ideo nec ei electionem competere ita *Alexan. in l.in quartam, nu.16.ff.ad l. Falcid.& conſ.78.nu.5.vol.3.vbi teſtatur de communi Dec.conſ.235.ſub n.6.Surd. conſ.51.nu.8.vbi reſpondet contrar.allegatis,nu.4.Ruin.conſ.17.nu.8.lib.5.ita Salic.*Alex.*Dec.Ant.de* Padilla *Afflic.Neguſant.qui dicit communem Gabr. qui dicit communem Rip.*Ant.*Cuchius qui receptam opinionem nuncupat quos refert, & ſequitur Craſ.in* §.*legitima,q.14.*Rota *Auenionen.Deciſ.52.in deciſ.Diuerſ.tit.3.ui de* Raudenſ.*in tract.de analog.cap.19.nu.66. hine non poſſe filium aliquam rem ſibi pro legitima eligere frequentiſsimè receptum*, vt ex multorum auctoritatibus diximus in primo negatiuæ ſententiæ argumento quibus addo *Aleiat. in l.in quartam num.24.Soc.iun.nu.103. verſic.contrariæ*, qui eiuſdem ſententiæ recenſet, *Corn.&*

15 *Aret.ff.ad l.Falcid.* hoc idem ſentiunt innumeri docentes † Iudicis arbitrio relinquendum, quodnam filio aſſignãdum pro legitima quos cumulatè refert, *Menoch. de arb.iud.lib.2.caſu* 158.*nu.*21.hinc contrarium ſentientes in erronea ſunt ſententia,quod potiſſimum ea ratione ſuadetur, quia nullo iure cautum eſt talem Hypothecam competere,vt rectè *Craſſ.loco ſupra citato poſt Ant.Cuchium in tractatu de*

16 *legitima,cap.2.num.3.*† vt enim Hypotheca inducatur expreſsè cautũ eſſe oportet *l.ante omnia,ff.de probat.* præterea ſi bona patris eſſent obligata filio nõ omnia inſolidum,ſed ſingula corpora pro ſua rata,ideo nullum inſolidum eligere poterit,nõ ita eſt in creditore habẽte hypothecata bona,debitoris, omnia.n.corpora inſolidũ ſunt hypothecata,ideo aliquod eorum inſolidum eligere poteſt, nihil facit ſi bona

aliqua

17 aliqua alienauerit filius, ea in legitimam imputari. † Id enim verum; ſi Iudex ad quem ſpectaret aſsignatio fienda, ita ęquum fuerit arbitratus, qui cognouerit rem non fuiſſe ſub dolo alienatam, ſed fortè neceſsitate poſtulante, ita vt non alienauerit filius, eo animo, vt re alienata priuaret hęredem, cogeretq́; eum pati vt in ea re legitimam conſequeretur ita *Dec. conſil. 236. num. 10. & conſil. 237. num. 14.* vbi de communi *Antonius Cuchius in tractatu de legitima, num. 22. Ripa d. l. in quartam, num. 98.* faciunt quæ eleganter Maſſinus affert *Centuria 1. diſtinctio. 67. num. 11. & 20.* hinc talia bona dicuntur in locum legitimę cedere ex Iudicis approbatione cuius partes fuiſſent eam in re certa aſsignare; non verò ex electione hæredis.

Ad ſecundum reſpondendum ad fideicommiſſarium vbi non dantur detractiones totum ſpectare, ideo propria auctoritate occupando illud tantum occupare, quod ad eum ſpectat, ſecus in filio, qui quamcunque rem occupando dicitur in ea plus occupare quam ſibi debeatur, & vnum pro alio accipere, quod non eſſe admittendum paulo ante diximus, & quamuis legitima non ſit commiſſa fidei hæredis nihil facit; non enim dicimus in hęredis electione eſſe quam velit partem âſsignare, nec dicimus legitimam à manu hæredis capiendam, ſed ex licentia Iudicis poterit filius eam accipere etiam inuito hęrede, ita vt non à manu eius, in quantum poſtremo dicebamus, quaſi dominum eſſe, ideo dominium continuari reſpondendum, quaſi Dominum valde à vero Domino differre, ideo non eſse abſurdum, vt filius licet quaſi Dominus, qui etiam creditor appellatur a manu, vel debitoris, vel Iudicis non propria illud accipiat, quod ſibi debetur.

18 Ad tertium reſpondendum † poſsidentem non eſse de poſſeſsione deijciendum quando iuſtè poſsidet, puta ex auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis & ita procedere omnes auctoritates in argumento allatas ſatis apertè ex earum lectura apparet, & quicunque eas viderit, facilè intelliget.

SVMMARIVM, Articuli ſecundi.

19 *Filius quando legitimę nomine Iudicis auctoritate aliquam partem bonorum fuit adeptus legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem petentem immiſsionem in talia bona, donec declaratum fuerit in quibus legitima ſibi debeatur.*

Amplia etiam ſi aliquam rem hæreditariam ratione alimenti à Iudice obtinuerit, dum aliam ex uoluntate, & diſpoſitione teſtatoris iam poſsideret, vt num. 26.

20 *Poſsidens auctoritate Iudicis iuſtè poſsidet præcipuè ſi Iudex iuſtè proceſsit.*

21 *Legitimam filio aſsignare, partes Iudicis ſunt.*

22 *Appellationi tamen eſt locus ſi Iudex perperam aſsignaſset ſecundum aliquos.*

23 *Appellatio hæc tamen non facit, quin filius dicatur legitimus contradictor donec cum eo ſummariè diſcurſum fuerit, quis meliora habeat iura. Quinimo verior ſententia eſt talem appellationem non dari, vt num. 25.*

24 *Iudicis decretū præſumitur iuſtum, donec contrarium probetur.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando Iudicis auctoritate filius aliquam partem bonorum legitimæ nomine fuerit adeptus.

19 BBreuiter † determinandum filium eſſe legitimum contradictorem, donec de-
claratum quantum, & in quibus bonis ſibi legitima debeatur ita *Caſtren.con-
ſil.215.nu.5.lib.2.in nouiſs.* Bald.*conſ.171.poſt med.lib.1.* qui licet non loquatur de
poſſeſſione capta ex auctoritate Iudicis, & contra hæredem, loquitur tamen de iu-
ſta poſſeſſione ratione legitimæ, & contra fiſcum bona ob delictum patris præten-
dentem *Purpur.conſ.104.nu.8.Pariſ.conſ.81.nu.14.in fine, & ſeq. & nu.21.lib.2.
Zuccard.hic nu.375.Perſonal.de adipiſc.nu.439.Rota in una Romana Palatij del-
l'Aquila 16.May 1600.coram Illuſtriſs.Card.Lancellotto in fine.*
20 Et rō eſt † quia poſſidēs auctoritate Iudicis iuſtè poſſidet *l.iuſtè poſsidet.ff.de acq.
poſſeſs.* potiſsimum ſi Iudex ritè procedat, quod in re noſtra contingit in qua vno
21 omnium interpretum ore illud receptum † partes Iudicis eſſe, in eiuſque arbitrio
poſitum aſsignare legitimam filio in hac, vel in alia re *Bart.in l.ſuus quoque in fine
princ.ff.de hared.inſtit.Alex.in l.Marcellus,§.res qua,nu.10.ff.ad Trebell.Bald. in
l.filium,quem habentem,nu.16.C.famil.herciſc.Rol.ſuar.in repet.l.quoniam in prio
ribus ampliat.11.nu.8.C.de inoff.teſtam.Bering.Fernand.& Rip.in d.l.in quartam
num.112.& ibid.Alciat.nu.24.Ant.Gabr.lib.6.concluſionum tit.de legit.concluſ.3.
Ant.Cuch,in auth.nouiſs.Dubium,* Vtrum legitima ſit deducenda de ſingulis rebus
*Oldrad.conſ.113.quæſtio qua quaritur Soc.ſen.conſ.57.nu.35.lib.4. Aret.conſ.155.
nu.9.Dec.conſ.236.*Bologn.*conſ.59.col.1.* Ruin.*conſ.131.nu.15.lib.1. & conſ.57.nu-
mer.25.lib.5.Pariſ.conſ.16.n.69.vol.2.& conſ.45.nu.5.eod.lib.2.Curt.iun.conſ.21.
num.10.Rolan.à Valle conſ.78.nu.15.lib 1.*Rub.*conſ.156.nu.10.Menoch.* qui com
plures enarratorum allegat *in tract.d.arbitr.Iud.caſu 165.nu.21. Michael.Craſſ.in
§.legitima,q.16.nu.1. Rota in una Peruſina 20.Martij 1589.coram Gipſio in una
Romana de Valle 14.Iunij 1591.coram Comitulo,& Viterbien.6.Iunij 1603.coram
R.P.D.Pamphilio.*
22 Neque † obſtat appellationi locū eſſe ab hac Iudicis declaratione ſi fortè ita aſsi
gnaſſet, vt filio non prodeſſet, & alij noceret *ad* Rip. *in l.in quartam num.122.&
125.& Ruin.conſil.59.num.21.verſic.nec dicatur lib.4. & Piccus in l.in quartam,
23 numero 147.ff.ad trebellianic.* † non enim propter hoc fit quin filius dicatur legiti
mus contradictor ad impediendam hæredis immiſsionem, donec ſecum ſummariè
24 diſcutiatur quis illorum meliora, & potiora iura habeat † cum præſumptio ſtet pro
Prætore donec contrarium probetur *ad gl.in c.præſentiū 7.q.1. videatur* Perſonal.
25 *d.n.439.verſ.& quāuis,* † Neque eſt omnino certum dari appellationē ab hoc iudi
cis decreto, ſi quidē ei ſtandum, neque ab eo appellari, aut recedi poſſe per reductio
nem ad arbitrium boni viri communiter receptum tradit *Pius in d.l. in quartam
nume.147. quem refert Vaſq. de ſucceſs. progreſſ.§.4. num.37.concluſ.6.*licet ipſe
Pius cōtrarium teneat ſi non leuis eſt læſio, quam ſententiam æquiorem dicit *Craſſ.
in §.legitima quæſt.17.num.8.*
26 Amplia † etiam ſi ratione ſupplementi aliquam rem hæreditariam à Iudice obti
nuerit, dum aliam ex diſpoſitione, & voluntate teſtatoris iam poſſideret, quæ tamē
verum legitimæ valorem non complecteretur; vtrumque enim iuſtè poſſidet primum
quidem, quia Iudice auctore *ad l.iuſtè poſsidet,ff.de acquir.poſſeſs.* ſecundum verò,
quia poſſidet ex licentia teſtatoris ad trad.in ſequenti articulo, & alibi ſæpè.

S V M M A R I V M
Articuli tertij.

27 *Filius in re certa pro legitima à patre inſtitutus, ſiue poſſeſſionem propria auctoritate fuerit nactus, ſiue non, legitimus eſt contradictor aduerſus heredem in talem rem immiſsionem petentem.*

28 *Filius in re certa legitimæ nomine à patre inſtitutus, propria auctoritate capere poteſt.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando fuit à teſtatore in re certa pro legitima inſtitutus, ſiue eius poſſeſſionem propria auctoritate fuit nactus, ſiue non.

27 ET procul † dubio ea amplectenda eſt ſententia, vt legitimus ſit contradictor, quam tenuit præ cæteris *Perſonalis in d.tract. adipiſcend. nu.* 431.

28 Probatur autem, quia in † hoc caſu propria auctoritate capere poteſt, *vt Iaſ.in l.non dubium, nu.4.C.de legat. Dec. hic nu.24.verſ.imò, & ibi Zuccard.nu.158. Ripa in l.1.nu.16.ff.quor.legat. & in l.in quartam, num.116.ff.ad Trebell. Rimin.iun.in princ. Inſtit.de donat.nu 555. Rub conſ.33.nu.5. Durand.in tract.de arte teſtandi, tit.6.caut.12.num.2.* Ideo ſi cepit iuſte poſſidet vnde iuſtus contradictor; ſi verò nō cepit capere poteſt, vnde eo modo eſt contradictor, quo de fideicommiſſario antea diximus, quando habet auctoritatem à teſtatore capiendi propria auctoritate *quæſt.10. num. 17. cum ſeqq.* non enim minus ius habet filius in legitima, quam fideicommiſſarius in bonis fideicommiſſo ſubiectis, Hinc notandum in omnibus alijs caſibus, in quibus propria auctoritate bona aliqua pro legitima filius capere poteſt, ſemper legitimum eſſe contradictorem.

Confirmatur, quia vbi conſtat teſtatorem tacite, vel expreſſe voluiſſe de re particulari quartam deduci, tunc ex tali re ſola poteſt quarta deduci, *l.cum quo, §.vlt. & l.quod autem in fin.ff.ad leg.Falcid.§.ſi quis vna, Inſt.de fideicommiſ.heredit.recte Maſinus centuria 1 diſt.67.nu.16.* ſi ergo iuſte ex tali re quartam deduxerit hæres, aut deducere velit conſtat ab ea obtinenda quemcumq; alium excludere poſſe.

S V M M A R I V M
quarti Articuli.

29 *Poſſeſſionis commodum maximi eſt momenti.*

30 *Filius non poteſt propria auctoritate apprehendere legitimam, ſed debet ab herede petere, & iudice mediante ei eſt aſsignanda.*

Ratio ſecundum Bart. eſt propter incertitudinem æris alieni, vt in numero 34.

Declara ſi velit pro diuiſo eam capere in certa re ſecus ſi pro indiuiſo in omnibus bonis, vt num.39.

31 *Communionē contrahere nemo eſt cogendus.*

32 *Legitima eſt quota bonorum ſecundum multos.*

Declara, vt num.40. & 41.

33 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

35 *Filius à legitima excluditur ſi æs alienum totum exhauriat patrimonium.*

36 *Filius, qui pro indiuiſo poſſeſſionem occupauit nomine legitimæ ratione ſuæ ratæ, eſt legitimus contradictor*

ne

ne hæres inſolidum in poſſeſſionem immittatur.

37 *Titulum habens rerum vacantium poſſeßionem iuſte occupat.*

38 *Legitimæ nomine pro indiuiſo poßidens cum fiſco donec ei ſatisfiat, vel præſenti pecunia, vel conſignatione legitimæ pro diuiſo, non eſt ſua poſſeßione priuandus.*

42 *Fauori ſuo quilibet renuntiare poteſt.*

43 *Legitima continuo poſt mortem parentis debetur vna cum fructibus.*

44 *Legitimam, ſi quis conſequatur poſt aliquod tempus fructus quoq; præteriti temporis iuſte prætendit.*

45 *Minus accipit qui ſerius accipit.*

46 *Hæres hæreditate fideicõmiſſario reſtituta tenetur pro rata reſpiciente Trebellianicam creditoribus hæreditarijs, fideicommiſſarius vero pro reliqua parte.*

47 *Ratio eſt anima legis.*

48 *Leges nihil fruſtra faciunt.*

49 *Hæreditas pro parte vacans legitimæ accreſcit.*

50 *Hæreditas portioni tantum hæreditariæ accreſcit.*

51 *Legitima mediante hæreditatis petitione peti poteſt.*

52 *L. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. teſtam. declaratur.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando pro indiuiſo poſſeſſionem occupauit ratione ſuæ ratæ, & eius tantum reſpectu contradicit contendens ne hæres inſolidum immittatur, ſed poſſeſsionem pro indiuiſo cedens iuxta portionem ad hæredem ſpectantem vult in alto manuteneri donec per diuiſionem, & particularem rerum aliquarum aſsignationem ſibi ſatisfiat.

NVllum vidi huiuſmodi articulum tangentem quamuis nihil prohibeat quominus de facili contingere poſſit quinimo prudentiſſimum ſit futurum filij conſilium, ſi hoc ſibi conſulat modo, ne tota hæreditas ad alienas manus perueniat
29 antequam quidquam conſequatur, amittatque interim † poſſeſſionis commodum, quod maximi eſt momenti *ad §. commodum, Inſtit. de interdict. cum vulgarib.*

Videtur dicendum non eſſe legitimum contradictorem.

30 Primo, † quia filius non debet propria auctoritate apprehendere legitimam, ſed debet eam ab hærede petere, eique Iudice mediante eſt aſſignanda, *Bald. in d. l. 2. C. quand. & quibus quarta pars lib. 10. Picus* qui dicit hanc communẽ *in l. in quartam, nu. 159. Ant. Gabr. titulo de legitima concluſ. 4. nu. 4. Craſſ. in §. legitima q. 16. num. 3.* Ideo propria auctoritate capiens iniuſte poſſidet, & per conſequens non eſt legitimus contradictor, vt ſæpius decantatum.

Secundo, quia dato huiuſmodi contradicendi modo, quia hæres immitteretur
31 pro indiuiſo cum tamen † nullus ſit ad communionem cogendus, ſolet enim non raro eſſe periculoſa facit *tex. in l. nulla ſocietas, vbi Doctor. ff. pro ſocio tradit in propoſito noſtro, Craſſ. in §. legitima, q. 16. num. 1, verſ. nam æquitas eſt.*

32 Tertiò, quia † cum legitima ſit quota bonorum non vero hæreditatis, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. teſtam. Bart. in l. ex facto, num. 1. ad finem ff. de hæred. inſtit. Alex. conſ. 150. vol. 6. verſ. item videamus, lib. 2. Craſſ.* qui *ſexcentos congerit inter quos plurimi de communi teſtantur in §. legitima, q. 1. nu. 2. dixi ſupra q. 10. nu. 152.*

Cum-

33 Cumq; † bona intelligãtur deducto ære alieno, *l. ſubſignata,* §. *bonorum appellat. 49. & propriè. ff. de verbor. ſignif. l. mulier, ff. de iur. dot.* ſequitur hæredem non poſſe le-
34 gitimæ nomine poſſidere, niſi deducto prius ære alieno, † hinc propter incertitudinem æris alieni non poteſt filius propria auctoritate capere poſſeſſionem, vt dixit *Bart. in l. 2. C quando, & quib. quarta pars lib. 10. Aret. conſ. 157. col. finali,* quem re-
35 fert, & ſequitur *Rip. in d. l. in quartam, nu. 113.* hinc etiam fit; † vt ſi æs alienum totum exhauriat patrimonium creditores hæreditarij excludant filium à legitima, *Oſaſch. deciſ. 148. nu. 12. Franc. Marc. q. 433. And. Gayl obſer. 119. num. 11. Crauet. conſ. 219. Iaſon* § *item ſi quis in fraudem, nu. 50. Inſtit. de action.*

36 Contrariam † ſententiam veriorem reor, quam probo.

Primo, quia qui pro indiuiſo hoc modo poſſeſſionem occupauit legitimę poſſidet, ergo eſt legitimus contradictor, conſequentia ſæpiſſime antea probata, Antece-
37 dens manifeſtum redditur ex ſæpius repetita ſententia † eum qui habet titulum poſſeſſionem rerum per mortem vacantium legitimè occupare poſſe, ac iuſte poſſidere poſtquam occupauit ad cumulata per *Neviz. conſ. 82. nu. 11.* faciunt relati à nobis ſupra hac *ead. q. nu. 2.* hic enim habet titulum pro legitimæ rata nimirum, aut trientem, aut ſemiſſem in quacumque parte minima hæreditatis, vt diximus ſupra *hac ead. quæſt. nu. 11.* quamobrem cum pro ſua rata indiuiſa poſſeſſionem obtineret illud poſſidet tantum ad quod titulum habet.

38 Secundo, quia † in ſimili, quinimo in fortioribus terminis traditum poſſidentem pro indiuiſo cum fiſco legitimæ nomine manere in poſſeſſione donec ei ſatisfiat, vel præſenti pecunia, vel conſignatione legitimæ pro diuiſo, *Bald. conſ. 171. lib. 1.* ex quibus elicitur filium nomine legitimę pro indiuiſo poſſidere, & eatenus ſuam poſſeſſionem durare, quatenus pro diuiſo ſibi certa corpora aſſignentur, ita vt ante aſſignationem excludat fiſcum ab ea poſſeſſione, quam ipſe pro ſua rata detinet; Idem ergo erit dicendum, quando non concurrit cum fiſco, ſed cum hærede.

Ad primum reſpondendum filium non poſſe propria auctoritate legitimam ca-
39 pere ſi velit † pro diuiſo eam capere in certa aliqua re, in ea enim occuparet plus iuris, quàm in ea habeat, & ſibi vnum pro alio inuito debitore acciperet, vt diximus hac *ead. q. num. 13. & 14.* ſecus ſi pro indiuiſo in omnibus rebus, tunc enim occupat poſſeſſionem vacantem iuxta titulum, non amplius, & per conſequens nulli iniuriam facit.

Ad ſecundum reſpondendum non dari communionem inuito hærede, quia poterit ſemper iudicio familiæ herciſcundæ à communione recedere, quod ſufficit ad euitanda pericula diſſenſionis.

40 Ad tertium † reſpondendum, primo non eſſe omnino tutam opinionem Doctorum exiſtimantium legitimam eſſe quotam bonorum; an enim ſit quota bonorum, vel hæreditatis eſt quæſtio multum controuerſa, vt dixit *Rota in vna Spoletana hæreditatis 10. Martij 1606. coram Archiepiſcopo Bononien. vide, quę dicta ſunt ſupra in quæſt. 10. num. 157. cum ſeqq.*

41 Secundo reſpondendum † legitimam eſſe quotam hæreditatis, & quotam bonorum ſecundum diuerſas rationes; hæreditatis quidem ſi hæres quotam vna cum portione onerum eam reſpiciente ſua ſponte accipiat, Bonorum verò ſi eam velit immunem, & ab omni onere exemptam, non enim aliqua lege vetitum reperitur quominus poſſit filius ſua ſponte ſi velit partem onerum ſuæ quotæ proportionabilem ſuſcipere, verum quidẽ ſi libera ei, & ab omni onerę immunis quota aſſignetur, nõ poteſt filius quotã totius corporis bonorum, & iurium prætendere, ſed tunc primo æs alienum deducendum. Atque ita quidem diſtinguendum, cuique pro certo eſt habendum. Quæ enim ratio certe quidem excogitari poteſt, quare cautum ſit ne filius eam portionem onerum, quæ ſuam quotam reſpicit ſi velit accipiat, atquę ideo, ne eo volente legitima ſit quota hæreditatis? An forte eiuſdem fauor, ne oneribus,

ribus,& tertijs hæreditarijs, quæ non exiguæ ſolent eſſe moleſtiæ implicetur? An
vero commodum creditorum, ne cogantur ſuas actiones diuiſim intentare partim
contra filium pro rata ſuæ quotæ, partim contra hæredem, vel fideicommiſſarium
pro reliqua parte? An tandem commodum hæredis?

42 Non primum equidem,† quia cum quilibet fauori ſuo renũciare poſſit, *l. fin. C. de
pact.* potuit filius renunciando fauore quotam hæreditatis accipere, præterea in ſpe-
cie noſtra fauor retorqueretur in odium, ſi is enim in cauſa eſſet, quominus ſaltem
pro indiuiſo legitimæ nomine quota hæreditaris poſſideret cum facile contingere
poſſit, vt aliquod reperiatur æs alienum difficillimæ liquidationis, quia non leues in
eo vigeant controuerſię, Tum facti quæſtionem valde implicitam reſpicientes, tum
arduas iuris quæſtiones, & diſceptationes, ita vt antequam rectè ſubducantur ra-
tiones, controuerſijs compoſitis, & æs alienum deducatur, longus aliquorum anno-
rum curſus intercedere poſſit, ſequeretur, vt filius longo tempore cogeretur legiti-
43 ma carere, quod abſurdum † cum ea continuo poſt mortem debeatur cum fructibus
*Boer. deciſ. 3. nu. 7, Vincent. de Franch. deciſ. 16, late Menoch. conſ. 27. nu. 13. & fuit
dictum in Balneoregien. fructuum 26. Ianuarij 1586. coram Litta,* & diſerte admo-
dum, ac cumulate *in vna Romana ſupplementi legitime 19. Decembris 1614. coram
44 R. P. D. Vbaldo.* † Neque dicatur etiam ſi poſt aliquod tempus eam conſequatur, fru
ctus quoque præteriti temporis tunc aſſignari, vt in *dicta Romana ſupplementi legi-
tima, coram R. P. D. Vbaldo,* ita vt nullam videatur iacturã pati reſpondendum enim
interim poſſe filium egeſtate laborare, dum expectat, vt æs alienum detrahatur, & ſi
45 interim fame pereat non reuiuiſcit, datis poſtea præteriti temporis fructibus, † Præ-
terquam quod ſemper minus dicitur accipere, quanto ſeruis accipitur argumento,
tex. in §. plus petere, Inſt. de action. nimis vulgatum eſt illud adagium, qui cito dat,
bis dat.

Non ſecundum quemadmodum enim creditorum non intereſt ſi plures fuerint
inſtituti hæredes in certis portionibus hæreditarijs, quamuis ſinguli pro ſuis por-
46 tionibus tantum teneantur, † & quemadmodum vbi hæreditas iure fideicommiſſi
fuit reſtituta, hæres tenetur pro rata reſpiciente Trebellianicam fideicommiſſarius
pro reliqua parte, *l. reſtituta, l. facta, ff. ad Trebell. cum concord.* neque hoc abſur-
dum eſt, aut creditoribus damnoſum, ita in re noſtra non erit abſurdum, aut credi-
toribus damnoſum, vt filius teneatur pro parte reſpiciente legitimam, hæres vero
pro reliqua parte.

Non tertium, non enim video quodnam commodum conſequatur hæres, dum
data quota bonorum non verò hæreditatis plura incommoda cum æquali vtilitate
ſuſtinet. An igitur ſine aliqua ratione, & fruſtra id legibus cautum aſſeramus? non
47 equidem; nam † ratio eſt anima legis, *l. ſcire leges, ff. de legib. l. cũ mulier, & ibi DD.
ff. ſol. matr. l. non dubium, vbi gloſ. & DD. ff. de legib. l. nominis & rei, §. verbum ex
48 legibus iuncta gloſſ. ff. de verbor. ſignif. c. fin. & ibi Dyn. not. de reg. iur. in 6:* † nilque
omnino fruſtra leges efficiunt, §. *quibus primo,* Conſtitut Codicis cum concordatis
alibi plene deductis, Verum non ſolum nullo iure cautum eſt, vt volens filius non
poſſit ſuam partem onerum in ſe recipere, & ita vt neceſſario legitima ſemper ſit
quota bonorum; verum quatenus filio vtile ſit, legitimam eſſe quotam hæreditatis
49 vti talem eam leges agnoſcunt † conſtat profecto hæreditatem pro parte vacantem
legitimæ accreſcere poſſe, vt tradit in terminis, *Dec. in l. hæres inſtituta ſub num. 5.
verſ. replicari poteſt, C. de impuber. & alijs ſubſtit bene, Corn, conſ. 31. num. 5. in fin. &
nu. ſeq. lib. 4. Michael Craſſ. in §. hæreditas, q. 8. in fine, Rota deciſ. 515. nu. 2. par. 1. &
fuit dictum in vna Spoletana hæreditatis 10. Martij 1606. coram* Reuerendiſſ. *Lu-
50 douiſio Archiepiſcopo Bononien.* † hæreditas tamen portioni tantum hæreditariæ ac-
creſcit, vt tradunt *DD. in* Rubric. *& l. 1. C. quando non pet. partes petenti accreſcant.*
41 † Hinc etiam iure cautum, vt peti poſſit mediãte hæreditatis petitioni, vt per *Bald.
& alios*

*& alios allatos ſupra q.10.nu.*164. Vbi nonnulla in hanc ſententiam attuli, quæ ibi videantur, cum tamen petitio hæreditatis locum tantum habeat in portionibus hereditarijs, vt ibidem.

52 Neq; quidquam in contrarium facit † *l. Papinianus.§.quarta,ff.de inoff.teſtam.* vel enim intelligenda eſt virtualiter, non formaliter, vt ſupra in q.10.nu.166. quando heres ſua ſponte in ſe partem onerum ſuſtinet virtualiter enim quartam habet deducto ęre alieno cum nullam maiorem vtilitatem conſequatur, quam fuiſſet conſequutus detracto prius ęre alieno, vel formaliter quidem verum quando ſuam quotam prętendit hęres ab omni onere immunem ſecus ſi ſuam partem onerum in ſe recipiat, vide infra art.6.num.73.

Ex his ceſſant illationes ſupra in argumento factę in quantum enim dicebatur ob incertitudinem ęris alieni non poſſe filium propria auctoritate capere poſſeſſionem, eſt intelligendum quando filius vult capere poſſeſſionem pro diuiſo, & ita vt nullam partem onerum ſuſtineat, ſecus ſi pro indiuiſo, & ſuam partem onerum ſuſtineat, Tum enim incertitudo ęris alieni nihil facit, nam qualecumque illud ſit, ſiue magnum, ſiue paruum, ſemper ſuam partem ſuſtinet filius in quantum vero dicebam ſi ęs alienum totam exhauriat hęreditatem creditores hereditarios excludere filium à legitima, nihil facit, nam hoc idem habebit locum, ſi pro indiuiſo poſſideat hæres, ratione enim partis poſſeſſę, tot onera ſuſtinebit, quot totam legitimam abſorbere poſſint, quemadmodum enim omne ęs alienum omnem hęreditatem complectitur, ita tertia pars æris alieni tertiam partem hereditatis, quę legitima eſt complectitur *ad l.quæ de tota, ff. de rei vendicat.*

SVMMARIVM quinti Articuli.

53 *Hæres ob detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, vel alterius illarum contradicens ad effectum ne immittatur fideicommiſſarius, niſi facta tali detractione, legitimus eſt contradictor, quamuis fideicommiſſum clarum ſit, & perſpicuum.*

54 *Neque fideicommiſſarius detractionum iure reſeruato eſt immittendus, ſed primo realiter detractiones fieri debent.*

55 *Amplia etiam in hærede hæredis, in quem ius detrahendi legitimam eſt translatum, quando à primo hærede non fuit detracta.*

56 *Amplia ſecundo etiam ſi legitimæ detractio fuerit in teſtamento prohibita.*

57 *Amplia tertio, etiam ſi hæres acceptauerit teſtamentum in quo fuit prohibita detractio legitimæ.*

60 *Amplia quarto, vt neque præſtita cautione de reſtituendis detractionibus ſit immittendus fideicommiſſarius.*

Fallit ſi Iudex condēnauerit ad relaxandam poſſeſſionem aliquorum bonorum determinatorum, vt infra num 61.

Fallit ſecundo, quando is qui tenetur reſtituere negligens eſt, tunc enim proceditur ad executionem in tota hæreditate præſtita cautione idonea de reſtituendo reſiduum, vt infra num. 62.

Fallit tertio, quando is qui tenetur reſtituere aliqua bona alienauit, nec probat non aſcendere ad integrum valorem legitimæ, vt num.63.

Fallit quarto, ſi non ratione legitimæ, ſed ratione ſupplementi pretendat

dat hæres, quia teſtator rem aliquam certam, vel quantitatem, quamuis hæres eam non æquare legitimam prætendat, vt num. 65.

58 *Legitima non renuntiatur niſi per expreſſam renuntiationem non vero tacitam.*

59 *Amplia, vt quamuis teſtator filio aliquid legans dixerit ſe velle, vt ſit tacitus, & contentus ipſe vero hæres ſimpliciter legatum acceperit, & de recepto quietauerit, nõ dicatur ſibi in ſupplemẽto præiudicaſſe.*

64 *Intentionis ſuæ fundamentum quilibet probare tenetur.*

66 *Legitime pro ſupplemento competit tantum condictio ex lege, & ſic actio perſonalis.*

67 *Filius quamuis non acceptet rem à patre legitime nomine ſibi relictã, non tamen aduerſus hæredem legitimus ſit cõtradictor, tenetur enim talem rem acceptare, poteſt tamen petere ſupplementum.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando hæres ob detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, vel alterius illarum contradicit ad eum effectum ne immittatur fideicommiſſarius niſi facta prius tali detractione.

53 Breuiter † diſputatione omiſſa aſſerendum legitimum eſſe contradictorem, immiſſionemque omnino fideicommiſſario denegandam donec fuerit facta talis detractio, & ſi fideicommiſſum ſit omnino clarum, & perſpicuum, ita ob detractiones faciendas in communi ſentiunt Doctores communiter in *l. noſtra, teſte Rota in vna Forolíuien. fideicommiſſi 9. Maij 1611. coram R.P.D. Pamphilio, Caſtrenſ. in l. reſtituta in princ. ff. ad Trebellian. Decian. conſ. 85. nu. 2. vol. 2. Rota in vna Peruſina bonorum 1. Iunij 1581. coram Robuſterio, & Ceſenaten. fideicommiſſi de Aldinis 28. Iunij 1604. coram Reuerendiſs. Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon. necnon in d. Foroliuien. coram R.P.D. Pamphilio,* & quod tales detractiones ſint primo faciendæ antequam ad immiſſionẽ deueniatur tradit *Caſtrenſ. conſ. 270. nu. 3. verſ. breuiter, lib. 2. Capie. deciſ. 17. nu. 6. Neguſ. de pignor. 4. membr. 5. par. principalis ſub nu. 10. in 3. concluſ. Put. deciſ. 471. num. 3. lib. 2. & fuit reſolutum in vna Viterbien. 10. Iunij 1603. coram Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, & in alia Viterbien. 6. Iu-*
54 *nij 1603. coram Cardinali Pamphilio*, † neque ſufficere ſi immittatur fideicommiſſarius reſeruato iure detractionum, ſed antequam immittatur realiter detractiones faciendas trad. *Gloſ. in c.* Raynutius *de teſtamentis, Dec. qui multa allegat conſ. 291. num. 3. ſequitur* Rota *in vna* Papien. *bonorum 1. Iunij 1581. coram* Robuſterio *Epiſcopo Oriolen.*

55 Amplia, † vt non ſolum hoc intelligatur in ipſo hærede grauato, ſed etiam in hærede hæredis in quem ius detrahendi legitimam eſt translatum quando à primo hærede non fuit detracta, *Caſtrenſ. conſ. 198. nu. 3. lib. 2. Pariſ. conſ. 47. nu. 6. lib. 2. & conſ. 55. nu. 5. lib. 3 ſequitur* Rota *in vna Bonon. bonorum de Maluetys 20.* Decem*bris 1602. coram Cardinali Pamphilio, & in d. Foroliuien. coram R.P.D. Pamphilio dicti Cardinalis ex fratre Nepote.*

56 Amplia ſecundo † etiamſi legitimæ detractio fuerit in teſtamento prohibita, quia legitima prohiberi non poteſt, *l. quoniam in prioribus, l. ſancimus, §. cum autem, C. de inoff. teſtam.*

Amplia

57 Amplia † tertio, etiam ſi hæres acceptauerit teſtamentum in quo fuerit prohibita
58 detractio legitimę, † quia pro renuntiatione legitimæ expreſſa renuntiatio eſt neceſſaria, neque ſufficit ſimplex aditio hæreditatis, & ſimplex approbatio teſtamenti, *l. ſi quando, §. ſi generaliter, C. de inoff. teſt. Bald. conſ. 375. nu. 1. lib. 1. Anchar. conſ. 152. col. 4. Fulgoſ. conſ. 83. nu. 2. Alex. conſ. 8. nu. 15. & ſeq. lib. 3. late Ruin. conſ. 56. nu. 8. & ſeq. lib. 2. Natt. conſ. 255. nu. 3. Ber. conſ. 93. nu. 59. & ſeq. lib. 2. Rol. conſ. 26. nu. 22. lib. 3. Pariſ. conſ. 47. nu. 8. lib. 2. & conſ. 55. nu. 6. lib. 3. Peregr. qui plures in hanc ſententiam cōgerit art. 36. nu. 93. fuit dictum in vna* Romana *legitimæ 11. Decēb. 1609. coram* R.P.D. *ManZanedo, & in d. Forolixien. fideicom. coram* R.P.D.P*amphilio.*
59 † Quod etiam verum quamuis teſtator filio aliquod legans dixerit ſe velle, vt hæres ſit tacitus, & contentus, ipſe verò hæres ſimpliciter legatum accepit, & de recepto quietat, nulla ſibi facta reſeruatione, non enim per hoc ſibi in ſupplemento pręiudicat ita in ſpecie dixerunt *Caſtr. conſ. 42. nu. 4. & conſ. 290. nu. 3. lib. 1. Cepha. conſ. 42. nu. 4. & conſ 563. nu. 12. Plene Card. Mant. qui reprobat contrarium ſentientes li. 7. tit. 8. n. 7. cum plur. ſeq. Pereg. de fideic. qui plures alleg. ar. 36. nu. 94. & fuit dictū in* R*omana palatij dell' Aquila, 2. Decēb. 1609. coram* R*eu. Marcom. Archiep. Lugdun. &* R*omana cenſus de Celſis 17. Decemb. 1610. coram* R*eu. Ludouiſio Archiep. Bonon.*
60 Amplia † quarto, vt neque immittendus ſit fideicommiſſarius præſtita cautione de reſtituendis detractionibus, ſed actualis detractio ſit neceſſaria, *Caſtr. conſ. 270. nu. 3. Put. deciſ. 471. num. 3. Rota in d. Viterbien. coram* Pamphilio, & ratio eſt, quia plus cautionis eſt in rem, quam in perſonam, *l. plus cautionis, ff. de reg. iur.*

De hac cautione in articulo 7. huius quæſtionis aliqua attingam occaſione melioramentorum, de quibus ibi.

61 Fallit † ſi Iudex condemnauit ad relaxandam poſſeſſionem aliquorum bonorum determinatorum; non vero omnium; tunc enim ſub prætextu detractionum non eſt impedienda immiſſio; videtur enim tacite declaraſſe retentionem ſuper reliquis bonis fieri debere, hoc enim in iudicantis arbitrio reſidere paulo ante multorum auctoritatibus firmauimus hanc limitationem *trad. Rot. in vna Romana hæreditatis 13. Iunij 1587. coram Gypſio.*

62 Fallit † ſecundo quando is, qui tenetur reſtituere, negligens eſt, tunc enim ſub prætextu negligentiæ non reſtituentis portionem proceditur ad exequutionem totius, præſtita idonea cautione de reſtituendo reſiduum *iux. l. 2. vbi DD. C. de vſu, & vſufr. leg. trad.* Rota *in vna Viterbien. bonorum 10. Iunij 1602. coram* Reuerendiſſimo *Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.*

63 Fallit tertio, quādo † is, qui tenetur reſtituere aliqua bona alienauit, neq; probat ea non aſcendere ad integrum valorem legitimæ, tunc. n. non poteſt hæreditatē legitimę nomine reſtituere, & ratio eſt, quia prætendens legitimam de iure nullā rem certam propria auctoritate eligere poteſt; ſed habet ius in 3. par. omnium bonorū, legitima. n. ex quacūq; re debetur, *l. libertus, ff. de bonis libert. plurib. firmaui ſup. hac ead. q. nu. 11.* ideo de æquitate tñ conceditur filio grauato, vt pendente fideic. conditione poſſit aliquam rem arb. ſuo alienare, & illā habere pro ſua legitima, *ad* R*ip. in l. in quartam, nu. 19. ff. ad l. Falcid.* vnde illud cautum, vt primo alienata in legitimā imputentur, vt ſup. dixi *hac ead. q. nu. 5.* id tñ intelligendum, vt illud æquiualeat cæteris, partibus quas poterat detrahere ex corporibus omiſſis, non vero excedat, vnde intentio hæredis adhuc excipientis in eo fundata eſt, vt non ſolum, quod alienatum eſt, non excedat huiuſmodi valorem; ſed vt neque cum adæquare poſſit, ad hoc vt hactenus retentioni locus eſſe poſſit, quamobrem cum intentio hæredis ſit
64 ſundata in hac conditione bona alienata non æquare valorem legitimæ † hoc erit illi probandum tanquam fundamentum ſuæ intentionis *ad l. in exceptionibus, ff. de probationibus, Innoc. in cap. ſuper his, num. 10. ff. de accuſat. & in terminis noſtris fuit à* R*ota deciſum in vna Tiburt, bonorum 24. Nouembris 1574. corā* R*obuſt. & in*

Anconitana fideicommiſſi 20. Februarij 1584. coram Card. Blanchetto, & in Roma*na cenſus 15. Martij 1577. coram Card. Seraphino in impreſſis deciſ. 321. num. 18. & Maceraten. fiacie. 16. February 1610 coram* Reuerendiſſ*. Sacrato Archiep. Damaſc.*

65 Fallit quarto,† Si non ratione legitimę, ſed ratione ſupplementi retentionē prætendat hæres, quia nempe aliquam rem certam, vel quantitatem legitimæ nomine reliquerit hæredi teſtator, in reſiduo autem grauauerit, hæres vero ea iure legitimæ accepta aſſerens eam non ſufficere nomine legitimæ, ratione ſupplementi retentionem prætendat, non.n. tali caſu datur retentio, & per conſequens hæres non eſt legitimus contradictor, Probatur autem primo, quia intentio filij ſupplementū prætendentis eſt fundata in eo, vt quod legitimæ nomine relictum legitimę æſtimationem non aſcendat, Ideo hoc erit filio probandum ad tradita in ſuperiori limitatione, Ideo cum probario probationem non excludat ex altera parte dabuntur probationes rem relictam legitimam æquare, & ita deueniemus ad exceptionem requirētē altam indaginem, quæ in hoc iudicio non admittitur ad trad. vbiq. in hoc opere.

66 Secundo, quia † pro ſupplemento legitimæ competit tantummodo condictio ex lege, & ſic actio perſonalis, *vt per Riminald. iun. conſ. 539. num. 35.* actio autem perſonalis reſpicit ſolummodo petitorium, non verò poſſeſſorium, §. *omnium, Inſtit. de action. l. action. genera, ff. de oblig.* ideo non dabitur remedium poſſeſſorium retinendæ, ſed tantummodo actio ad proſequendum.

Tertio, qa ita in terminis fuit dictū *à Rota Rom. in materia ſimili Saluiani interdicti in vna Romana Saluiani interdicti 3. Iuly 1606. coram Ill. Card. Lancellotto.*

67 Amplia hanc quartam limitationem, vt † quamuis filius non acceptando rem illam, quam nomine legitimæ reliquit teſtator, vt ratione totius legitimæ contradicendo immiſſionem impediat, non tamen legitimus ſit contradictor, & ratio eſt, quia quando pater aſſignauit rem eiuſdem qualitatis, & bonitatis, cuius reliqua bona, non verò rem ſumptuoſam, vel in loco periculoſo, puta penes vicinos rixoſos, tenetur filius eam acceptare, licet poſſit petere ſupplementum arbitrio Iudicis, vt cōmunem eſſe ſententiam teſtatur *Picus in l. in quartam, nu. 1. ff. ad Trebell. quem ſequitur Craſſ. in §. legitima quæſtione 15. nu. 4.* licet poſſit petere ſupplementum, in reliquis rebus hæreditarijs arbitrio Iudicis, cum igitur teneatur acceptare rem in teſtamento ſibi aſſignatam, nunquam poteſt ratione totius legitimæ contradicere, & ita velit nolit ſemper manet in terminis meri ſupplementi, cuius nomine non dari retentionem, aut contradictionem legitimam iam dixi.

SVMMARIVM
ſexti Articuli.

68 *Legitimę, & Trebellianicę detractio debet fieri deducto primū ęre alieno*

69 *Et in vno, vel pluribus corporib. hæreditarijs nō vero in ſingulis bonis. Hoc tamen intelligendum in detractione pro diuiſo facienda, non verò in poſſeſſione pro indiuiſo acquirenda, vt infra num. 74.*

70 *Fideicommiſſarius iuſte prætendit immiſsionē in poſſeſsionem bonorū hæreditariorum pro indiuiſo cum hærede grauato, quãuis detractiones ab hærede iuſte prætendantur.*

71 *Poſſeſſio certa quota pro indiuiſo capi poteſt.*

72 *Immiſſio, vt concedatur pro indiuiſo ſufficit quantitatem in qua eſt facienda eſſe certam reſpectu vniuerſitatis.*

73 *Immiſſio quando fit in quotas hæreditarias, quilibet ſuſtinet onera pro rata ſua.*

75 *Legitima ante deductionem de quacumque re minima debetur tempore verò deductionis debet in re certa fieri Iudicis arbitrio.*

ARTI-

ARTICVLVS SEXTVS.

Occaſione præcedentis articuli alius conſurgit, An ſaltem fideicommiſſarius pro parte indiuiſa in poſſeßionem ſingulorum bonorum poſſit immitti.

ET quidem primo videtur negatiua ſententia tenenda nimirum ne quidem pro parte indiuiſa immittendum probatur.

68 Primo, quia † detractio legitimæ, & Trebellianicæ debet fieri detracto primum ære alieno, *l. Papinianus, §. quarta autem, ff. de inoff. teſt. l. finali, §. in computatione, C. de iur. deliber.* hinc fit, vt ante talem detractionem ſit incerta pars, in quam fideicommiſſarius immittendus, & per conſequens immitti nequeat.

69 Secundo, quia † eſt facienda detractio in vno, vel pluribus corporibus hæreditarijs arbitrio Iudicis, non vero in ſingulis bonis ad libitum, *Bart. in l. ſuus quoque in fine ff. de hered. inſtit. Oldrad conſ. 113. Put. deciſ. 420. lib. 1. & DD. communiter, Bart. ſequuntur, vt per Gabr. de legitima concluſ. 3. late Menoch. de arbitr. caſu 163. nu. 26* Rota *in vna* Romana *hereditatis 13. Iunij 1587. coram R.P.D. Gypſio*, non autem hoc modo fieret ſi fideicommiſſarius in ſingulas res immitteretur.

Tertio, quia ita videtur ſentire Rota per ſupradictas rationes *in vna Viterbien. bon. fideicommißi 6. Iunij 1603. coram R.P.D. Pamphilio.*

70 Contrarium † arbitror de iure verius, quod probatur.

71 Primo, † quia poſſeſſio certæ quotæ pro indiuiſo poteſt capi, *l. locus vbi gloſ. & Doctor. ff. de acq. poſſeſſ. Socin. in l. 3. §. incertam, ff. de acquir. poſſeſſ.* Verum id quod ſpectat ad fideicommiſſarium certa quota eſt, eſt enim ea, quæ remanet detracta legitima, & Trebellianica, ergo &c.

72 Secundo, † quia ad concedendam immiſſionem pro indiuiſo, ſufficit quantitatem in qua immiſſio eſt facienda, eſſe certam reſpectu vniuerſitatis, *Socin. in d. l. 3. §. incertam, nu. 5. poſt medium verſ. & ad difficultatem, & ibi Iaſ. nu. 16. prope finem verſ. ſecundo, & rationabilius, ff. de acquir. poſſeſſ. Pariſ. conſ. 59. nu. 23. lib. 1. Neguſant. de pignor. membr. 2. ſecunda par. num. 2. in fin. Tiraquell. de conſtit. 2. par. ampliat. 32. nu. 11.* & hanc opinionem tamquam æquiorem, & magis communiter receptam *ſequitur* Rota *deciſ. 59. par. 2. in nouißimis diuerſorum* in re autem noſtra quantitas reſpectu vniuerſitatis eſt certa, vt nemo negat, ergo &c.

Tertio, quia ita expreſsè tenuit *Rota dicta deciſ. 59. par. 2.* vbi pluribus eruditè confirmat, & in illa *Viterbien. bonorum 10. Iunij 1602. coram R.P.D. Sacrato*, vbi inquit quia quota legitimæ, & Trebellianicæ de iure ſunt certæ, exequutionem ſuſtineri in reſiduo, & in vna *Interamnen. hereditatis de Paradiſijs 1. Iulij 1605. coram R.P.D. Pamphilio in fine, & in Caſanaten. de Aldinis 24. Ianuarij 1611. coram* R*euerendiß. Coccino* Rota *decano*, vbi in puncto determinat immiſſionem concedēdam licet aduerſario competat ius detrahendi legitimam, & Trebellianicam ob rationes ſupra enumeratas, *& in vna* Peruſina *fideicommißi de Bigazinis 13. Iunij 1607. coram R.P.D. Pamphilio*, & ita paſſim ſeruat *Rota* Romana *in praxi*, abſque eo quod amplius in dubium reuocetur.

Ad primum reſpondendum quando fit immiſſio, in quotas hæreditarias virtualiter deduci æs alienum, deductio enim eo ſpectat ne per æs alienum contingat hæredem minus cōmodi conſequi, quam cōſequuturus fuiſſet, detracto prius ære alieno,
73 † qn̄ autem fit immiſſio in quotas, quilibet pro ſua rata onera ſuſtinet, ita vt res eodem redigatur, ac ſi ab initio omne æs alienum deductum, exemplū ſi contingat hæreditatem eſſe 500. aureorum, ſint aūt centū in ære alieno, centū primo detractis

pro legitima, & Trebelliani ca ducenta hæredi debebuntur, & alia ducenta fideicommiſſario, centum verò non actu detractis, vnicuique debebuntur 250. vterque tamen ſuſtinebit onus in 50. cum res eodem redigatur, vt quilibet illa habeat ducenta commodi, ita vt immiſſio in quotas ipſo iure, & per ſe contineat detractionem æris alieni virtualiter, & hoc modo intelligenda ſunt iura in argum. allegata.

74 Ad ſecundum † reſpondendum, quod dicitur detractiones faciendas in vno, vel pluribus corporibus hæreditarijs Iudicis arbitrio eſſe intelligendum in detractione pro diuiſo facienda, non vero in poſſeſſione pro indiuiſo acquirenda, quod manifeſte ex eo apparet, quia conſtat has detractiones in ſingulis corporibus hæreditarijs eſſe debitas, *l. libertus, ff. de bonis libertorum cum alijs adductis per Peregr. de fideicommiſſis, art. 36. num. 72. & docuit* Rota *ſæpe ſæpius, potiſſimum in vna* Romana *de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Illuſtriſſ. Lancellotto, nu. 13. & Senogallien. fideicommiſſi 22. Maij 1606. coram R. P. D. Sacrato, pluribus Surd. deciſ. 333. nu. 13.*
75 *& 14. hinc Craſſ. in §. legitima quæſtione 16.* inquit † legitimam ante deductionem de quacumque re minima deberi, at Iudicem tempore diuiſionis poſſe arbitrari, vt in re certa fiat deductio, vbi innumeros Doctores ita tenentes refert.

SVMMARIVM
Articuli ſeptimi.

76 *Hæres obiiciens detractionem melioramentorum impedit fideicommiſſarij immiſſionem, donec æſtimatio melioramentorum exhibeatur ſi melioramenta ſint liquida.*

77 *Amplia etiam ſi exceptio melioramentorũ non fuerit allata niſi poſt ſententiam, ſeu decretum de immittendo.*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Quando obiicit detractionem melioramentorum contradicit hæres, vt impediat immiſſionem donec æſtimatio melioramentorum exhibeatur, & melioramenta ſunt liquida.

76 BReuiter † affirmatiua ſententia tenenda ratione melioramentorum quando ſunt liquida dari retentionem, donec vere eorum æſtimatio ſoluatur, *l. ſi in area, ff. de cond. indeb. vbi hæc verba, ſi quis cum æſtimaret ſe hæredem eſſe inſulam hereditariam fulſiſſet nullo alio modo, quam per retentionem impenſas ſeruare poteſt*; ex quibus plane conſtat retentioni locum eſſe, *l. in fundo, ff. de rei vendicat. in illis verbis, reddet impenſas, vt fundum recipiat*; ex quibus conſtat primo reddere impenſas antequam fundum accipiat, & ſic ex parte meliorantis retentioni locum eſſe, *l. ſi non ſortem, §. ſi centum, vbi glo. & Doctor. ff. eod. tit. optimus eſt tex. in l. fin. C. de alluuion. & Palud.* vbi Imperator in hæc verba ſimiliter (ne ea quidem, quæ paludibus antea vel paſcuis videbantur adſcripta, ſi ſumptibus poſſeſſorum nunc ad frugum fertilitatem translata ſint, vel vendi, vel peti, vel quaſi fertilia ſeparatim cenſeri, vel functionibus obligi concedimus; ne doleant diligentes operam ſuam agri dediſſe cultu*ræ*, nec diligentiam ſuam ſibi damnoſam iudicantes intelligant, notatur *in l. domos, ff. de legat. 1. Bartol. in l. quicumque, C. de omni agro deſerto, Romanus in l. etiam, ff. ſolut. matrim. Bald. in l. in fundo in quarto notabili, ff. de rei vendicat. Ruin. conſ. 135. num. 13. & ſeq. lib. 3. & conſil. 100. num 6. lib. 4. Roland. conſil. 28. num. 1. lib. 1. Deciſ. Peruſina 24. num. 26. parte prima, Capic. deciſ. 17. num. 7. cum alijs per Neguſant. de pignor. in quarto membr. quinta par. numero 8. ſequitur*

tur Rota *in vna* Romana *domus* 18. *Februarij* 1602. *coram Cardinali* Pamphilio, *& in Foroliuien. fideicommiſſi* 9. *Maij* 1611. *coram R.P.D.Pamphilio eiuſd. Card. ex fratre Nepote, pluribus Mareſcot.lib.2.var.reſol. cap.*112. *qui inter cæteros allegat deciſionem Card.* Pamphilij,*mox allatam,l.penult.vbi Doctor.C.de euict. Bald. in l.*1.*in fine,C.vbi cauſa teſt. Alex.conſ.*177.*num.*11.*lib.*4. *Dec.conſ.*272.*nu.*9. talis malæ fidei allegatio non poteſt nocere poſſidenti, *Rota in d.Romana domus* 18. *Februarij* 1602. *coram Card.*Pamphilio.

77 Ampli a † etiam ſi talis exceptio melioramentorum non fuerit allata niſi poſt ſententiam,ſeu decretum de immittendo,ſufficit enim eam tunc allegare,quia non impugnat ſententiam, nec dicit eam malè latam, imò bene, ſed non eſſe exequutioni mandandam, donec detractæ ſint impenſæ meliorationum, ita ſpeculator in *titulo de exequt.ſent.* §.*poſtremo,verſ.quid ſi bona ædificaui, & ibi latè Io.Andr.in addit. Bart.in l in fundo, nu.*16.*ff.de rei vendicat. Iaſ.l.*1.*col.penult.verſ.ſecundo infero, C.de iur.& fact.ignoran. Rip in l.vbi pure,* §.*qui in detrahenda,nu.*3.*ff.ad Trebell. Aymo.conſ.*148.*nu.*2.*Tiraq.de retract.conuent.*§.2.*nu.*14.*Rota in dicta* Romana *domus* 18. *Februarij* 1602.*coram Card.*Pamphilio *nouiſſimè Mareſcot.qui alios cumulatè refert lib.*2.*var.reſol. c.*112. *num.*18.

Alias ampliationes,& limitationes totam hanc materiam reſpicientes,vide apud *Mareſcot.d.lib.*2.*variar.reſolut. cap.*112. vbi cumulatiſſimè, & cum maxima vtilitate totam pertractat materiam, non enim ipſe latius huius materiæ campum ingredior ea enim ſolum attingere inſtituti eſt negotij, quæ ſpectant ad efficiendum contradictorem, ſuppoſitis terminis habilibus nempe detractioni melioramentorum locum eſſe, hoc enim ſuppoſito, quod,an & quando procedat, aliunde eſt petendum, illud vnum perquiro, an tale ius detrahendi faciat contradictorem.

SVMMARIVM octaui Articuli.

78 *Impenſas faciens in re aliena in ipſa re ius acquirit.*

79 *Et ratione huius iuris etiam contra dominum competit furti actio.*
*Declara, vt num.*93.

80 *Retentio facilius permittitur, quam actio.*

81 *Actor à iudicio repellitur niſi meliorationes ſoluat.*

82 *Soluere,qui tenetur debet implere ſpecifice,nec ſufficit, dare fideiuſſorem.*
*Declara, vt nu.*94.

83 *Rationem reddere debere, & tenere ad ſoluendum debitum non liquidum æquiparantur.*
*Declara, vt nu.*95.

84 *Rationem reddere, qui tenetur, tenetur ad conſignationem eius quod reliquum eſt.*

85 *Obligatio reddendi rationem conſiſtit principaliter in dando licet videatur conſiſtere in faciendo.*

86 *Rationem reddere, qui tenetur poteſt deponere vnum nummum, & dare cautionem de reſtituendo ſi apparuerit in plus teneri.*

87 *Libellum corrigens non auditur, ſi velit agere niſi refectis expenſis, & eis ſolutis vſque ad minimum quadrantem, ſi expenſæ liquidæ ſint, ſi non liquidæ admittitur ſatiſdatio.*
*Declara, vt num.*96.

88 *Obligatione alium liberare, qui tenetur, ſi debitum eſt liquidum debet ſoluere, ſi non liquidum debet cauere.*

89 *Liquida, quæ non ſunt altam dicuntur requirere indaginem.*

Declara, vt num.97.

90 *Malitÿs non eſt via aperienda.*

91 *Retentionem pro melioramentis non liquidis non dari, oblata cautione multi tenent.*

Declara, vt nu.98.

92 *Melioramentorũ nomine, quando liquida non ſint, an, & quando meliorans ſit legitimus contradictor cautione ab aduerſario præſtita breuis diſtinctio contrarias opiniones concilians.*

ARTICVLVS OCTAVVS.

Quando melioramentorum valor non eſt liquidatus eo tempore quo immittendus fideicommiſſarius, is tamen offert cautionem de illorum æſtimatione perſoluenda cum primum fuerit liquidatũs eorum valor.

VIdetur dicendum eſſe omnino expectandam liquidationem, neque locum eſſe cautioni, & ideo vſque ad eam completam poſſeſſorem eſſe legitimum contradictorem.

78 Primo, quia † facienti impenſas in re aliena acquiritur ius in ipſa re, *l. creditores,*
79 *§.1. de furtis, l. ſi is qui rem, ff. eod. tit.* & ratione talis iuris etiam contra dominum conceditur furti actio iuribus allegatis, ideo non videtur congruum, vt quis inuitus hoc ſuo iure priuetur præſtita ſola cautione, quinimo cum competat re ablata aduerſus dominum actio, multo magis re penes eum exiſtente, retentio competet,
80 † cum facilius permittatur retentio, quàm actio, *l. per retentionem, C. de vſur. l. 2. & ibi Bald. in 3. notab. C. de fideiuſſor. Corn. conſil. 282. col penult. ad fin. vol. 4. Dec. conſ. 298. num. 4.*

81 Secundo, quia † cum iure cautum ſit, vt ſoluantur huiuſmodi meliorationes, actorque repellatur niſi eas ſoluat, *d. l. in fundo, ff. de rei vendicat. in fin. l. ſi area in fine de cond. indeb. facit tex. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. eod. tit.* non ſufficit ſatiſ-
82 datio, † quia qui ſoluere tenetur, debet implere ſpecifice, nec ſufficit dare fideiuſſorem, *l. 4. §. ait prætor, ff. de re iud. l. ſtatu liber. §. fin. ff. de ſtat. lib. Neguſ. in 1. membr. 5. par. nu. 4.* maximè cum natura melioramentorũ, ſit vt non ſint liquida, nihilominus iubent leges, vt ſoluantur ante recuperationem rei, quando autem expreſsè iubet lex ſolutionem fieri pro debito non liquido non ſufficit cautio, licet ſufficeret vbi ſimpliciter loqueretur, neque debitum eſſet ſui natura illiquidum, intelligeretur enim de liquido.

Tertio, quia ita tenet *Caſtr. conſ. 322. col. 3. in antiquis; aliàs conſ. 270. viſo puncto in nouiſſ. vol. 2. Ruin. conſ. 84. nu. 6. vol. 1. Tiraq. de retract. conu. §. 7. gloſ. 1. num. 13. verſ. octauo declara, & videtur huic ſententiæ inhærere* Rota, *vt per Put. deciſ. 11. de re iud. & deciſ. 471. in fin. lib. 2.* Peregr. *deciſ. 16. lib. 2. & fuit dictum in vna* Romana *domus* 18. *Februarÿ*, 1602. *coram* Cardinali Pamphilio, *& in Forolinien. fideicommiſſi* 19. *Maÿ* 1611. *coram R. P. D. Pamphilio in fine.*

Rurſus contrarium videtur aſſerendum data cautione locum eſſe immiſſioni.

83 Primo, quia † æquiparantur hæc duo, vel teneri ad reddendam rationem, vel ad
84 ſoluendum debitum non liquidum, † nam teneri ad reddendam rationem, importat teneri ad conſignationem eius, quod reliquum eſt, & ita ad ſoluendum debitum nõ liquidum, *l. cum ſeruus, ff. de cond. & demon.* hinc condemnatus ad reddendam rationem dicitur condemnatus, vt reliqua ſoluat *Iaſ. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. deciſ. Nea-*
85 *pol. 157. nu. 1.* & ideo † obligatio reddendi rationem in dando conſiſtit principaliter

effectu

effectu conſiderato, licet videatur conſiſtere in faciendo, *vt Pau. de Caſtro Ruin. et Tiraquell. falſo ſunt arbitrati, ita rectè admonet Benintend. deciſ. 77. num. 5.* At
86 qui † tenetur reddere rationem poteſt deponere vnum nummum, & dare cautionē de reſtituendo ſi apparuerit in plus teneri, *l. ſtatu liber. in princip. de ſtatu liber. Angel. & alij in l. 4. §. ait Prætor de re iud. Iaſ. in l. 1. colum. 1. verſic. nota tamen in hoc pulchram doctrinam, ff. qui ſatiſd. cogant. & in l. quod te in 5. notab. ff. ſi cert. pet.* ergo idem in re noſtra videtur aſſerendum hinc *DD. declarant regulam, l. 4. § ait Prætor. ff. de re iud.* de qua in 2. *argum.* pro contraria parte, non habere locum in credito non liquido, & licet exemplum ponant in condemnato ad reddendam rationem, tamen exempla, non reſtringunt, *l. regula, §. fin. ff. de iur. & fact. ignor.*
87 Secundò facit, † *deciſ. Bald. conſ. 3. per ſtatutum terræ Gualdi, in fine, lib. 2. quem refert, & ſequitur Decius in l. edita num. 49. C. de edend.* vbi dicunt quod licet, qui corrigit, ſeu emendat libellum non audiatur ſi velit agere non refectis expenſis, & eis ſolutis, etiam vſque ad minimum quadrantem, tamen id intelligitur de expenſis liquidis, de non liquidis autem admittitur ſatiſdatio ita ergo leges nolentes fideicommiſſarium, aut Dominum vel alium quemcunque poſſeſſorem prætendentem eam conſequi poſſe, niſi reſtitutis impenſis melioramentorum intelligentur de liquidis, in non liquidis autem admittant ſatiſdationem.
88 Tertio facit aliud † ſimile depromptum ex doctrina *Alex. in l. ſi pater. C. de collationibus, & in l. facere, ff. ſolut. matrim.* qui voluit eum, qui tenetur aliam ab obligatione liberare, quæ pro ipſo tenetur, ſi debitum eſt liquidum teneri ſoluere ſi non liquidum teneri cauere, ita vt cautio ſuccedat loco ſolutionis in non liquidis.
89 Quartò, quia † quando melioramenta non ſunt liquida, eorum exceptio altam requirit indaginem, potiſſimum ſi non poſſint incontinenti liquidari, quæ autem altam indaginem requirunt, nō retardant immiſsionem ex legis noſtræ beneficio, vt ſæpe dictum *tradunt omnes in l. 4. §. condemnatum vbi Ripa, num. 20. ff. de re iudicata, Rota in una Romana fideicommiſsi de Valle, corā Robuſterio 9. Iunij 1574.*
Quinto, quia poſſet poſſeſſor prætendens melioramenta nunquam ea liquidare,
90 & ſic in longum protrahere reſtitutionem, & ita fideicommiſſarium † malitijs fraudare contra *l. in fundo, ff. de rei vendicat. & l. contra legem, ff. de legibus,* liteſque in longum protraherentur contra *cap. fin. de dol. & contum.* ita argumentatur *Socin. iun. conſ. 62. nu. 6. in fin. & num. ſeq. lib. 1. & poſt eum Rota in dicta* Romana *coram Robuſterio.*
91 Sexto, & vltimo alijs omiſsis, quia † pro melioramentis non liquidis non dari retentionem oblata cautione tenuerunt *Caſtrenſ. conſil. 370. in 2. dubio, num. 3. lib. 2. Barbat. conſ. 36. num. 32. verſic. & adduci poteſt, lib. 2. Bero. in capit. 1. num. 33. de reſtit. in integr. Gozad. conſ. 100. num. 21. verſic. contrarium Alciat. in l. qui te verſic. qui iuſta cauſa, ff. ſi cert. pet.* Rebuff. *in tractat. de litter. obligat. art. 1. gloſ. 9. nu. 10. latè Socin. iun. conſ. 62. lib. 1. per tot Neguſan. in tractat. de pignor. 5. par. 4. membr. num. 16. verſic. Vnde ſi in ſententia. Marzar. in epitom. fideicommiſſ. par. 3. quæſt. 66. verſic. hæc vlterius* Benintend. *latiſsimè deciſ. 27. ſequitur* Rota *in* Romana, *apud Puteum, deciſ. 471. lib. 2. & deciſ. 12. de re iud. & in una Romana fideicommiſsi de Valle 9. Iunij* 1574. *coram* Robuſterio, *& in una* Romana *Vinearum de maximis 13. Nouembris* 1577. *coram Illuſtriſs. Lancellotto, & in Romana Saluiani interdicti 22. Iunij* 1609. *coram Penia, et in una Ianuē. penſionis* 3. *Iulij 1608. coram Illuſtriſs. et Reuerendiſs. Card. Lancellotto, et Caſenaten. de Aldinis 15. May 1613. coram Reuer. Coccino* Rota *Decano, et Peruſina fideicommiſsi de Bigazinis* 13. *Iunij* 1612. *coram* R. P. D. P*amphilio vbi alia allegantur.*
92 Pro † quæſtionis determinatione, & conciliatione variarum opinionum, ita eſt diſtinguendum; Aut nullo modo de melioramentis conſtat nequidem in genere, & allegatio horum melioramētorum nullo modo impedit, aut retardat immiſsionem,

nem, quia ſi ſola allegatio abſq; aliqua probatione ſaltem in genere impediret, aut retardaret immiſſionem daretur occaſio fraudi contra *l. in fundo, ff. de rei vendic. & alia ſupra allegata in quinto argumento pro negatiua*, quæ optimè in his termi nis procedunt, & ita fuit deciſum *in una Romana de Pipinis Graſsis* 1578. Si vero conſtat de melioramentis ſaltem in genere tunc præfigendus eſt terminus ad eorũ liquidationem, & durante termino retardatur immiſſio, ita ſeruatur *de ſtylo Rotæ*, vt apud *Put. deciſ.* 11. *de re indicat. et deciſ.* 471. *in fine, lib.* 2. *Rota deciſ.* 659. *nu.* 1. *et* 2. *par.* 1. *in d. Romana domus* 18. *Februarij* 1601. *coram Card. Pamphilio, et in Romana Caſalis* 24. *Ianuarij* 1603. *coram Penia, et in Romana domus in Monte Quirinali* 11. *Ianuarij* 1610. *coram* R. P. D. *Caualerio, et in Foroliuien. fideicommiſsi* 9. *Maij* 1611. *coram* R. P. D. *Pamphilio d. Card. Nepote*, ita vt hoc caſu non ſit locus cautioni de æſtimatione melioramentorum reſtituenda, & ratio eſt, quia, cum iuſtè poſſideat ratione ſuorum melioramentorum; quorum vi dicitur ius habere in re meliori effecta non eſt ſua poſſeſſione priuandus, vt poſtea reintegretur, tum quia non inferendum vulnus, vt poſtea afferatur Medella facit *tex. in* §. *ſuſpectus autem Inſt. de ſuſpect. tut.* Tum quia fideiuſſio minus tuta eſt, quam ſit rei detentio *ad l. plus cautionis, ff. de reg. iur.* ideo poſſidentis conditio non eſt efficienda deterior, vt alteri conſulatur *ad cap. vni per alium, ff. de reg. iur.* & hoc modo procedunt om nes auctoritates pro prima opinione allatæ; Aut vero intra tempus, & terminum præfixum non ſunt liquidata melioramenta, licet in genere de his appareat, & tunc præſtita cautione eſt immittẽdus hæres, quod ſuadent omnes rationes pro negatiua allatæ, quæ in his terminis optimè concludunt *Rota in una* Papien. 27. *Ianuarij* 1603. *coram Card. Lancellotto.*

Re tali diſtinctione determinata facilè eſt argumentis hinc inde propoſitis occurrere.

93 Ad primum primæ ſententiæ, † quo dicebamus facienti impenſas in re aliena ius conſtitui ſuper ipſa re, reſpondendum, verum quidem, non tamen tale ius conſtitutum poſſe auferre ius ſuum ei ad quem res ſpectat, nec in cauſa eſſe poſſe, vt is nunquam, aut ſerò admodum rem ſuam recuperet, vnde tale ius proderit meliorãti ſi intra opportunum tempus meliorationes fuerint ab eo liquidatę. In quantum vero dicebamus ratione horum melioramentorum habere furti actionem ad repetendum eodem modo intelligendum ſi, vel quando dum meliorationes liquidę, vel congruus terminus ad liquidandum præſcriptus nondum erat tranſactus, rem ſurripuit Dominus, ſecus ſi in meliorationibus non liquidis, & opportuno termino tranſacto, res a domino fuerit recuperata.

94 Ad † ſecundum, quo dicimus eum, qui tenetur ſoluere, non liberari, dando fideiuſſorem, reſpondendum verum eſſe in debito liquido, vel intra opportunam dilationem, & congruum terminum liquidato, ſecus in non liquidato opportuno tempore alioqui teneretur ad id, quod fieri nequit, cum debitum non liquidum adæquatè ſolui nequeat contra legem impoſſibilium, *et l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.* quod ſi velimus locum eſſe retentioni; donec liquidum fiat, neque intra certum terminum ſit præfixa liquidatio, ſequeretur abſurdum, vt prætendens iuſtè poſſeſſionem aut ſemper, aut plus æquo cogeretur ea carere.

Ad tertium reſpondendum auctoritates enarratorum in argumento intelligendas durante termino præfixo a Iudice quem etiam præfigendum ſtatuunt, potiſsimum Rota in allegatis deciſionibus, in quibus expreſsè ſtatuit, non quidem eſſe locum cautioni, ſed terminum præfigendum, ita vt durante termino non admitti cautionem loco ſolutionis ſtatuat, ſecus termino tranſacto, & non ſequuta liquidatione.

Ad primum contrariæ ſententiæ reſpondendum, vtcumque æquipararentur hæc duo, vel teneri ad reddendam rationem, vel ad ſoluendum debitum non liquidum; in

95 in † re tamen noſtra diſcrimen intercedere, & diuerſitatem rationis ob quam ius diuerſum ſtatuendum, qui enim tenetur ad reddendam rationem non tractat de auferenda poſſeſſione alicuius rei à iuſto poſſeſſore ius in ea habente, mediante cautione, ſed ſimpliciter de conſulendo ei, cui cauet, eòque in tutum mediante cautione reddendo, ita vt admiſſio huiuſmodi cautionis ſolum prodeſſe, nihil obeſſe poſſit, ſecus in re noſtra, vbi admiſſa cautione aufertur à meliorante res meliorata, ſuccederetq; perſonalis obligatio, loco detentionis rei melioratæ, & ſic ſuccedit perſona loco rei, in qua minus eſt cautionis ad *l. plus cautionis, ff. de reg. iur.*

96 Ad ſecundum † ferè eodem modo reſpondendum, quando, is qui vult corrigere libellum, admittitur, ad dandam cautionem pro expenſis non liquidis, talis cautio non eſt in cauſa, vt priuetur aduerſarius alicuius rei poſſeſſione, & ſic non ſuccedit minus tuta cautio pro tutiore, nimirum perſona loco rei, nihil enim aduerſarius poſſidebat, quod retinere poſſit, donec actu impenſæ ſoluerentur.

Ad tertium eodem modo, qui tenetur aliquem ab obligatione liberare, ſi nõ ſoluat, ſed ſatisdet, ſatisdando non facit cõditionem deteriorem eius cui ſatisdat, non enim talis ſatiſdatio ſuccedit loco detentionis realis, in qua plus eſſet cautionis.

97 Ad † quartum reſpondendum illud procedere, quando intra terminum non eſt facta liquidatio, tunc enim rem eſſe arduam apparet, & ideo altam requirere indaginem, quo caſu cautionem admittendam ſtatuimus.

Ad quintum eodem modo reſpondendum illud procedere liquidatione intra terminum opportunum non facta, quo caſu cautionem admittimus.

98 Ad † poſtremũ reſpondendum enarratas auctoritates eſſe intelligendas, quãdo intra præfixum terminum non fuere liquidata melioramenta, quod potiſsimum de Rota intelligendum, ne alioqui in contrarias traheretur ſententias; quæ prætendit per terminorum præfixionem, & temporis lapſum rigori iuris ſatisfactum eſſe, volenti locum eſſe retentioni ob melioramenta, vt planè *in d. Romana fideicommiſsi de Valle coram Robuſterio.*

Qualia melioramenta ſint detrahenda, quibus modis ea ſint probanda conſultò omitto, hoc enim eſt alterius negotij, dum enim de detractione melioramentorum loquor ea ſuppono eſſe talia qualia poſſunt detrahi, easque ſuppono probationes quæ neceſſariæ ſunt de quibus ſi agere vellem nimis à propoſita vagarer materia.

SVMMARIVM,
Articuli Noni.

99 *Maritus ratione lucri dotalis ex diſpoſitione Statuti, conſuetudinis, vel alterius cuiuſdam diſpoſitionis debiti legitimus eſt contradictor, aduerſus hæredes ab vxore inſtitutos, donec hoc nomine ei ſatisfiat.*
Declara, vt num. 107.

100 *Ratio vbi eſt eadem, eadem eſt iuris diſpoſitio.*

101 *Poſſeſſio, & dominium rerum dotalium per eorum aſsignationem in virum transfertur.*

102 *Reſoluitur tamen in inſtanti mortis ipſius hæredis.*

103 *Ceſſat tamen hæc reſolutio in ea dotis parte, quam vir per mortem vxoris lucratur.*

104 *Poſſeſſio quam uiuente vxore Vir habet eſt imperfecta, & ſecundum aliquos naturalis, non uero ciuilis.*

105 *Vir, & Vxor, ambo res dotales dicuntur poſſidere.*

106 *Poſſeſſio ciuilis trahit ad ſe naturalem, ſi ex parte habentis naturalẽ ceſſet, & è conuerſo naturalis trahit ciuilem.*

108 *Limitata cauſa limitatum parit effectum.*

ARTI-

ARTICVLVS NONVS.

Maritus vtrum ratione lucri dotalis pretenſi ſit legitimus contradictor aduerſus hæredes ab Vxore inſtitutos.

99 SVppoſito † autem pacto, aut ſtatuto loci, vel conſuetudine cautum vt Maritus aliquam dotis partem lucrari debeat pro certo habendum legitimum eſſe cōtradictorem, donec hanc partem ſeparatim conſequatur, aut facta opportuna diuiſione, aut reſtituta æſtimatione eius partis, quæ ad virum ſpectat.

Probatur hęc ſententia ex firmatis ſupra in alijs detractionibus inter quas, & detractionem lucri dotalis nulla diuerſitatis ratio afferri poſſe videtur, vnde ſequi-
100 tur, † vt idem ius locum habeat *ad l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum vulg.* ita vt quemadmodum grauatus fideicommiſſo Trebellianicam primo detrahit deinde reliqua bona reſtituit, ita vir eam partem detrahat, quæ ad eius lucrum pertinet, deinde, quod reliquum eſt reſtituat.

Secundò, quia poſſidens cum titulo æque potenti, eſt legitimus contradictor, vt millies dictum, at maritus reſpectu partis ad eam ſpectantis poſſidet cum titulo, æque potenti merito, &c.

101 Minor quantum ad poſſeſſionem attinet, probatur quia † per aſſignationem rerum dotalium, earum poſſeſſio, quinimo, & dominium in virum eſt translatum, de dominio eſt *text. in l. doce ancillam, C. de rei vendic. & in princ. Inſtit. quib. alien. liceat, vel non, in illis uerbis, quamuis illius ſit, de poſſeſſione eſt text. in l. ſciendum, §. ſi fundus in dotem, ff. qui ſatiſd. cog. in l. 3. §. in dotem, ff. de acquir. poſſeſ.* quantum verò ad titulum attinet, illud ſupponitur ex diſpoſitione ſtatuti, ſeu pacti in contrahendo matrimonio, & conſtituenda dote initi, vel conſuetudinis idem diſponentis.

Nihil facit ſuppoſito huiuſmodi ſtatuto conſideratio Hieronymi de Cauallos
102 in ſpeculo communium contra communes q. 758. num. 56. † vbi docet, ſoluto matrimonio, tam dominium rerum dotalium, quam poſſeſsionem viri ſtatim, & ipſo iure reſolui, & extingui in inſtanti mortis ipſius mulieris, ita vt penes maritum nul-
103 lum ius remaneat † hoc enim verum, vt rectè loquitur Cauallos circumſcripto ſtatuto diſponente, vt certam dotis partem per ſolutionem matrimonij vir ipſe lucretur; Tunc enim tantum abeſt, vt dominium reſpectu illius partis extinguatur, aut poſſeſsio, quin potius pro ea parte maximè confirmetur, & cum viuente vxore penes virum eſſet dominium, quoddam minus plenum, & imperfectum, alioqui duo fuiſſent domini eiuſdem rei inſolidum contra, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commodati*, conſtat enim, & feminam naturaliter dominam fuiſſe *ad l. in rebus, C. de iur. dot.* ea mortua fit plenum, & perfectum, ſtatuto ſic diſponente, & impedi-
104 mento ceſſante, nempè vxoris dominio, item cum minus † eſſet perfecta poſſeſsio, nempè naturalis tantum non vero ciuilis, vt ſentiunt plerique interpretes, quod maximè ex eo elicitur, quia conſtat vxorem tunc poſsidere, *l. ſciendum, §. ſi fun-*
105 *dus in dotem, ff. qui ſatisd. cog.* † vbi tam vxor, quam Maritus poſſeſſores intelliguntur, *l. Pomponius Philodelphus, ff. famil. herciſc.* ea mortua poſseſsio fit plena, & perfecta, ceſſante vxoris poſseſsione, quæ per mortem extinguitur, *§. deinceps in*
106 *auth. de nuptijs*, † poſseſsio enim ciuilis trahit ad ſe naturalem ſi ex parte alterius, ceſſet quemadmodum, & naturalis eodem modo trahit ciuilem, *gloſſ. in l. ſed ſi noluit, ff. de acq. poſſeſs. Bal. in c. quæ in eccleſ. nu. 3. extra de conſt. Scrader. par. 9. ſect. 8. nu. 22. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le viſ. par. 3. declar. 2. nu. 2. Zaſius conſ. 11. n. 14. & ſeq. vol. 1. cum alijs allegatis ſupra in quæſt. 15. art. 1. argum. 3.*

Id tan-

107 Id † tamen intelligendum reor, quando hæredes vxoris vellent in omnia bona dotalia inſolidum immitti, ſecus ſi pro ſua portione pro indiuiſo, reſeruato iure viri, in parte vigore ſtatuti, ſeu parte ad eum pertinente, cum enim quota ſpectans ad virum ſit liquida, nimirum, aut tertia, aut dimidia, ſecundum tenorem diuerſorum ſtatutorum, non tamen ſit vni rei magis quam alteri adiecta, ſequitur eſſe partem indiuiſam adeo recte pro indiuiſo alium quoque ratione ſuæ quotæ, immittẽdum *ad l. locus vbi gloſſ. & Doctor, ff. de acquir. poſſeſs. Socin. in l. 3. §. ſi non certam ſub numero 5. ff. de acquir. poſſeſs.*

Probatur autem hæc ſententia, quia hoc modo vnicuique ſuum tribuitur, atque vtri quidem ſine incommodo, aut detrimento alterius, hæredi quidem, quia poſtulat legis noſtræ diſpoſitio, vt immittatur, certum eſt enim nõ ſolum loqui in eo, qui inſolidum eſt hæres, ſed etiam, qui in parte quota, vt apertè in tex. habetur, & trad. communiter interpretes omnes, vt ſuo loco dicetur, marito vero quia ſuo iure non priuabitur.

108 Confirmatur, † quia limitata cauſa limitatum parit effectum, *l. in agro, ff. de acquir. rerum domin.* & talis debet eſſe effectus, qualem poſtulat cauſa, *l. cum pater, §. dulciſsimis, ff. de leg. 2. l. cum tale, §. falſum, ff. de cond. & demonſtrat. l. non dubiũ, C. de legib. Bald. in l. iubemus, C. ad Velleian. Socin. conſ. 12. num. 24. vol. 1.* At cauſa contradicendi eſt limitata ad partem ſtatuto expreſſam, indiuiſum ergo pariet effectum, vt excludat à tali parte indiuiſa tantum, vnde conſequens eſt, vt in reliquam partem immittatur hæres.

DECIMAQVARTA QVAESTIO.

AN, & quando ratione officij, tum in prophanis, tum in beneficialibus, quis ſit legitimus contradictor continet Articulos quinque.

Primus, an executor teſtamenti, quando habet rationem hæredis, vel ſaltem tutoris ipſius hæredis, cuiuſmodi, Epiſcopus pauperibus Chriſti inſtitutis.

Secundus, an exequutor, quando non habet rationem hæredis, ſed certus hæres inſtitutus, executor autem nondum aliquem actum exercuit executorium, ſed omnino res eſt integra.

Tertius, an executor, quando vendidit rem à Teſtatore poſſeſſam, vt exequeretur eius voluntatem, puta æs alienum ſolueret.

Quartus, an mulier ventris pregnantis nomine legitime contradicere poſſit.

Quintus, an Capitulum poſsit dici legitimus contradictor ad impediendam immiſsionem, in poſſeſsionem Canonicatus, pro qua inſtat prouiſus ab ordinario, vel à Papa.

SVMMARIVM.
Articuli primi.

1 *Teſtamentum in quo incertus hæres eſt inſtitutus non valet fauore tamen piæ cauſæ, ſi teſtator pauperes Chriſti inſtituerit ſuſtinetur.*

2 *Executor teſtamenti, in quo pauperes Chriſti fuere inſtituti eſt Epiſcopus, nullo alio executore teſtamenti in teſtamento conſtituto.*

3 *Executor teſtamenti habens rationẽ hæredis, vel tutoris ipſius hæredis, cuiuſmodi Epiſcopus hæredib. Chriſti inſtitutis rectè intentat legis noſtræ beneficium, et excludit quemcumque alium illud intentantem.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando executor habet rationem hæredis, vel ſaltem tutoris ipſius hæredis cuiuſmodi Epiſcopus pauperibus Chriſti inſtitutis.

PRo intelligentia terminorum ſupponendum teſtatores in vltimo teſtamento
1 pauperes Chriſti hæredes inſtituiſſe, non nominando certos aliquos, † licet enim regulariter teſtamentum in quo incertus hæres inſtitutus eſt,non valeat,fauo
2 re tamen piæ cauſę iure cautum, vt valeat † & teſtamenti executor eſt Epiſcopus, quando nullum exequutorem in teſtamento teſtator conſtituit, *l.ſi quis ad declinā dum,§.vbi autem,verſic.ſi enim, C.de epiſc.& cleric.* hoc ſuppoſito,ſi de facto contingat aliquos Chriſti pauperes intentare legis noſtræ beneficium, quaſi ipſi inſtituti in teſtamento dicantur, quæritur an Epiſcopus, vel is quem teſtator in teſtamento executorem conſtituit legitimus ſit contradictor.

3 Pro determinatione † breuiter aſſerendum eſſe legitimum contradictorem, non quidem directè, & per modum exceptionis, nam in tali neceſſaria eſt poſſeſsio, vt ſæpius traditum,ſupponimus autem talem executorem nondum poſſeſsionem obtinuiſſe,at indirectè per modum actionis, cum enim illi competat hoc remedium, vt vidimus in capite,an executori hoc remedium competat,neque duobus competere inſolidum poſsit,nō enim poſſunt dari duo eiuſdem rei poſſeſſores inſolidum, *l.ſi vt certo,§.ſi duobus uehiculum, ff.commodati, conſequens eſt, ut alios idem remedium intentantes impediat.*

SVMMARIVM Articuli ſecundii.

4 *Executor non habens rationem hæredis, qui nondum aliquem actum exercuit, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem immiſſionem petentem.*

5 *Executor, nec propria, nec Iudicis au ctoritate obtinere poteſt bonorum poſſeſsionem, in quibus exerceat executoris beneficium.*

6 *Hæres non debet capere bonorum poſſeſsionem ab executore.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando executor non habet rationem hæredis, ſed certus hæres inſtitutus, executor autem nondum aliquem actum exercuit, ſed omnino res eſt integra, quam eſſe nouam quæſtionem aſſerit, Menoch.de adipiſcend.remed.4.num.644.

4 NEgatiua † ſententia diſputatione omiſſa eſt tenenda, probatur autem. Primò, quia non poſsidens non eſt legitimus contradictor, vt ſæpius repetitum *per leg.noſtram.* At executor non poſsidet, quando res adhuc eſt integra, ergo, &cæt.

Secundo, quia ſi poſſet executor contradicere hæredi, & impedire immiſsionem, alterum duorum eſset neceſſarium, vel ut ipſe propria auctoritate, vel ſaltem Iudicis acciperet bona in quibus executoris exerceret officium, vel vt ea non acci-

accipiens nihil exequeretur ; horum neutrum eſt dicendum , ergo , &cæt.

5 Non † primum, quia debet executor capere à manu hæredis, *l. vltima, vbi gloſſ. C. de epiſcop. & cleric. & ibi Io. Faber. ſpeculat. tit. de inſtrumentorum editione, §. nunc vero aliqua, verſ. ſunt quædam.*

Non ſecundum, quia ſic teſtamentum non ſeruaretur, quod tamen vti lex videtur exequendum, §. *diſponat in Auth. de nup. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. l. verbis legis, ff. de verb. ſignif.*

Tertio, ſi executor eſſet legitimus contradictor hæredis, aut hæres nunquam poſſet rerum hæreditariarum poſſeſſionem capere, aut deberet eam conſequi à manu executoris.

Neutrum horum eſt dicendum, ergo &c.

Non primum, quia non ſeruaretur teſtamentum, & ſic teſtator conſtituendo executorem eligeret viam ad propriam diſpoſitionem impugnandam, quod non eſt dicendum, *l. 3. ff. de milit. teſt. l. quoties, ff. de rebus dub. Surd. decis. 154. nu. 14.*

6 Non † ſecundum, quia non pertinet ad officium executoris introducere hæredem in poſſeſſionem rerum hæreditariarum *ad Bald. in l. id quod pauperibus num. 28. C. de epiſc. & cleric.*

SVMMARIVM.
Articuli tertij.

7 *Executor, qui vendidit rem à teſtatore poſſeſſam, vt eius voluntatem exequeretur, facit quominus hæres poſſit mitti in poſſeſſionem rei venditæ.*

8 *Executoris factum, cenſetur factum teſtatoris.*

9 *In hæreditate deprehenſum, non videtur, quod per diſpoſitionem teſtatoris debeat eſſe extra illam.*

10 *Hæres ſi damnum prætendat, ob aliquem exceſſum executoris debet agere contra executorem, non vero alienatam rem recuperare poteſt.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando exequutor vendidit, rem à teſtatore poſſeſſam, vt exequeretur eius voluntatem, puta æs alienum ſolueret.

7 RESpondendum † breuiter non quidem formaliter ipſum executorem legitimum eſſe contradictorem, non enim ipſe poſſidet, ſed virtualiter, eſt enim in cauſa quominus hæres in rei alienatæ poſſeſſionem immitti poſſit; qui enim ab hoc commiſſario rem obtinuerunt, debent eſſe tuti *Alexand. conſil.* 215. *numero* 10. *volum.* 6. cuius dictum probauit, *Rota in una* Romana *Vinea, die* 15. *Ianuarij* 1590. *coram Cardin. Pamphilio, & in eadem* 19. *Nouembris* 1607. *coram Illuſtriſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.*

8 Confirmatur † quia factum executoris, cenſetur factum teſtatoris, *l. unum ex familia, §. ſi de Falcidia, cum ibi plenè notatis perſcribentes, ff. de leg.* 2. & non videtur in hæreditate teſtatoris deprehẽſum, quod per diſpoſitionem teſtatoris debeat

9 eſſe extra illam ex cumulatis per *Iaſon. conſilio uigeſimoquarto, numero* 27. *libro ſecundo, cuius dicta approbauit* Rota *in ſupra dicta* Romana *Vinea* 19. *Nouembris* 1607.

Neque dicatur ſequi abſurdum, vt, ſi exequutor voluntatem defuncti exceſſerit damnum ſentiat hæres, cum non poſſit, rei perperam alienatæ

10 poſſeſſionem recuperare, reſponſio enim in promptu eſt, † ſi hæres prætendat aliquem exceſſum in executione factum, agat contra executorem ad trad. *per Alex. d.conſ.215.num.10.uol.6.et Rota in d.Romana Vinea, coram Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.*

SVMMARIVM

Articuli quarti.

11 *Vterus prægnans bifariam conſiderari poteſt, vel talis, vt prægnantia in dubium reuocari nequeat, vel talis in quo prægnantia poſſit in dubium reuocari.*

12 *Incerta certis præiudicare non poſſunt, neque certum incerto confundendum.*

13 *Vterus prægnans, ſi prægnantia in dubium reuocari nequeat eſt legitimus contradictor, non ſecus, ac qui natus eſt.*

14 *Natus reputatur, qui in vtero exiſtit.*

15 *Fictio in caſu ficto idem operatur, quod veritas in caſu vero.*

16 *Vtero magis fauent leges, quam infanti iam nato, & quod in filio nato conſtituitur in vtero locum habet.*

Rationes habentur, num.18.

17 *Vtero conſuluit Prætor in omnibus caſibus, in quibus puero nato dat Carbonianam bonorum poſſeſſionem.*

19 *Euentus malus non eſt expectandus, nec in conſideratione habendus.*

20 *Paria ſunt non eſſe, vel non apparere.*

Declara, vt num.31.

21 *Actor, quando fundamentum ſuæ intentionis, probauit obtinere debet, niſi reus ſuam exceptionem probet.*

22 *Vteri prægnantis exceptio, videtur altam requirere indaginem, quando vterus recens eſt.*

Contrarium verius, vt num.32.

23 *Vtero non eſt concedenda poſſeſſio, vbi planè de prægnantia non videtur.*

Contrarium eſt verius, eſt enim mulier ventris nomine in poſſeſſionem mittenda, quotieſcunque non liquido conſtat per calumniam petere, vt num.25.

Declara, vt num.33.

24 *Vterus quamuis recens, vt de prægnantia probabiliter ſuſpicari poſſit, eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem prægnantiam negantem.*

Declara, vt num.34.

Declara ſecundo, niſi manifeſtè de calumnia appareat, num.35.

26 *Carboniana bonorum poſſeſſio, vbi conceditur puero nato, vtero quoque conceditur.*

27 *Carboniana bonorum poſſeſſio conceditur puero nato dummodo manifeſta calumnia non appareat, nec fuerit probatum nõ eſſe filiũ eius, de cuius hæreditate agitur.*

28 *Remedium legis noſtræ non poteſt quis intrare, niſi vel primo adiuerit hæreditatem, vel intentando debeat.*

29 *Venter, vbi dubitatur, an ſit plenus, eſt in cauſa quominus hæres in poſſeſſionem immittatur.*

Hæres,

30 *Hæres, vt impediatur, quominus hæreditatem adire poſsit ſufficit, quod fœmina dicat ſe prægnantem.*

ARTICVLVS QVARTVS.

An Mater, cuius officium eſt eum quem in vtero habet tueri ratione ſperati partus legitimè contradicere poſsit, vel quod in idem incidit, an vterus prægnans legitimus ſit contradictor.

SVpponendum, pro terminorum cognitione partum ſperatum in ea eſſe conditione, vt ſi iam natus eſſet, legitimus eſſet futurus contradictor, omninoque immiſſionem inſtituti hęredis impedire poſſet aliqua ex cauſa, qua quempiam legitimum contradictorem eſſe poſſe fuit ſupra ſtatutum, quærendumq; an hoc idem aſſerendum, dum in vtero eſt conſtitutus.

11 Secundo, animaduertendum † vterum prægnantem bifariam conſiderari poſſe,
vel adeo tumidum, & patentem, vt prægnantia in dubium reuocari non poſsit,
adeo quidem, vt in dubium non vocetur, an mulier prægnans ſit, nec ne; ſed hęres prætendens immiſsionem, prægnantiam fateatur, vel ſaltem depoſitionibus obſtetricum, quæ ventrem inſpexerint, de prægnantia conſtet; nihilominus immiſſionem prętendat hæres, vel ita recentem, vt facilè dijudicari non poſsit, an prægnans ſit, nec ne, neque obſtetrices quicquam certi deponant, atque ideo hæres immiſsionem prætendat, quia vterum prægnantem neget, vel ſaltem talem incertitudinem, ſibi obeſſe non poſſe prætendat.

Quantum ad primum membrum, videtur primo aſpectu negatiua ſententia te-
12 nenda, primò † quia incerta certis præiudicare non poſſunt, neque certum incerto confundendum, *l. Titia seximus, ff. de leg. 1. capit. Abbati ſanè extra de verborum ſignificatione. Simon de Pratis, de interpretatione vltimæ volunt. libro ſecundo, interpret. quarta, dub. 4. ſolut. 4. num. 42.* qui pluribus id confirmat, & poſt eum *Peregr. conſ. 58. num. 12. uol. 1.*

At incertum eſt, an filius ſit naſciturus, an vero forte fœmina abortum factura; non raro enim contingit abortum fieri; certum eſt autem eum, qui inſtitutus eſt vere extare, atque inſtitutum eſſe, vteroque remoto iuſtum hæredem eſſe, igitur vterus tanquam quid incertum ei tanquam certo, & indubitato præiudicare non poterit.

13 In contrarium † eſt veritas quæ probatur primò, ſatis trita, indubitata tamen ra-
14 tione † eum qui in vtero eſt, quantum ad ea, quæ illius commodum reſpiciunt pro
nato haberi, *l. qui in vtero, ff. de ſtatu homin.* At natus vtique eſſet legitimus con-
15 tradictor, ergo & in vtero conſtitutus, tantum enim operatur † fictio in caſu ficto,
quantum veritas in caſu vero, *l. ſi quis pro emptore, ff. de uſucap. l. qui ad certum, ff. locati, l. cum oratione de excuſat. tutor.*

16 Secundo, quia † leges magis fauent vtero, quam infanti iam nato, & quod in
filio iam nato conſtituitur, idem in vtero procedit, *lege prima, §. & generaliter,*
17 *ff. de uentr. in poſſeſs. mittendo uerba text.* multi quidem ponderis hæc ſunt, † &
generaliter ex quibus cauſis Carbonianam bonorum poſſeſsionem puero Prætor dare ſolitus eſt, ex eiſdem cauſis ventri quoque ſubuenire prętorem debere
18 non dubitamus, eò facilius, † quod fauorabilior eſt cauſa partus, quam pueri; partui enim in hoc fauetur, vt in lucem producatur, puero, vt in familiam inducatur, partus enim iſte alendus eſt, quia non tantum parenti, cuius eſſe dicitur, verum etiam Reipublicæ naſcitur, at infans iam natus legitimus eſſet contradi-

ctor,vt iam fuit in terminis articuli ſuppoſitum ergo idem de vtero erit dicendum.
Ad contrarium reſpondendum in caſu noſtro incerta nõ præiudicare certis;non
enim certum eſt, an inſtitutus verè poſſit eſſe iuſtus hæres, cum talis eſſe nequeat,
19 niſi partus fiat abortiuus qui cum non talis non ſit expectandus † non.n.malus euen
tus expectandus, nec in conſideratione habendus, *Bart. in l.ſeruum filij in princ.
ff.de leg.1. vbi Angel.Imol.& Alexand.in l.inter ſtipulantem,§.ſacram,ff.de verb.
obligat.* non poteſt certum reddere inſtituturum verè futurum hæredem, quinimo
cum potius ſperandum futurum, vt verè naſcatur infans facit ſatis vrgentem præ-
ſumptionem, inſtitutum verò non futurum hæredem, vnde cum ex vtraque parte
res incerta ſit,ei erit fauendum quę fauorabilior eſt, qua non malus expectatur euẽ
tus,quæ facilius præſumitur,addamus legis fictione attenta, quæ eum qui in vtero
eſt,fingit natum ad *d.l.qui in vtero,ff.de ſtat.homin.* nullam dari incertitudinem re
ſpectu vteri, licet veritate attenta daretur.
Quantum ad ſecundum membrum,quando vterus adeo recens eſt, vt de pręgnã
tia probabiliter ſuſpicari poſſit,ideoq; hæres non immerito prægnantiam negat,vi
detur dicendum vterum non eſſe legitimum contradictorem.
20 Primò, quia † paria ſunt non eſſe, vel non apparere, *l.in lege, ff. de contrahen.
emptio.l.duo ſunt Titij vbi* Bartol. *ff. de teſt.tutel. capit. ſolemnitates de conſecrat.
dist.1.Bald.conſil.62.colum.3.volum.3.Crauett conſil.*48.*numero quarto, & in tra-
ctat.de antiq.tempor.par.2.numero* 32. At non apparet, an fęmina prægnans, ergo
perinde ac ſi non eſſet, ſi vero non eſſet pręgnans nullam faceret contradictionem,
ergo idem ſi non appareat.
21 Secundò, quia † quando actor fundamentum ſuę intentionis probauit,obtinere
debet, niſi reus ſuam probet exceptionem *Bart.*Bald. *& Caſtrenſ.in l.2.ff.ſi quis in
ius vocatus non ierit Innoc.in cap. praterea de dilat.*
At actor ſuæ intentionis fundamentum probauit, nimirum teſtamentum non
abolitum, & defuncti poſſeſſionem tempore mortis, vt ſupponendum, alioqui tu-
tile eſſet quęrere, an vterus ſit contradictor, vbi nullo etiam dato contradictore le-
gis noſtrę beneficio locus non eſſet,neque probat reus fundamentum ſuę intentio
nis, nempè pręgnantiam, ergo actor obtinere debet, & per conſequens immitte-
tur vteri contradictione reiecta.
Tertio, exceptiones requirentes altam indaginem non admittuntur ad impe-
diendum legis noſtræ beneficium, *l.2. vbi gloſſ. & Doctores ſupra hoc titulo,* cum
22 alijs ſæpius repetitis † vteri prægnantis exceptio altam requirit indaginem, quan-
do vterus recens eſt,cum difficillimum ſit pręgnantiam cognoſcere, & probare,ni-
ſi quando iam vterus,tumens,& lactè replentur mamellę,de quo caſu nunc non du
bitamus,ergo talis exceptio non impediet legis noſtrę beneficium.
Quarto, quia vbi non datur poſſeſsio ventri, & non eſt legitimus contradictor
fruſtra enim contradicit, niſi vel quia poſſidet ideo non vult ſua poſſeſsione priua-
23 re, vel quia is poſſeſsionem pręrendit, ideo eius intereſt,ne alteri concedatur, † at
vbi non plenè de pręgnantia apparet,vtero non eſt concedenda poſſeſsio,ita vt ne-
que poſsideat, neque poſſeſsionem pręrendere poſsit, ergo, &c. Minor probatur
per leg.1.§.pregnantem,ff.de ventr.in poſſeſs. mittendo, dum inquit text. prægnan
tem eſse mulierem oportet omnino, nec dicere ſe pręgnantem ſufficit,quare nec te
net datio bonorum poſſeſsionis, niſi uere pręgnans fuerit, & mortis tempore, &
eo quo mitti in poſſeſsionem petit.
24 In contrariũ † eſt veritas,quę probatur, primo quia in illis caſibus, in quibus vte
ro conceditur poſſeſsio,in ijſdem legitimus eſt contradictor, non.n.poſſet cõcedi
poſſeſsio,niſi eſſet talis,qui cęteros ab eadẽ excludere poſſet,ne alioqui plures dari
poſsint eiuſdẽ rei poſſeſsore inſolidũ contra *l.ſi vt certo, §.ſi duob.vehiculũ.ff.cõmo-
dat, l.duo, ff.de precario, l.3.§.ex contrario, ff.de acquiren.poſſeſſ.* At vtero recenti,
quan-

quando non omnino, aut manifeſtè probatur prægnantia, conceditur poſseſsio,
ergo, &cæt.
25 Minor † probatur, quia venter, ſeu mulier ventris nomine in poſſeſſionem eſt
mittenda quotieſcunque non liquido conſtat eam per calumniam petere, ita vt
etiam ſi per calumniam petat, dummodo id manifeſtè, non appareat venter ſit mit-
tendus in poſſeſſionem, *l. 1. §. per calumniam, ff ſi mulier ventris nomine leg. 1. §. ſi
ea, ff de ventr. in poſſeſsionem mittendo habetur à* Rota *in una ſegnina bonorũ feu-
dalium 22. Iuny 1615. coram Reuer. P. D. Andrea in leg. 1. §. per calumniam Iuris
Conſultus*, inquit per calumniam in poſſeſſione fuiſſe videtur quæ ſciens, prudenſ-
que ſe prægnantem non eſſe, voluit in poſseſſionem venire, ex quibus elicimus ſup-
ponere, Iuris Conſultus mulierem, etiam per calumniam ſe prægnantem aſseren-
tem in poſseſſionem venire, quod etiam ex ſuperioribus verbis elicitur dum inquit
(debet Prætor, quemadmodum facilis eſt circa bonorũ poſseſsionem mulieri dan-
dam ventris nomine, ita calumniam eius impunitam non relinquere,) quomodo
enim facilis eſset, ſi tunc demum poſseſsionem daret, quando omnino conſtaret
nullam eſſe calumniæ ſuſpicionem? ſufficit ergo ad hoc, vt immittatur de calum-
nia non apparere quamuis per calumniam fortè fœmina petat præterea fruſtra pu-
niendas determinaret Iuris conſultus eas, quæ per calumniam poſſeſsionem ob re-
nuere, dum inquit debere Prætorem fęminarum calumniam non impunitam relin
quere ſi calumnioſè petentes, vbi calumnia non eſſet manifeſta non fuiſſent ad-
miſſæ ad bonorum poſſeſsionem, clarius autem id probat *dicta l. §. ſi ea, ff. de ventr.
in poſſeſs. mittendo*, dum habetur in text. debere prętorem ſi manifeſtam calum-
niam viderit eius, quæ ventris nomine in poſſeſsionem mitti deſiderat, nihil no-
ui decernere, ſi vero de re dubitari poſsit operam eſse dandam, ne quod præiudi-
cium fieret ei, qui in vtero eſt, ſed ventrem in poſseſsionem mitti oportere, ex his
manifeſtè apparet mulierem eſse in poſseſsionem mittendam dummodo manife-
ſtè de calumnia non appareat, Verum vt hoc clarius intelligatur, idem ſubnectit
Iuris Conſultus ſequentibus verbis, apparet itaque, niſi manifeſta ſit calumniatrix
mulier debere eã decretum eligere, & vbi omnino (hoc eſt aliquo modo) iuſtè du-
bitari poterit, an ex eo prægnans ſit, de cętero tuenda eſt, hoc idem ex eadem
l. in § finali elicitur, dum in vltimis verbis Iuris Conſultus, inquit, & ſi ſciens, pru-
densque ſe prægnantem non eſse conſumpſerit, de ſuo eam cõſumpſiſse Labeo ait
ſi ergo potuit conſumere ſciens, prudensque non eſse prægnantem, ea ergo ſciens,
prudensque, & ſic calumnioſè agens fuit in poſseſsione, in hac ſententia per præ-
dicta fuit *Lader. Imol. conſil. 46. num. 1.*
26 Secundo, quia vbicunque conceditur † carboniana bonorum poſseſsio puero
nato conceditur poſseſsio vtero, *dicta leg. prima, §. & generaliter, ff. de ventre in*
27 *poſſeſs. mittendo*, cuius verba paulo ante retuli, † at puero nato conceditur Carbo-
niana bonorum poſseſsio dummodo manifeſta calumnia non appareat, nec fue-
rit manifeſtè probatum non eſse filium eius de cuius hæreditate agitur, & ita dum
aliquo modo res ſit ambigua, & modicum pro filio faciat, *l. 3. §. cauſæ de Carbon. edi
cto, ergo idem de vtero aſſerendum.*
Tertio, quia qui eſt in cauſa, vt hęres hæreditatem adire nequeat, eſt in cau-
28 ſa quominus legis noſtræ beneficium conſequatur, † non enim poteſt quis legis
noſtrę beneficium conſequi, niſi vel adita hęreditate ad *Zuchard. in leg. noſtra
numero 161. & Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. numero 676.* vel niſi ſaltem
intentando legis noſtræ beneficium videatur eodem tempore hęreditatem adire,
29 ad tradita per *Menoch. vbi ſupra*. At † cum dubitatur, an venter ſit plenus, hęres
adire hæreditatem non poteſt, & ita venter, vt ita dicam, ambiguus, eſt in cauſa,
quominus hæres hęreditatem adire poſsit, *l. cum quidem, §. quod dicitur, ff. de ac-
quiren. hæred. Igneus in l. 3. §. vlt. verſ. & ſi aliud, numero 2. & ſeq. ad Silan.* ergo

ventet ambiguus eſt in cauſa quominus hæres legis noſtræ beneficium conſequatur,& ita habet rationem legitimi contradictoris.

30 Quartò, quia ad hoc,† vt hæres impediatur quominus hæreditatem adire poſſit, ſufficit, vt fœmina dicat,ſe prægnantem, vt probat *text. in dicta l. cum quadam, §. quod dicitur, il primo, iuncto §. quod dicitur, il ſecundo in primo habetur*, ſi mulier prægnans putetur,proximum hæreditatem adire non poſſe, in ſecundo rem declarans Iuris Conſultus ſubnectit, quod dicitur ſi putetur eſſe pręgnans,ſic accipiendum eſt, ſi dicat ſe pręgnantem,ad idem optima eſt Caſtrenſ. interpretatio ad eundem, §. *quod dicitur numero tertio*, *dum inquit*, paria eſſe quoad impediendam aditionem, quod vel ipſa mulier, vel obſtetrices teſtentur ventrem plenum, vel fama ſit;ad idem eſt optima doctrina, *gloſſ. primo in l. illud, ff. ſi pars hæredit. petatur*, vbi exequatur dictum mulieris, vel obſtetricum, ſequitur *Angel. ibi*, & faciunt tradita *ab Alexan. in dicto* §. *quod dicitur* ſemper autem,quando quærimus,an venterus ſit contradictor, ſupponimus fœminam dicere ſe prægnantem.

Quintò, quia ita erudite tenet *Lader.* Imol. *dicto conſilio quadrageſimoſexto, per totum poſt Albericum in* Rub. de *Ventr. in poſſeſſ. mittend. & Gofred. ibidem num. 3. quos idem Lader, allegat ſub num. 2.*

31 Ad primam † reſpondendum paria eſſe, non eſſe, & non apparere in illis caſibus in quibus rei eſſentia eſt neceſſaria, ſecus in illis, in quibus opinio ſufficit, & ſat eſt rem, ita putari, aut ſaltem non omnino falſam apparere, vt in caſu noſtro, in quo ſufficit non manifeſtè de calumnia apparere, quamuis verè fœmina calumnioſè ſe prægnantem aſſereret, & ſufficit eam dicere ſe pręgnantem, quamuis non eſſet, dum tamen non omnino contrarium probetur, vt in argumentis affirmatiuæ ſententiæ fuit dictum.

Ad ſecundum reſpondendum ſatis fœminam ſuam exceptionem probaſſe,quando ſe prægnantem aſſeruit, nec de calumnia, & falſitate, eſt conuicta, cum ſua intentio non ſit fundata in uera prægnantia, ſed in ſola opinione prægnantię, quę opinio ab eiuſdem aſſertione pendet, vt iam in argumentis affirmatiuæ ſententiæ concluſum.

32 † Ad tertium reſpondendum exceptionem ventris nomine oppoſitam, non requirere altam indaginem, quia non eſt concludenter probanda prægnantia, ſed ſola aſsertio ſufficit, niſi de manifeſta calumnia conuincatur, vt ſępius repetitum & in ſpecie hanc exceptionem non requirere altam indaginem, vt poſt *gloſſ. in lege ſecunda, ſupra hoc titulo dixit Lader. Imol. conſil. 46. ſub numero 3. verſic. ſed quicquid ſit.*

33 † Ad quartum rectè reſpondet *Lader.* Imol. *dicto conſil. 46. numero* 2. illud procedere quoad validitatem bonorum poſseſsionis, quæ ſi temporis proceſsu verè mulier prægnans appareat efficax eſt, ſin minus, nulla detegitur, non tamen per hoc ſit, vt debeat conſtare mulierem eſse prægnantem ad hoc, vt ſit locus miſſioni, quinimo, ſupponit text. datam eſse bonorum poſseſs. etiam vbi verè fęmina non erat prægnans,& ideo inquit dationem bonorum poſſeſſionis,non tenere,niſi verè prægnans fuerit.

34 Ex his † oritur declaratio propoſitæ declarationis,vt eatenus verus ſit contradictor, quatenus non detegitur ſœminam non fuiſſe prægnantem, & tempore mortis ſui viri,& tempore petitæ bonorum poſſeſſionis,quotieſcunque enim talis detegitur, quemadmodum bonorum poſſeſſio non tenet,ſed corruit, ita contradictio ceſſat, cum in poſſeſſione fundetur, & ita ceſſante fundamento ipſam corruere ſit neceſſe ad *capit. cum ceſſante extra de appellatio. l. adigere*, §. *quamuis, ff. de iure patronat.*

35 Declaranda † ſecundo, vt vera ſit, niſi manifeſtè de calumnia appareat fęminæ ſe falſo prægnantem, aſſerentis, tunc enim, & ei denegatur poſſeſſio, & per conſequens

quens ad contradicendum non admittitur, *d. l. 1. §. ſi ea, ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend. in illis verbis*, etiamſi manifeſtam viderit eius, quæ ventris nomine in poſſeſſionem mitti deſiderat nihil noui decerneret.

SVMMARIVM quinti Articuli.

36 *Præiudicium nulli inferendum.*

37 *Capitulum aduerſus canonicum petentem immiſſionem videtur opponere poſſe de gratia non iuſtificata.*

Contrarium infra num. 49.

38 *Capitulum non poteſt dici legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem in poſſeſſionem canonicatus pro qua inſtat prouiſus à Papa, vel ab ordinario.*

Fallit ſi coram executore aliquid releuans alleget, & incontinenti ſe offerat probare ſuam exceptionem, vt num. 51.

Fallit ſecundo ſi iuſtam habeat reſpõdendi cauſam, quia forte facta ſit collatio ab ordinario ſolo cum debeat eſſe ſimultanea, vt nu. 52.

Ampliatur hæc limitatio etiamſi reperiatur vnus actus collationis beneficij à ſolo ordinario factus, vt num. 53.

Fallit hæc ampliatio in collatione facta à ſummo Pontifice, etiam ſi ei non fuerit narratum capitulum cõcurrere cum Epiſcopo in collatione canonicatus, vt infra 58.

39 *Contradictor legitimus non eſt, cuius non intereſt aduerſarium immitti.*

40 *Actionem calumnioſam leges abhorrent.*

41 *Excipiens non eſt audiendus ceſſante intereſſe.*

42 *Capituli non intereſt canonicum in canonicatus poſſeſſionem immitti, vel non.*

43 *Contradictor legitimus non eſt, qui non poßidet.*

44 *Capitulum non poſſidet canonicatum vacantem.*

45 *Contradictor legitimus eſt non poſſidens, ſi habeat ſimilem gratiam.*

46 *Capituli partes ſunt executori parere, & non contradicere.*

47 *Capitulum eſt legitimus contradictor, quando allegat impedimẽtum reſpiciens obſeruationem ſuorum ſtatutorum.*

48 *Capitulum non fit legitimus contradictor ob præiudicium ſingulorum.*

50 *Capituli intereſſe, eſt remotum, & non conſiderabile quando ſe opponit ob ſeruitium Eccleſiæ, ne detur vitioſus ingreßus.*

54 *Vltimum ſtatutum ad effectum validitatis collationis à ſolo ordinario factæ, vnus actus non conſtituit.*

55 *Status antiquus non poteſt dici mutatus, niſi probetur ſequens ſtatus legitimè præſcriptus.*

56 *Status vltimus eſt attendendus.*

57 *Fallit quando cõſtat de legitimo precedenti, nec apparet de præſcriptione vltimi, & legitima mutatione.*

59 *Collationem canonicatus eſſe communem Epiſcopi, & capitoli eſt de iure communi.*

60 *Exprimendum non eſt, quod de iure ineſt.*

61 *Pontifex non poteſt ignorare ea quæ ſunt de iure.*

62 *Papa concurrit cum quolibet ordinario,*

rio, & conferendo nulli facit iniuriam.

63 *Beneficium ſit affectum per appoſitionem manuum Papæ.*

64 *Fallit in beneficio iuriſpatronatus.*

65 *Capitulum ſi ſe opponat canonico petenti immiſſionem ſine cauſa quæ faciat eum legitimum contradictorem tenetur canonico ad intereſſe.*

66 *Et ſi de facto poſſeſſionem iniuſte denegauerit debentur canonico omnes fructus, atque diſtributiones abſq; alia diminutione.*

67 *Præcipue ſtante proteſtatione per prætendentem facta.*

68 *Veritas determinata non eſt de futuris contingentibus.*

69 *Certi nihil ex incertis infertur.*

70 *Fictio nihil plures operatur, in caſu ficto, quam veritas in caſu vero.*

71 *Canonicus cui à capitulo fuit iniuſte denegata poſſeſſio fructus omnes, & diſtributiones cõſequitur, quãuis vigore ſtatuti teneretur intra annum ad ſacros ordines ſe promouendum curare, & tamen ſe promouendum non curauit.*

72 *Statutum, & conſuetudo Eccleſiaſtica recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.*

ARTICVLVS QVINTVS.

An capitulum poſſit dici legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem in poſſeſſionem canonicatus pro qua inſtat prouiſus à Papa, vel etiam ab ordinario.

AFfirmatiua ſententia videtur tenenda.

Primo, quia poteſt agi de præiudicio capituli ſi aliquis indignus admittatur, vel ſaltem inhabilis vigore conſtitutionum ipſius capituli, at quotieſcunque agitur de alicuius præiudicio, ille eſt audiendus, & per conſequens legitimus eſt contradictor.

Secundo, quia poteſt agi de præiudicio ſingulorum canonicorum, quia vel præ-
36 iudicetur in antianatu, aut re conſimili cum tamen nulli ſit † præiudicium inferendum, aut ius quæſitum auferendum, *l. id quod noſtrum, ff. de reg. iur.*

Tertio facit *deciſ. Card. Blanchetti in Legionen. denegationis poſſeſſionis 26. Mar-*
37 *tij 1593.* in qua habetur † capitulum poſſe opponere de gratia non iuſtificata, ecce ergo capitulum ſaltem eſſe legitimum contradictorem, donec gratia iuſtificetur.

Quarto, quia ita videtur poſtulare ſeruitium Eccleſiæ fructuum, diſtributionum, & ne detur vitioſus ingreſſus, quibus videtur conſulere capitulum ſe opponendo, ſaltem ad effectum, vt iuſtificetur gratia.

38 In contrarium † eſt opinio crebrius recepta, quam præcipue tenuit *Rota apud Mohedan. deciſ. 13. vt lit. pend. & in Oſcen. canonicatus, & præbendæ 4. Maij 1575. coram Robuſterio, Simon in c. mandatum, nu. 5. de reſcript. fuit reſolutum in Hiſpalen. canonicatus 22. Ianuarij 1605. coram Reuerendiſſ. Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon. & in eadem 10. Aprilis 1606. coram eodem in Vercellen. Coadiutoriæ 23. Ianuarij 1608. coram Illuſtriſſ. D. Card. Lancellotto, & in Pacen. Puritatis 11. Decembris 1609. coram R. P. D. Manzanedo.*

39 Probatur primo, † cuius non intereſt alterum immitti; non eſt legitimus con-
40 tradictor, † videretur enim calumnioſe agere, qui abſque eo, quod eius interſit age-

ret

ret cum tamen ab hoc maxime leges repugnẽt, *l. 2. C. de iur. iurand. propter calumu-
dand. tot. tit. Inſtit. de pœna temere litig. c. 1. vbi gloſ. extra de iuram cal.* hinc factũ,
41 † vt ceſſante intereſſe excipiens nõ ſit audiendus, *c. cum inter de elect. l. 1. ff de appel.
non recip. l. illo à quo, §. ſi de teſtamento, vbi Ang. & alij, ff. ad Trebell. Tiraq. de re-
42 tract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 1. num. 51.* Verum † capituli non intereſt canonicum im-
mitti, vel non immitti, ita determinat *Rota in vna Barchionen. canonicatus 30. Octo
bris 1600. coram R. P. D. Sacrato.* Vnde neque capitulum citandum determinat *ad
Bald. in l. ab eo, nu. 17. C. quomodo, & quando, Alex. in l. ſæpe, num. 27. verſic. nec huic
excluſioni, ff. de re iud. Felin. in cap. exhibita, num. 1. de re iudic. Alexan. in conſ. 86.
num. 3. vol. 2.*
43 Secundo, † quia non poſſidens non eſt legitimus contradictor, vt ſæpe repetitum
per tex. legis noſtræ, & ſententiam *Bart. & aliorum in l. filiam fratribus, ff. ad Treb.
Soc. conſ. 106. col. fin. verſ. quinto vol. 4. Felin. in c. veniens, il ſecondo, extra de teſtib.
Dec. conſ. 84. col. 2. conſ. 218. col. 1.* vbi communem teſtatur, *& conſ. 463. vol. 3. Rol.
à Valle conſ. 1. nu. 71. vol. 1. Rimin. iun. conſ. 1. num. 71. vol. 1. Simon in c. mandatum,
nu. 5. de reſcript. & fuit dictum à Rota in vna Hiſpalen. canonicatus 27. Iunij 1605.
coram Reuerendiſſ. Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon. & in Pacen. puritatis 11. Decem
44 bris 1609. coram R. P. D. Manzanedo.* † Certum eſt autem capitulum non poſſidere,
vt in dictis deciſionibus Hiſpalen. & Pacen. igitur non erit legitimus contradictor.
45 Confirmatur, † quia nec ſimilem gratiam capitulum habet, non poſſidens enim
ſi haberet ſaltem ſimilem gratiam, eſſet legitimus contradictor *ad Mohed. deciſ. 13.
vt lit. pend. & fuit dictum in dicta Hiſpalen. canonicatus coram Archiepiſc. Bonon.*
46 quam cum non habeat, caret omni iure contradicendi; † Ideo illius partes ſunt exe-
cutioni parere, & non contradicere, *Innoc. in c. mandatum de reſcriptis, c. Paſtora-
lis, §. quia vero, & ibi gloſ. & Doctor. de offic. de leg. & fuit dictum in Marchionen.
canonicatus 30. Octobris 1600. coram Illuſtriſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno.*
47 Ad primum † reſpondendum, quando capitulum allegat impedimentum reſpi-
ciens obſeruationem ſuorum ſtatutorum, tunc eſſe legitimum contradictorem, &
ideo citandum, in quo caſu debet exequutor aſſumere partes iudicis, & citare, &
audire capitulum, vt fuit dictum *in Pacen. puritatis 11. Decembris 1609. coram
R. P. D. Manzanedo*, ſecus ſi ſe opponat allegans gratiam non iuſtificatam, aut
quid ſimile.
48 Ad ſecundum † reſpondetur ſingulorum præiudicium non facere capitulum le-
gitimum contradictorem, aliud eſt enim præiudicium ſingulorum, aliud vniuerſi-
tatis, *Gloſſ. & DD. & præſertim Felin. in c. eam te, nu. 13. verſ. aliud de reſcrip. vnde
non bene infertur de præiudicio ſingulorum ad præiudicium capituli vulgata l. Pa-
pinianus, ff. de minoribus*, ita in terminis noſtris fuit dictum *in vna Præneſtina iu-
ris paſcendi 12. Maij 1596. coram Card. Mantica*, & ita reſpondetur huic argumen-
to in *Barchionen. canonicatus 30. Octobris 1600. coram Reuerendiſſ. Sacrato Ar-
chiepiſcopo Damaſceno.*
49 Ad † tertium reſpondetur coram Card. Blanchetto non ex propoſito fuiſſe di-
ſputatum articulum, an capitulum ſit legitimus contradictor de gratia non iuſtifi-
cata, ideo non multum inhærendum; potiſſimum cum contrarium fuerit deciſum
in dicta Hiſpalen. canonicatus, & Vercellen. ſupra allegatis, vbi ex profeſſo huiuſ-
modi articulus examinatur, & firmatur contraria ſententia hoc idem reſpondendo
dictæ deciſioni.
50 Ad quartum † reſpondetur ex ſententia *Rotæ in dicta Pacen. puritatis coram Mã-
zanedo*, intereſſe in argumento propoſitum videri longe remotum, & non ſpectare
ad capitulum ad tradita *per Innoc. in c. finali, nu. 7. de præſumpt.* alias de facili poſſet
indirecte impediri exequutio litterarum Apoſtolicarum.
51 Limitatur † ſi coram executore capitulum aliquid releuans allegaret, & inconti-
nenti

nenti ſe offerret probare ſuam exceptionem, ita vt eius excuſſio non retardaret viam executiuam, tunc enim audiendum eſſet capitulum iuxta tradita *per Bart. in l. noſtra, num.* 21. Exceptio enim incontinenti probanda nunquam videtur reiecta, *Dec. conſ.* 424. *num.* 6. *& 7. Iaſon. in l. iuris gentium,* §. *quod fere, nu.* 15. *ff. de pactis.*

52 Fallit ſecundo † ſi capitulum habeat iuſtam ſe opponendi cauſam, quia facta forte ſit collatio ab ordinario, cum tamen debeat eſſe ſimultanea, & non ſolius Epiſcopi, quod in Cathedrali de iure contingere ſolet, *Butrig. in c. cum Eccleſia, num.* 19. *& 20. Abbas, nu.* 8. *verſ. tertia opinio, vbi de communi Imol. nu.* 5. *de elect. Rota dec.* 4. *de conceſſ. præbend. in nouiſſ. Caſſad. deciſ.* 22. *num.* 7. *de præbend. Decian. reſponſ.* 6. *num.* 11. *& 12. Seraph. deciſ.* 1296. *num.* 6. *cum ſeq.*

53 Quę † quidem limitatio ampliatur, etiamſi reperiatur vnus actus collationis eiuſ-
54 dem beneficij, vel forte ab eodem Epiſcopo ſolo factus, † non enim eſt habilis ad conſtituendum vltimum ſtatum ad effectum validitatis collationis à ſolo ordinario factæ, cum enim conſtet de vero beneficij ſtatu, Tum ex diſpoſitione iuris commu-
55 nis, de qua ſupra dictum; Tum ex ſimultaneis collationibus antea factis, † non poteſt dici mutatus, niſi probetur ſequens ſtatus legitimæ præſcriptus ſpatio 40. annorum cum bona fide, *c. cũ beneficio de præbend. lib.* 6. *vbi Gemin. nu.* 8. *& 9. Franch. nu.* 5. *& 9. & c. cum in noſtra, nu.* 45. *de reſcrip. Rota deciſ.* 21. *incipit fuit dubitatum in princip. de præbend. in nouiſs. & fuit dictum in cauſa* Peruſina Sancti *Benueniati* 19. *Maij*, 1588. *&* 12. *Maij* 1589. *coram Card.* Pamphilio, *& Florentina commendæ* 26. *Iunij* 1589. *coram D. Comitulo, & pleniſſime in Ferrarien. prioratus* 1. *Decemb.*
56 1608. *coram Penia.* † Neque quidquam facit vltimum ſtatum attendi debere ad cõ-
57 ſilium, *Calder,* 23. *de præbend. ſæpe à Rota approbatum,* † quia id non habet locum, quando conſtat de legitimo ſtatu præcedenti, tunc enim non attenditur vltimus ſtatus contrarius, niſi probetur legitime præſcriptus, & mutatus, ita fuit deciſum in cauſa *Salamant. Vicariæ* 15. *Martij* 1596. *coram Card. Blanchetto*, eſt in terminis *deciſio*. *Rota* 2. *num.* 2. *de præbend. in nouiſſ. Nicolaus de Milis in verbo beneficium,* ſi eſt impetratum tanquam ſeculare, *& Felin in c in noſtra, nu.* 44. *de reſcript. & tradunt communiter Doctores in c. cum beneficio, vbi Gemin. num.* 8. *& Franch. nu.* 5. *de præbend. lib.* 6. *& probatur etiam in c. conſultationibus, de iurepatr.* & fuit plene deciſum *in dicta Ferrarien. Prioratus, dum iterum cauſa proponeretur* 25. *Maij* 1609. *coram eodem Penia.*

58 Hæc † tamen limitatio ſublimitanda, vt non habeat locum in ~~priuatione~~ prouiſione facta à ſummo Pontifice, etiam ſi ei non fuerit narratum capitulum concurrere cum Epi-
59 ſcopo, in collatione canonicatus, † cum hoc enim ſit de iure *ad Abbat. in c. cum Eccleſia, nu.* 8. *verſ.* 3. *opinor de elect.* Rota *deciſ.* 4. *de conceſſ. præb. in nouiſſ. Caſſad. deciſ.* 22. *de præbend.* fuit dictum *in vna Placentina Canonicatus* 16. *Februarij* 1575. *coram Orano, & in Hiſpalen. penſionis* 19. *Ianuarij* 1594. *coram Card. Pamphilio, & in alia Hiſpalen. canonicatus* 27. *Iunij* 1605. *coram Reuerendiſs. Ludouiſio Ar-*
60 *chiepiſcopo Bononien.* † *non fuit neceſſe exprimere quod de iure inerat, Rota dec.* 75. *de reſcript. in antiq. Caſſad. deciſ.* 4. *num.* 6. *& deciſ.* 12. *num.* 7. *& ſeq. de præbend.*
61 † Pontifex enim nullo modo potuit ignorare ſimultaneam collationem, cum de iure eſſet talis, cum habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, & ideo ſequitur noluiſſe eã
62 attendere præiudicando, in collatione, prout indubitanter poteſt, † quia concurrit cum quoſibet ordinario, & conferendo nulli facit iniuriam, *Put. deciſ.* 48. *num.* 68. *lib.* 3. *& fuit dictum à* Rota *in dicta Hiſpalen. canonicatus coram Reuerendiſs. Lu-*
63 *douiſio Archiepiſcopo Bononien.* † quinimo per appoſitionem manus Papæ beneficium incipit eſſe affectum, *c. cum noſtrum de appellat. tradit Rota in vna Viterbien.*
64 *beneficij* 28. *Ianuarij* 1613. *coram R. P. D. Vbaldo,* † licet hoc ſtatuat non procedere in beneficio iuriſpatronatus.

65 Amplia, † vt non ſolum capitulum ſe opponere nequeat; verum etiam ſi ſe oppoſuerit

fuerit de facto teneatur ad intereſſe, *Ian.deciſ.49. & fuit dictum in vna Oſcen. canonicatus, & præbendæ 4. Martij 1575. coram Robuſterio, & in dicta Hiſpalien. canonicatus 27. Iunij 1605. coram Reuerendiſſ. Ludouiſio*,
66 † & ſi de facto poſſeſſionẽ iniuſte denegauerit, debentur canonico omnes omnino fructus, & destributiones integraliter abſque aliqua diminutione, ita vt omnes fructus ſint reſtituendi, quos canonicus fuiſſet lucraturus, ſi reſidere potuiſſet *Calder. conſ.17. de præbend. Couar. lib.3. var. reſol. cap.13. nu.8. Put. deciſ.203. & 239. lib.1. & fuit dictum in vna Toletana canonicatus 9. Nouembris 1600. coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto*, vbi ita ſæ-
67 pe in Rota fuiſſe reſolutum habetur. † Hoc tamen multo magis verum ſtante proteſtatione per prætendentem facta *Mohed. deciſ.6. de præbend.* licet talis proteſtatio contra capitulum non ſit neceſſaria cum declaratione voluntatis reſidendi iuxta deciſ. *Put.387. lib.1. quæ ſeruatur in Rota, vt fuit reſolutum in cauſa Iacen. portionis 26. Iunij 1577. coram Card. Lancellotto, & in Maioricen. canonicatus 2. Maij 1594. & in Firmana dubitationum 26. Ianuarij 1598. coram Illuſtriſſ. Card. Mellino, & in cauſa Auguſtana canonicatus 17. Februarij 1601. coram Reuerendiſſ. Coccino Rotæ Decano, & tandem in vna Toletana canonicatus 5. Nouembris 1610. coram Illuſtriſſ. Cardinali Lancellotto iuniore.*

Oritur occaſione huius ampliationis non leuis dubitatio quid iuris ſi vigore ſtatuti, & conſuetudinis Eccleſiæ teneatur quilibet canonicus intra annum à die adeptæ poſſeſſionis ſe promouendum curare ad ſacros ordines; hic autem ſi ſtante denegatione poſſeſſionis ſe promouendum non curauerit, an tales fructus, & diſtributiones conſequatur.

Videtur negatiua ſententia tenenda.

Primo ſi enim tales fructus deberentur, id eſſet ob eam rationem, quia ſi habuiſſet pacificam poſſeſſionem ſe promouendum curaſſet, & ſic fructus obtinuiſſet, vnde denegata poſſeſſio fuit in cauſa dilatæ promotionis; at hæc ratio non eſt ſufficiẽs
68 quia incertum, an futurum fuiſſet, vt ſe promouendum curaret de † futuris enim cõtingentibus non eſt determinata veritas *ad Roman. conſ.503. num.12. Ancharan. conſ.392.* Ideo etiam poſſeſſione non denegata, potuiſſet non promoueri, & ſic his
69 fructibus carere, † quamobrem cum ex incertis nihil certi inferatur, *l. neque natales, C. de prob. l. non hoc, C. vnde cognat. cap. in præſentia, extra de probat.* nulla illatio fieri poteſt denegatam poſſeſſionem fuiſſe in cauſa amiſſionis horum fructuum, quos etiam poſſeſſione conceſſa potuiſſet amittere.

Secundo ſi tales fructus haberet canonicus, qui non fuit promotus ad ſacros ordines plus operaretur fictio, quam veritas, ex eo enim quod denegata eſt poſſeſſio iniuſtè fingitur poſſediſſe ad effectum fructuum percipiendorum, cum vere non poſſederit, quod ſi poſſediſſet, neque fuiſſet ad ſacros promotus ordines vera poſ-
70 ſeſſio non poſſet efficere, vt fructus conſequeretur, † certum eſt autem nihil pluris fictionem in caſu ficto operari, quam veritatẽ in caſu vero, *l. adoptio, la prima, ff. de adopt. l. qui ad certum, ff. locati, Bart. & alij in l. ſi is qui pro emptore, num.22. ff. de vſucap. Surd. deciſ.262. nu.8.*

71 In † contrarium eſt veritas, quam tenuit *Rota in vna Toletana canonicatus 5. Nouembris 1610. coram Illuſtriſſ. Cardinali Lancellotto*, probatur autem ex mente *Rotæ* ibidem.

72 Primo quia † ſtatutum, ſeu conſuetudo Eccleſiaſtica propoſita recipit interpretationem paſſiuam à iure communi *l.2. C. de noxal. act. Aym. conſ.259. num.2. & conſ.236. num.9.* de iure autem communi incipit currere poſt adeptam pacificam poſſeſſionem canonicatus, *c. commiſſio, & ibi gloſ. in verbo pacificam, vbi Ancharan. nu.2. & 5. Vant. in 2. concluſ. Prob. ad Menoch. num.2. de elect. in 6.* & ceſſantibus impedimentis per capitulum illatis, *Clem. ſecunda de ætat. & qualit. innouata per Concil. Trid. c.4. de reformat.* quæ procedit etiam ad effectum lucrandi diſtributiones

nes

nes iuxta notata in dicta *Clem. 2. §. illa vero, & ibi Vitalin. in princ. & num. 2.*

Secundo ex mente eiuſdem Rotæ facit probabilis ratio, quia ſi teneretur ante adeptam poſſeſſionem pacificam ſacris ordinibus initiari, ſequeretur, vt ſi forte in lite ſuccumberet reperiretur ſacris initiatus, vltra obligationem, hanc rationem conſiderat etiam gloſſa in dicto verbo pacificam.

Ad primum reſpondet *Rota in d. Toletana*, quinimo præſumi futurum fuiſſe, vt ad ſacros ordines ſe promouendum curaſſet, ſi pacificam canonicatus poſſeſſionem obtinuiſſet, ne commoda ex ſuſceptione ordinum reſultantia amitteret, quæ ſolent eſſe, & plura, & multi ponderis, vt ibi Rota recenſet, quilibet enim ea facturus præſumitur, quæ ſibi vſui, & ornamento futura.

Ad ſecundum non plus fictionem operari; nam ſi vere poſſediſſet, vere ſacros ſuſcepiſſet ordines, vereque fuiſſet fructus conſequuturus.

DECIMAQVINTA QVAESTIO.

CVm eodem modo literæ, & prouiſiones Apoſtolicæ habeant executionem paratam, quo habent teſtamenta, procedaturque in illarum executione ad inſtar beneficij legis noſtræ, vt ſupra traditum, & infra paucis repetetur, non immeritò varij articuli ad legitimum contradictorem ſpectantes de tali materia coniunctim cum materia teſtamentorum ſupra fuere expoſiti illis in locis vbi, & termini pari paſſu ambulant, & determinatio erat eadem ab iiſdem regulis proficiſcens; Verum quia non omnia tacta ſunt, quæ eſſent in tali materia explicanda ſeparatam quæſtionem vltimo loco ſubnectendam, decreui, quod eo magis neceſſarium duxi; quod in hac materia explicanda minus copioſè videntur alij pertranſiuiſſe, præcipue Menochius in reliquis admodum exactus Interpres, qui pauca admodum de hac materia agens *in tract. de adipiſcend. rem. 6. congeſſit.* Non omnia tamen ad talem materiam ſpectantia attingam, nimis enim ampla eſt, & integrum per ſe expoſceret tractatum, verum nonnulla de quibus frequentius in praxi dubitari contingit, paucis exponam, ex quibus non vulgarem quilibet ſtudioſus poterit cognitionem conſequi, atque eam quidem, vt ex his arguens reliqua per ſe facile diiudicare poſſit. Continebit ergo præſens quæſtio articulos ſex.

Primus, Vtrum poſſidens vi gratioſæ ſubrogationis ſit legitimus contradictor aduerſus intentantem hoc beneficium vi alterius gratioſæ ſubrogationis.

Secundus, Vtrum prouiſus à Papa, & poſſidens, ſit legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum.

Tertius, Vtrum prouiſus à Papa non poſſidens, ſit legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum.

Quartus, Vtrum prouiſus à Nuncio, vel Legato, ſit legitimus contradictor contra prouiſum Apoſtolicum.

Quintus, Vtrum habens titulum ab ordinario, & poſſidens ſit legitimus contradictor aduerſus gratioſe ſubrogatum.

Sextus, Vtrum habens titulum ab ordinario, & non poſſidens ſit legitimus contradictor aduerſus prouiſum Apoſtolicum.

Septi[mus] Vtrum prouiſus ab ord[inari]o et poſſidens ſit l[egitim]us c[ontradict]or ad[versus] prouiſum Ap[osto]l[icu]m [illegible] prouiſione, in qua conſtat Papam voluiſſe [illegible]. vide [illegible] in fine

Vtrum poſſidens uigore optionis ſit l[egitim]us c[ontradict]or ad[versus] prouiſum Ap[osto]l[icu]m [illegible] [illegible] 4 Maij [illegible].

SVM-

SVMMARIVM
Articuli primi.

1 *Litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam ad inſtar teſtamenti ex beneficio legis noſtræ.*

2 *Gratioſæ ſubrogationis vi poßidens eſt legitimus contradictor aduerſus alium ſubrogatum gratioſe, & facit cauſam ordinarie tractari.*

Amplia etiam ſi dicatur de nullitate primæ ſubrogationis; de ea enim in proceßu cauſæ iudicio ordinario eſt agendum, vt num. 9.

Amplia ſecundo, etiamſi poſſidens habeat litteras in forma dignum, alter vero in forma gratioſa, dum tamen præuio examine præcedente fuerit ab executore immiſſus, vt infra num. 11.

Amplia tertio, etiam ſi titulus non ſit ex eadem vacatione; ſatis enim eſt, vt prouiſio veniat ab eodem fonte, vt num. 15.

Amplia quarto ſi vna ſubrogatio eſſet prior altera; nam poſſidens ſiue vi prioris, ſiue poſterioris ſemper eſt legitimus contradictor, vt numero 20.

Fallit ſi poßidens immittatur conditionatæ ſubrogationi, nondum purificata conditione, & petens immiſſionem inuitatur purè, nu. 23.

Fallit ſecundo ſi contradictor poſt ſententiam ſuum titulum ediderit; ad effectũ enim executionis impediendæ non releuat productio tituli poſt ſententiam, num. 26.

3 *Poſſidentis conditio in pari cauſa eſt melior.*

4 *Immiſſionem qui poteſt prætendere non poßidens multo facilius manutentionem prætendit ſi poſſidet.* Declara, vt num. 6.

5 *Subrogatus via executiua eſt immittendus.*

7 *Teſtamentum non habet executionẽ paratam aduerſus poſſeſſorem cum titulo.*

8 *Oppoſita ſe mutuo perimunt.*

10 *Altam requirentia indaginem nõ admittuntur in hoc iudicio.*

12 *Puri, & purificati idem eſt iudiciũ.*

13 *Gratia in forma dignum non eſt conditionalis, ſed potius eſt monitoria & inſtructiua Iudicis, & ideo non eſt conditionalis quo ad ſubſtantiam, ſed reſpectu executionis.*

16 *Tituli imparitas non pendet à modo vacationis.*

17 *Titulus eſt cauſa ſufficiens ad dominium acquirendum, & dicitur à tuendo.*

18 *Tituli imparitas attenditur conſiderata maiori, vel minori vi, non autem diuerſitate modi.*

19 *Correlatiuorum quod dicitur de vno, dicitur de alio.*

21 *Prouiſus vigore ſtatuti à ſede Apoſtolica confirmati non eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum.*

22 *Prouiſiones Apoſtolicæ poſſunt inter ſe differre, prout vna eſt altera pinguior, vel magis immediatè à Pontifice proficiſcitur.*

24 *Conditio non purificata nihil ponit in eſſe.*

25 *Subrogationibus duabus conditionatis ſtantibus, & nulla purificata conditione, nulli ſubrogatorum datur immißio.*

Quæſt. XV.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum poſſidens vi gratioſæ ſubrogationis ſit legitimus contradictor aduerſus intentantem hoc beneficium vi alterius gratioſæ ſubrogationis.

VIdetur dicendum non eſſe legitimum contradictorem.

1 Primo, quia † litteræ Apoſtolicæ ob illarum reuerentiam habent executionem paratam ad inſtar teſtamenti ex beneficio legis noſtræ; in earum enim executione proceditur ad inſtar eiuſdem legis noſtræ, *c. ſi capitulo, & ibi gloſ. in verb. executor, & c. ſequen. de preb. in 6. Abb. in c. conſtitutus, nu. 19. in fine de appellat.; Menoch. de adipiſcend. remed 6. nu. 35. Sarn. in tract. Breu nu. 4. & ſeq. Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend. & fuit ſæpe in Rota deciſum, vt in deciſionibus alibi allegatis*, ſi vero admitteretur talis contradictor non eſſet locus executioni, vt debet, & ſic authoritas litterarum Apoſtolicarum videretur ſperni.

2 In contrarium † eſt communis omnium ſententia qui arbitrantur dato poſſeſſore, vi gratioſæ ſubrogationis alium ſubrogatum non eſſe immittendum, neque in tali caſu via executiua agendum, ſed ordinaria id, quod ſolum virtualiter, & in vniuerſali dictum eſt ſupra, quando traditum eſt contra tit. poſſidentem non poſſe agi executiue ex remedio legis noſtræ, ſed ordinarie agendum *ad Bart. in l. noſtra, nu. 21. verſ. aut comparet aliquis qui dicat poſſidere, Dec. ibidem nu 41. Roland. conſ. 78. incip. habita diligenti conſideratione num. 1. & 27. lib. 3. Dec. conſ. 113. verſ. iſta concluſio*, Verum expreſsè in terminis noſtris quando poſſidet quis vi gratioſæ ſubrogationis non exequutiuè, ſed ordinariè agendũ fuit ſæpius deciſum, *Put. deciſ. 308. in princ. lib. 1. & deciſ. 131. lib. 2. ſecundum recentiorem impreſſion. Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend. alias deciſ. 331. Caputaquenſ. deciſ. 329. par. 1. & ſæpe fuit in Rota reſolutum, ita in vna Maiuſculatus 16. May 1586. coram R.P.D. Orano Ciuitatis Caſtelli Parochialis 23. Iunij 1597. coram Illuſtriß. Card. Lancellotto in vna Elnen. beneficij Sancti Saluatoris coram Penia 16. Decembris 1602. in vna Celſonen. Canonicatus 1. Iunij 1607. coram Reuerendiß. Coccino Decano, in Tuden. Parochialis 27. Iunij 1602. coram Reuerendiß. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno; Sabinen. beneficij 29. Maij 1610 coram Penia, & coram Seraphino deciſ. 1153. num. 2.*

3 Probatur primo † quia in pari cauſa melior debet eſſe conditio poſſidentis, *§. cõmodum, Inſtit. de interdict. cum vulgarib.* At non eſſet melior conditio, ſi aduerſus poſſidentem pari titulo non poſſidens immitteretur, quinimo totum ſequeretur oppoſitum, vt in pari caſu melior eſſet conditio non poſſidentis, ergo &c.

Secundo, quia ex mente Rotæ *in d. Oueten. Canonicatus 3. May 1607. coram Re-*
4 *uerendiß. Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen.* ſic poſſumus arguere, † qui nõ poſſidens legitimè immiſſionem prætendere poſſet, multo magis, faciliusq. poſſidens manutentionem prætendet aduerſus volentem immitti, & ſic multo facilius eſt cõtradictor legitimus, quam immiſſionis obtentor, *late Zuetard. hic nu. 134. Roland.*
5 *conſ. 78. nu. 27. lib. 3. facit deciſ. Caputaq. 346. nu. 4. par. 2.* † At primus ſubrogatus vi gratioſæ ſubrogationis poteſt via executiua agendo immiſſionem prætendere, quã do nondum illam eſt conſequutus, *Caſſad. deciſ. 4. nu. 3. in fin. vt in lit. pend. Abb. in c. conſtitutus, nu. 14. de appell.* ergo &c. multo magis poteſt prætendere manutẽtionem, & ſic erit legitimus contradictor, ita ratiocinatur Rota *in vna Oueten. Canonicatus 3. Martij 1607. coram Reuerendiß. Marcomontio nunc Archiepiſc. Lugdunen.*

Neque dicat quis falſam eſſe minorem propoſitionem, primus enim ſubrogatus ſtante ſecundo immiſſionem nullo modo prætendere poteſt, ſed ordinarie agendũ, vt ſupra latè quæſt. 2. num. 45. nam primus ſubrogatus ex natura ſuæ ſubrogationis

immiſ-

immiſſionem prætendere poſſet, niſi per accidens ob concurſum alterius habentis
6 ſimile ius impediretur † Ideo maior propoſitio ad mentem Rotæ ſic erit intelligenda, qui non poſſidens iure immiſſionem prætendere poſſet, ſi non impediretur ab altero eodem modo prætendere multo magis poſſidens erit contradictor aduerſus quemcumque prætendentem, & hoc modo minor correſpondebit maiori, & argumentum erit in ſuo robore, quod ſi forte ſuſpectam quis habeat maiorem propoſitionem hoc modo acceptam ita tutiſſimè argumentari licebit, qui non poſſidens eſſet legitimus contradictor ad impediendam viam executiuam, multo magis erit ſi poſſideat, quia duo vincula magis ligant, quam vnum, *l.fin.C.de adopt.* At primus ſubrogatus ſi non poſſideret eſſet legitimus contradictor aduerſus alterum ſubrogatum, faceretque cauſam ordinarie tractari, vt latè *d.q.2.num.eodem*, ergo multo magis erit legitimus contradictor ſi etiam poſſideat.

Ad contrarium reſpondetur litteras Apoſtolicas habere quidem executionem
7 paratam ad inſtar † teſtamenti; verum teſtamentum non habere executionem paratam ex lege noſtra aduerſus poſſeſſionem cum titulo pari; Ideo cum in re propoſita procedatur ad inſtar dictæ legis noſtræ *ad Mohed.deciſ.13.vt lit.pend.& alijs ſupra deductis*, non erit locus executioni aduerſus poſſidentem vi gratioſæ ſubrogationis nihilq. facit reuerentia cuius vi veniunt ſtatim exequendæ literæ Apoſtolicæ, nam dato pari titulo eadem reuerentia poſtulat, vt huiuſmodi titulum habens, & poſſidens manuteneatur; vnde cum hinc inde par ſit reuerentia oppoſita, ambæ videntur
8 certare, † oppoſita enim ſe mutuo perimunt, *l.ſi inter me, & te, ff.de except.rei iud. l.Pomponius, § ſi is in fine, ff.de procuratoribus, l.hæc verba, l.ille aut ille, ff.de verb. ſignif.Neuiz.conſ.66.nu.51.* maxime, cum priuilegiatus aduerſus alium priuilegiatum non vtatur priuilegio, *l.non ſolum, §.1 ff.de ritu.nupt.l.ſed, & ſi miles, ff.de excuſat.tut.l.minor, l.verum, §.fin ff.de minor.* Natta conſil.141.*num.4. Doctores in Auth.quas actiones, C.de ſacr.ſanct.Eccleſ.*

9 Amplia † etiam ſi dicatur de nullitate primæ ſubrogationis, & ſic tituli poſſidentis, de hac enim in proceſſu cauſæ (iudicio ordinario mediante) eſt diſcutiendum, non in hoc poſſeſſorio ſummariſſimo, *Rota in Sabinen. beneficij 9.Maij* 1610.*corã Penia*, poſt *Aegid. deciſ.624.* Et ratio eſt, quia hæc nullitatis exceptio requirit al-
10 tam indaginem, † quæ in ſummariſſimis iudicijs non admittitur, *l. 2. vbi gloſ. & Doctor.ſupra hoc tit. notant omnes in l.noſtra præcipuè Dec.nu.45. & in l.fin.ff.quorum bonorum. Mohed.deciſ.9. in fin.de cauſ.poſſeſſ. & propriet. Capuaq. deciſ.342. nu.4.par.2.Rota in vna Interamnen.hæreditatis de* Paradiſijs 12.Maij 1606.*coram R.P.D.Pamphilio.*

11 Amplia † ſecundo etiam ſi poſſidens habeat literas in forma dignum mandati, ſcilicet de ſubrogando, ſicque titulum conditionatum, alter vero in forma gratioſa, dum tamen præuio examine præcedenti fuerit, ab executore in poſſeſſionem immiſſus, quamuis enim debeat eſſe par titulus, conditionatus verò videatur impar,
12 tamen purificata conditione æqualis euadit † cum puri, & purificati idem ſit iudicium, *l.ſed & ſi de ſua circa fin.ff.de adit.hered. Iaſ.in l.quoties, nu.3.ff.de verb.obl. Surd.deciſ.117.nu. 6.Lancellott.de attentat.in terminis noſtris par.2.cap.4. in præfat.nu.358.& fuit deciſum in dicta Oueten.canonicatus* 3.Maij 1607.*coram Reuerendiſſ.*Marcomontio *Archiepiſcopo Lugdunen.*

13 Accedat gratiã in forma dignum non eſſe conditionalem, quia illa verba, quatenus idoneus reperiatur, reſpiciunt qualitatem idoneitatis, quæ de iure ineſt, & potius ſonant in monitionem, & inſtruunt executorem, vt intelligat, qualis debeat eſſe ille, cui prouidet *gl.in Clem.1.in verbo reperiret de off.de legat.Rota deciſ.4.nu.4. de fil.presb.in antiq.& deciſ.12.nu.2.in fin.de conceſſ.preb.in nouiſſ.10.And.*Imol.*& Abb. & alij in c.fin. de præſump.* & ſic non reddunt gratiam conditionalem, quo ad eius ſubſtantiam, ſed tantum reſpectu executionis, & prouiſionis faciendæ,

Rota in vna Burgien.canonicatus 28.*Aprilis* 1597.*coram Card. Pamphilio*, vnde ſi ante exequutionem, gratia non erat conditionalis licet executionem ſuſpenderet,& multo minus conditionalis erit facta executione,ideò omnino ęquiparabitur prouiſioni in forma gratioſa, quantum ad rem noſtram attinet.

15 Amplia tertio, † etiam ſi titulus ex cauſa vacationis videtur impar, quia non veniat ex eadem vacatione, ſatis enim eſt, quod vterquę proueniat ab eodem fonte, *Put.deciſ.*302.*lib.*1.*&* 135.*lib.*2.*Mohed.deciſ.*206.*& fuit reſolutum in cauſa Lucana Maiuſculatus* 7. *Iunij* 1585. *&* 1. *Iulij eiuſdem anni coram Orano, & in Vrgellen. Archidiaconatus* 15.*Iulij* 1592.*coram Penia,& Elnen.beneficij* 15. *Nouembris* 1602. *coram eodem Penia, & in cauſa Montisfaliſci Capellaniæ,* 30. *Ianuarij* 1606 *coram Illuſtriß.Card. Lancellotto, in Oueten.canonicatus* 3. *Martij* 1607. *coram Reuerendiß. Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen. & nullius Capellania* 11. *Februarij* 1605. *coram Litta.*

Non obſtat quod aliquando Rota contrarium tenuerit, nempe *in Vercellen.beneficij* 16. *Nouembris* 1602. *coram eodem Litta, & in Toletana parochialis* 24. *Iunij* 1604. *coram Reuerendiß. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, poſt Caputaquenſ. deciſ.*329.*par.*1.*ſequitur Gonzal.* §.7.*proem.num.*244.

Quicquid enim in caſibus dictarum deciſionum dicendum eſſet ob aliquas forte rationes peculiares, quas oculatiſſimi viri præ oculis haberent, licet non facile ex eorum deciſionibus colligantur, Prior ſententia eſt verior, poſteriorque ſimpliciter accepta abſquę aliqua peculiari ratione diuerſificante omnino falſa, quod probatur.

16 Primo, quia † imparitas tituli non poteſt pendere à modo vacationis, cum ea non tribuat ius actu, & ſic non habeat rationem tituli; vtcumque enim millies vacaret beneficium, vel per obitum, vel per reſignationem nullum dicitur ius quæſitū

17 † futuro ſucceſſori, ſed tantum quando quis illud impetrauit; quamobrem, cum titulus nihil aliud ſit, quam ius, & cauſa ſufficiens ad dominium acquirendum, à tuendo dictus, quod factum actoris tueatur, cuiuſmodi ſunt omnes cauſæ, ſeu modi; quibus rerum dominia, vel de iure naturali, vel de iure ciuili acquiruntur, *vt not. Doctores in l.nunquam nuda, ff.de acquir.rerum domin. & in princ. Inſt.de vſucap.* Conſtat ſolam conceſſionem habere rationem tituli; vnde ab eius diuerſitate diuerſitas tituli petenda, non à modo vacationis, & quemadmodum, vt res iuſto titulo noſtra dicatur, non attenditur, an eſſet pro derelicto habita, an ſua natura nullius, vel quolibet alio modo acquiſibilis, ſed acquiſitionis cauſa, an occupatio, an emptio, ita in re noſtra non attenditur quomodo beneficium eſſet vacans, ſed acquiſitionis cauſa.

18 Secundo, quia † imparitas tituli conſideranda, quæ conſiſtat in maiori, vel minori vi, & auctoritate tituli non in diuerſitate modi; alioqui ſequeretur abſurdum, vt poſſidens ex fortiori titulo aliquando non eſſet legitimus contradictor aduerſus intentantē hoc remediū, quia fortior eſt diuerſus à minus forti; & ita impar (imparitate à diuerſitate modi accepta) quod abſurdum, nam æque fortis faceret contradictorem, fortior non faceret, & ſic minus fortia maiorem vim haberent fortioribus, vnde minus forte fortiori eſſet fortius, quæ manifeſta eſt repugnantia ab omni iure aliena, *l.vbi repugnantia, ff.de reg iur.* quamobrem cum maior vis à qualitate gratiæ proficiſcatur, an ſit à Pontifice, vel ab inferiori, an in forma gratioſæ ſubrogationis, an in forma ordinaria, qui eandem habebunt gratiam, dicuntur, pares titulo, quamuis eam diuerſæ vacationis occaſionem obtinuerint.

Tertio, ſi hæc imparitas à vacationis modo profecta faceret, vt poſſidens non eſſet legitimus contradictor ſequeretur deterior conditio poſſidentis, ſi enim occaſione vacationis per obitum poſſideret, alter vero prætenderet occaſione vacationis per reſignationem, quia impar titulo, non eſſet legitimus contradictor, & ſic

eijce-

eijceretur à poſſeſſione, ſi contra occaſione vacationis per reſignationem, alter ve-
ro per obitum adhuc, quia impar titulo poſſidet eijceretur, quaſi non legitimus cõ-
tradictor; quemadmodum enim vacatio per obitum eſt impar vacatione per reſi-
gnationem, ita è conuerſo vacatio per reſignationem eſt impar vacatione per obi-
19 tum; ſunt enim imparia correllatiua, ita vt quod † dicitur de vno reſpectu alterius,
dicatur de altero reſpectu illius *ad l. 1. cum ibi notatis, C. de indict. viduit. tollend.*
ſequitur ergo, vt à maiore, vel minori vi tituli, hæc imparitas contradictionem im-
pediens ſit petenda, vt qui titulum habet cum minori vi non ſit legitimus contra-
dictor, qui cum æquali, vel maiori vtique, cum igitur habentes titulum vi gratioſæ
ſubrogationis cum æquali vi habeant, ſequitur, poſſidentem aduerſus alium legiti-
mum eſſe contradictorem, vtcumque ex impari vacatione titulum habeat.
20 Amplia quarto, † etiam ſi vna ſubrogatio eſſet prior altera, poſſidens enim ſiue vi
prioris, ſiue poſterioris, ſemper eſt legitimus contradictor, ita vt etiam ſi ſubroga-
tionem, & poſſeſſionem poſt alterius ſubrogationem obtinuerit iudicio ordinario
ſit agendum, *Put. dicta deciſ. 131. lib. 2. ſecundum vltimam impreſſionem.*

Declara, vt vera ſit hæc ſententia ſi vere titulus ſit eiuſdem ſpeciei, quia vere
ambæ ſubrogationes; ſecus ſi omnino non eſſet eiuſdem ſpeciei, licet aliquo mo-
21 do videretur quaſi ab eodem Papa proficiſcatur, veluti † ſi quis optauerit, & poſ-
ſeſſionem obtinuerit vigore ſtatuti à Sede Apoſtolica confirmati; videtur enim
quodammodo prouiſus Apoſtolicus, vtcumque enim concedamus hunc eſſe pro-
uiſum Apoſtolicum non ſufficit ad impediendum ſummarium proceſſum, ita fuit
deciſum *in vna Vrgellen. Archidiaconatus 15. Iunij 1592. coram Penia, in Elaen.
beneficij S. Saluatoris 15. Nouembris 1602. coram eodem, & in vna Montisfaliſci
Capellaniæ 30. Ianuarij 1606. coram Illuſtriſs. Cardinali Lancellotto*; & ratio eſt
22 quia † inter prouiſos Apoſtolicos datur ius maius, & minus prout prouiſio eſt pin-
guior, vel magis immediatè à Pontifice proficiſcatur, ad hoc autem, vt quis impe-
diat ſummarium proceſſum, debet habere idem ius, *vt tradit A. Aug. in epit. tit. de
iudic. §. 2. & fuit dictum in Calaguritana dimidiarum portionum 20. Nouembris
1593. coram Illuſtriſs. Mellino*, quinimo tale, vt poſſet immiſſionem obtinere ſi for-
te non poſſideret ad tradita per *Zuccard. hic num. 346. Caputaq. deciſ. 346. num. 4.
par. 2. Rota in Tiraſonen. Capellaniæ 18. Martij, & 7. Aprilis 1606. coram R. P. D.
Pamphilio.*
23 Declara ſecundo, † Vt par debeat eſſe ſubrogatio non ſolum in eſſe ſubrogatio-
nis, ſed etiam in annexis, conditione nempe ſi enim contradictor innitatur condi-
tionatæ ſubrogationi nondum purificata conditione, petens autem immiſſionem
innitatur pure poſſidens vi conditionalis, non purificata cõditione, nõ eſt legitimus
contradictor, ita *Caputaq. deciſ. 346. nu. 4. par 2. Rota in d. Tiraſonen. Capellaniæ co-
24 ram* R.P.D.*Pamphilio.* † Et ratio eſt, quia conditio non purificata nihil poſſit ineſ-
ſe, *l. cedere diem, vbi Doctor. ff. de verb. ſignific.* ita vt quilibet titulus ante purifica-
tam conditionem pro non titulo habeatur, vt alibi copioſe, tantum abeſt, vt poſſit
25 dici par argumento, *l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.* † Si vero ambæ eſſent con-
ditionatæ, & nullius conditio purificata, quia pares ſunt æque nimirum in ſuſpen-
ſo, nullus poteſt immitti, neque, vt opinor, aut extraordinarie, aut ordinarie agi; ſi
enim agendum vi ſubrogationum, quia pendente conditione ſunt in ſuſpenſo,
& nondum ſunt in eſſe ſubrogationum, quod autem in eſſe non eſt, nihil eſt actu,
ideo nullum effectum actualem parit ad dictam *l. eius qui in prouincia*, ideò,
nec ordinariè, nec extraordinariè agendum, ſed tantum conditioni implendæ
danda opera.
26 Fallit † ſi poſt ſententiam contradictor ſuum titulum, & ſic ſuam ſubrogationem
ediderit, ad effectum enim impediendæ executionis non releuat productio tituli
poſt ſententiam *Bart. in l. noſtra, num. 2. per tot. Menoch. de adipiſcend. remed. 4.*

num.629.verſ.quartus eſt caſus, Seraph.deciſ.357.num.4. & fuit dictum in Eluen. beneficij S. Saluatoris 15.Nouembris 1602. coram R.P.D.Penia, & Reatina hæreditatis 4.Iunij 1599. coram Iuſto Gonzal.ad reg.8.gloſ.11. num. 208. & ſeq. quod tamen quomodo intelligendum alibi expoſitum.

SVMMARIVM Articuli ſecundi.

27 *Contradictor, vt quis eſſe poßit, debet habere titulum non ſolum ab eodem fonte, ſed eiuſdem ſpeciei. Declara in non poſſidente, qui velit petendo immiſſionem per cōcurſum aduerſarium excludere, vt nu.31.*

28 *Intruſus non eſt legitimus contradictor.*

29 *Intruſus videtur à Pontifice prouiſus, ſtante ſubrogatione gratioſa alterius.*

30 *Contradictor legitimus eſt poſſidens cum titulo, & iuſte, facitque cauſam ordinarie tractari; & ille obtinet qui habet potiora iura.*

32 *Contradictor non eſt non poßidens niſi habeat titulum eiuſdem ſpeciei.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum prouiſus à Papa, & poßidens, mediante prouiſione ordinaria ſit legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum.

NEgatiua ſententia videtur tenenda.

27 Primo, quia habet titulum imparem, inter prouiſiones enim Apoſtolicas datur ius maius, & ius minus prout prouiſio eſt pinguior; ideo ad effectum, † vt quis contradictor eſſe poſſit, expreſſe cautum, vt debeat habere titulum non ſolum ab eodem fonte, ſed eiuſdem ſpeciei; puta vt vterque fuerit gratioſe ſubrogatus, vt in vna *Vrgellen Archidiaconatus 15.Iunij 1592.coram Penia, & in vna Montis faliſci Capellania 30.Ianuarij 1606.coram Ill.Card. Lancellotto, vbi aliæ allegantur.*

28 Secundo, quia † intruſus & iniuſte poſſidens, non eſt legitimus contradictor, vt

29 latè dictum in hac quæſt.nu.77. † At prouiſus à ſummo Pontifice videtur intruſus, & iniuſte poſſidere ſtante gratioſa ſubrogatione; vt in eodem argumento probatum, & in primo eiuſdem articuli pro eadem opinione, vbi dixi ſtante ſubrogatione poſſeſſionem nunquam fuiſſe vacantem; cum dicatur continuata in ſubrogato ad inſtar ſtatuti continuantis poſſeſſionem, vt ibi.

Contrarium eſt aſſerendum, nempe prouiſum Apoſtolicum poſſidentem eſſe legitimum contradictorem probatur autem.

30 Primo, quia † poſſidens cum titulo, & ſic iuſte, & legitimè eſt legitimus contradictor; & cum eo agendum via ordinaria, & ille debet obtinere, qui potiora iura habet, *Bart.in l.noſtra, nu.21.verſ.aut comparet aliquis, qui dicit poſſidere, Dec.ibid. nu.41. Rol.conſ.78.nu.5.& 25.lib.3.* qui non ſolum probāt in terminis legis noſtræ, verum etiam in hac materia in qua ſecundum eaſdē regulas proceditur *ad Mohed. deciſ.13. vt lit. pend.* & alibi copioſe deductum, ita erudite argumentatur *Rota in Celſonen. canonicatus 1. Iunij 1607.coram Reuerendiſs.Coccino Rotæ Decano.*

31 Ad primum reſpondendum † imparitatem tituli conſiderandam in non poſſidēte, qui velit petendo immiſſionem per concurſum excludere, ſecus iniuſtè, & legitimè, poſſidente, ita reſpondit *Rota in d.Celſonen. canonicatus 1. Iunij 1607. coram eod. Reuerendiß.Coccino Decano, & in Capuaquen.beneficij 23.Martij 1609.coram Reuerendiß.Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen.vbi plenè.*

Ad

Ad ſecundum faciunt reſponſiones alibi allatę hac eadem *quæſt.num.*179. quas non repeto.

32 Ex his inferendum † ſi fortè non poſſideret non eſſe legitimum contradictorem ob eam rationem, quia non poſſidens non eſt legitimus contradictor, niſi habear titulum eiuſdem ſpeciei, quod in ſpecie noſtra fuit a Rota apertè firmatum, vt nempè aduerſus gratioſam ſubrogarionem, alia gratioſa ſubrogatio ſit omnino neceſſaria, vt in dicta *Vergellen. Archidiaconatus*, ſupra allegata in primo argumento, & in dicta *Montis Faliſci Capellaniæ, in eodem argum. pariter allegata.*

SVMMARIVM tertij Articuli.

33 *Prouiſus à ſummo Pontifice non poſſidens non eſt legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatū.*

34 *Titulus par in non poſſidente ad contradicendum eſt neceſſarius.*

35 *Contradictor legitimus, vt ſit non poſſidens, neceſſe eſt, vt eodem modo immiſſionem prætendere poſſit.*

36 *Prouiſus prouiſione ordinaria non poteſt eodem modo prætendere immiſſionem, quo ſubrogatus apoſtolicus.*

37 *Subrogatus prætendit immiſſionem ad continuandam poſſeſſionem defuncti.*

38 *Prouiſus Apoſtolicus non continuat poſſeſſionem defuncti, ſed nouam acquirit.*

39 *Subrogatus non intentat interdictum retinendæ eius tamen immiſſio habet quandam vim retentionis.*

40 *Subrogatus Apoſtolicus poteſt propria auctoritate, etiam lite pendente poſſeſſionem ingredi, abſque vitio intentatorum.*

41 *Subrogati poſſeſſio non eſt noua, ſed continuatiuè in eum translato miniſterio principis.*

42 *Prouiſus prouiſione ordinaria, ſi poſſeſſionem lite pendente propria auctoritate ingrediatur dicitur attentare.*

43 *Vacare non dicitur beneficium, quando vni eſt prouiſum licet poſſeſſionem non obtinuerit.*

44 *Collatio ſola tribuit ius ad rem, licet non in re.*

*Declara, vt num.*53. *&* 54.

45 *Papa non præſumitur velle præiudicare iuri quæſito, neque in re, neque ad rem.*

46 *Exceptio reſpiciens nullitatem tituli, reſpicit merita petitorij, nec ſummariam impedit immiſſionem.*

47 *Exceptio non deprompta de corpore prouiſionis altam requirit indaginem.*

48 *Subrogatus poſtquam alius fuerat prouiſus fundat ſuam intentionem in reuocatione prioris prouiſionis.*

49 *Prouiſi apoſtolici duo, ſi concurrant primus eſt immittendus.*

*Declara, vt num.*56.

*Contrarium, num.*57.

50 *Prouiſus à Papa, quamuis anterior ſi non poſſideat non eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum poſteriorem.*

51 *Prouiſo ſimplici prouiſione, vt immittatur iuſtificatio gratiæ eſt neceſſaria in forma ordinaria.*

52 *Neque eſt illi ius quæſitū ad poſſeſſionē ante iuſtificationem, & nullum*

lum ab ea obtinẽda impedire poteſt.

55 *Immiſsio ad inſtar beneficij legis noſtræ datur ſolummodo gratia iuſtificata.*

ARTICVLVS TERTIVS.

An prouiſus à Summo Pontifice non poſſidens ſit legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum.

33 NEgatiuam † ſententiam, vt paucis me expediam, amplector.
34 Probo autem primo, quia † ad contradicendum in non poſſidente par titulus eſt neceſſarius, adeo quidem, vt debeat eſſe eiuſdem ſpeciei, puta vt vtraque debeat eſſe ſubrogatio gratioſa, vt fuit dictum *à Rota in ſæpius allegata Vrgellen. Archidiaconatus* 15. *Iunij* 1592. *coram Penia, & in Eluen. beneficij* 15. *Nouemb.* 1602. *coram eodem, ac Montis Faliſci Capellaniæ* 30. *Ianuarij* 1606. *coram Illuſtriſs. Cardin. Lancellotto.* At prouiſio ordinaria non eſt eiuſdem ſpeciei, cuius ſubrogatio, ergo prouiſus prouiſione ordinaria non erit legitimus contradictor.

35 Secundo, quia † ad hoc, vt non poſſidens ſit legitimus contradictor; neceſſe eſt,
vt eodem modo immiſſionem prætendere poſsit, ita enim per concurſum aduerſarium excludet, & ita non directè per modum exceptionis, ſed indirectè per modum petendæ immiſsionis, nullus enim immittitur, quia non ambo, darentur enim duo poſſeſsores inſolidum, *l. ſi ut certo, §. ſi duobus uehiculum, ff. commodat. l. duo, ff. de precar.* non alter tantum, quia non maior viget ratio, quare vnus immittatur,
36 quam alter † at prouiſus prouiſione ordinaria non poteſt eodem modo prætendere
37 immiſsionem, quo ſubrogatus, ergo &c. † Minor probatur ſubrogatus enim præ-
38 tendit immiſsionem ad continuandam poſſeſsionem defuncti, † alter vero ad no-
39 uam omnino acquirendam, vnde quamuis † ſubrogatus verè non intentet interdictum retinendæ, ſed immiſsionem, vt alibi dictum, talis enim immiſsio habet quã-
40 dam vim retentionis, † vnde fit vt ſubrogatus gratioſè poſsit propria auctoritate, etiam lite pendente ingredi poſſeſsionem, abſque vitio attentatorum, *Mohed. deciſ. 11. ut lit. pendent. Put. deciſio. 214. lib. 1. et fuit dictum in Aquilana Capellaniæ*
41 1. *Iulij* 1588. † vbi habetur talem poſſeſsionem non eſſe nouam, ſed continuatiuè in ſubrogatum translatam miniſterio Principis, idẽ habetur *in una Senen.* 12. *Maij* 1588. *coram Bubalo trad. Lancellott. de attent. cap. 3. num. 34. ubi declarat, nu. 91. Paleott. deciſ. 119. alias 742. lib. 3. par. 2. et fuit dictum in* Parmen. *Parochialis de Echain prima Nouembris* 1584. *coram Card.* P*amphilio, & in una* Regien. *Iuriſpatronatus* 14. *Iunij, et* 16. *Decembris* 1602. *et* 11. *Aprilis* 1603. *coram* R*euerendiſſimo Coccino* R*otæ Decano, ac in* Parmen. *Prioratus* 23. *Iunij* 1589. *coram Cardin.*
42 *Mantica* † Prouiſus vero ſi talem poſſeſsionem lite pendente propria auctoritate ingrederetur, diceretur attentare, vt nemo in dubium reuocat, & poſſeſsio in eo eſſet omnino noua; vnde cum non veniat pari paſſu ad poſſeſsionem non poteſt per concurſum alium à poſſeſsione obtinenda impedire.

Declara, vt omnino vera ſit huiuſmodi ſententia, ſi ſubrogatus ſit prior in data, prouiſus autem prouiſione ordinaria poſterior.

Si vero contra prouiſus apoſtolicus ſit prior in data, iſque immiſsionem petierit ſubrogatus vero poſterior veniat ad petendum, vt non prior, ſed ipſe immittatur, res aliquanto obſcurior eſt, dubitandum enim contingit, an prior ſit immittendus, an adhuc ordinariè agendum nullo interim immiſſo, an vero immittendus ſubrogatus non admiſſo prouiſo, ne quidem ad contradicendum.

Et quidem primo aſpectu, videtur dicendum priorem immittendum, tum quia

prior

prior tempore eſt potior in iure *c.qui prior de reg.iur.in 6.* Tum quia ſubrogatio,
quæ poſterior videtur ſupponere non eſſe alicui factam prouiſionem huius benefi-
43 cij,ſupponit enim vacationem,† non dicitur autem vacare beneficium,quando iam
44 vni prouiſum, licet poſſeſſionem nondum obtinuerit † eſt enim iam quæſitum ius
ad rem licet non in re, acquiritur enim ex ſola collatione etiam non acceptata, *cap.*
45 *ſi tibi abſenti de præbend.lib.6. Gomeſ.de iure quæſito non tollendo, q.1.nu.35.* † Pa-
pa autem non præſumitur velle preiudicare iuri quæſito nedum in re,ſed neque ad
rem, *gloſſ.in c.cum alius de conſuetud.in verbo præiudicium*, quam ibi pluribus idē
Gomeſ.de iure quæſit.non tollen.q.1.nu.5.verſ.nam vt dictum eſt. Rebuff. *ſuper reg.*
de non tollen.iur.quæſ. gloſ.6. nu.37. Rota *in Valiſoletana Decanatus* 11. Decemb.
1600. *coram Illuſtriſs. Card. Mellino.*

Confirmatur, quia ſi velit ſubrogatus poſterior impedire immiſſionem prouiſi
anterioris,neceſſe eſt,vt prætendat priorem prouiſionem eſſe nullam, quaſi reuoca-
tam poſteriori,ſi enim ea valida ſit,conſtat poſteriorem nihil prætendere poſſe,vn-
46 de talis † exceptio reſpiciens nullitatem tituli reſpicit merita petitorij, ideo non im
pediet ſummariam immiſſionem, ſed erit mediante petitorio, immiſſione iam con-
ceſſa perpendenda.

47 Porrò conſtat talem † exceptionem altam requirere indaginem, cum non ex cor
pore prouiſionis deſumatur,ſed aliunde; ſupponēdum enim prouiſionem non abo-
litam, neque aliquò viſibili vitio laborantem poſſeque multa aduerſus hanc poſte-
riorem ſubrogationem opponi; quibus non fuiſſe mentem Papæ priorem reuocare
prouiſionem ſuadetur,ita vt primo prouiſus dicatur ſuam habere intentionem fun
48 datam, † ſubrogatus vero poſteriori loco non æquè, cum ſua intentio conſiſtat in
reuocatione prioris gratiæ,de qua in continenti apparere nequit; hac ratione *Me-*
49 *noch.in tract.de adipiſcend.remed.6.num.42.* † tenet ſi concurrant duo ~~puniti~~ eodē prouiſi
genere prouiſionis a Papa, primum eſſe immittendum non obſtante alterius cōtra-
dictione, idem igitur in ſpecie noſtra erit aſſerendum nulla viuente diuerſitatis ra-
tione *ad l.illud ff.ad leg.Aquil.*

50 His † tamen non obſtantibus aſſerendum ſubrogatum eſſe immittendum, ita ut
non ſolum immiſſio ſit deneganda prouiſo ſimplici prouiſione,ſed neque is ſit legi-
timus contradictor ad retardandam immiſsionem.

51 Probatur primo, † quia ad effectum, vt competat immiſsio prouiſo ſimplici pro-
uiſione gratiæ iuſtificatio in forma ordinaria eſt neceſſaria,& ante dictam iuſtifica-
tionem nullum ius ei competit pro immiſsione obtinenda *text.in c.1.vbi Io.Andr.*
& alij de lit.conteſt.lib.6.Felin.in c ad aures, col.5.verſ.3.concluſ.de reſcript. Dec.
conſ.142 nu.6. Rota *deciſ.20.de præb.in nouiſs.Aegid.deciſ.76.verſ.et ſi teneremus,*
& deciſ.303.Caputaq.deciſ.39.par.2. alios latè congerit Moder.de Maraſcott. lib.2.
52 *Var.reſol.cap.1.in princ.* † hinc fit, vt cum ante iuſtificationem, non ſit illi ius ali-
quod quæſitum ad poſſeſsionem, nullum ab ea obtinenda impedire poſsit, ſolum
enim,vt ante dictum per concurſum impedire poſſet; poterit ergo interim ſubroga
tus, in quo tria tantum ſummariè ſunt iuſtificanda, illis iuſtificatis immiſsionem
prætendere, & ita prouiſus prouiſione ordinaria nullo modo erit contradictor.

Cōfirmatur ex traditis ſupra in ſecundo argumento,cum enim non concurrant
æquali curſu ad prouiſionem obtinendam prouiſus,& ſubrogatus,ſi quidem ſubro-
gatus venit ad eam continuatiuè obtinendam,hic vero ad nouam inchoandam non
poterit quaſi poſterior, priorem ab ingreſſu poſſeſsionis excludere.

53 Ad † contraria reſpondendum eſſe quidem per ſolam collationem, ius ad rem
quæſitum,vt ſupra dictum,de hoc tamen non apparere ante iuſtificationem gratiæ;
vnde dubium eſt quantum ad noſtram cognitionem attinet, an verè ius quæſitum
ſit,nec ne, paria autem ſunt quid non eſſe, vel non apparere quantum ad effectum
obtinendum, *l.duo ſunt Titij ff.de teſt.tutel.Crau.conſ.76.nu.20.Tiraq.de retract.*

conſan-

*conſanguin.§.1.gloſſ.10.nu.90. & de retract.conuent. in fine,num.*104. *Belleu.conſil.*36.*nu.*1.*Alciat.conſil.*199.*num.*14.*Cephal.conſil.*263.*num.*25. *NeuiZan.conſ.*12.*num.*5.*Deciſ.Pedemont.*79.*nu.*50, *Surd.deciſ.*306.*nu.*13. *Menoch.conſ.*15.*num.*13.
quamobrem cum ſubrogatus ea iuſtificauerit,quæ illi ſunt iuſtificanda;id enim ſuppouendum, vt quæſtioni ſit locus, is dicitur habere ſuam intentionem fundatam, quam non æquè fundatam aduerſarius habet,ideo erit immittendus aduerſario nõ
54 impediente, vel 2. † dicendum habere ius quęſitum quantum ad proprietatem attinet,atque id quidem ſub dubio, quãtum vero ad poſſeſsionẽ nullum eſſe ius quę-
55 ſitum ante iuſtificationem gratiæ, † immiſsio enim ad inſtar beneficij, legis noſtræ datur ſolummodo gratia iuſtificata, *cap.ſi capitulo, & ibi gloſſa in verb.exequatur, & cap.ſequ.de praben.in6.Sarnen.in tract.Breuium,num.*4. *& ſeq. Mohed.deciſ.*13. *vt lit.pend.Rota in Vincen.beneficij* 22.*Iunij* 1598.*coram Litta,Tiraſonen. Canonicatus*24.*May* 1602.*coram Reuerendiſs.Coccino Rotæ Decano,& Papien. Pracep.*30. *Maij* 1611.*coram Reuerendiſs.Ortembergho Epiſcopo Attrebaten.; & pluribus Maxeſcott.d.cap.*1. *lib.*2. *Var.reſol.* vnde cum non habeat ius quæſitum ad poſſeſsionẽ nullo modo poterit ab ea obtinenda alium impedire. Hinc non dicetur iuri ei quæſito Papam per ſubrogationem derogaſſe,manet enim intactum ius quo ad poſſeſſorium attinet, quod ſolum illi ante iuſtificationem gratiæ ſub dubio competebat, & quaſi conditionaliter,ſi gratiam iuſtificaret.

Ad confirmationem reſpondendum ſubrogatum poſteriorem non allegare prouiſionem anteriorem nullam, ſed allegare non iuſtificatam, quod reſpicit non minus poſſeſſorium, quam petitorium, cum nullo modo ante dictam iuſtificationem competat ius ad poſſeſsionem.

Nihil facit gratiam ſupponi non abolitam, neque aliquo ſimili vitio laborantem, non enim hoc ſuppoſito competit remedium poſſeſſorium,niſi poſt iuſtificationem gratiæ.

56 Tandem † non obſtat Menoch.opinio, nam ea admiſſa animaduertendum procedere in gratijs eiuſdem ſpeciei, ita vt tituli pares ſint, ſecus quando prior titulus
57 eſt inferior, & minoris virtutis, maioremq́; requirit iuſtificationem † præterquam, quod eo quoque caſu falſum eſt priorem in data immittendum; eo enim caſu ordinariè agendum admonui ſupra quæſt.2.nu.45. vbi ſtantibus duabus ſubrogationibus gratioſis ordinariè agendum decreui, & traditis à Menochio citato loco reſponſum attuli, vt ibi.

SVMMARIVM
Articuli quarti.

58 *Titulum à Nuncio, vel Legato habens.ſuppoſitis terminis habilibus pro collatione prædictorum, eſt legitimus contradictor aduerſus prouiſum apoſtolicum.*

Amplia, etiam ſi breue ſummi Pontificis contineat clauſulam exequẽdam contra quoſcunque non tamen prouiſos à Sede Apoſtolica, vt numero 60.

Limita ſi prouiſus à Papa obtinuit breue de capiendo poſſeſsionem nomine cameræ cum clauſula excluſis quibuſcumque detentoribus, non tamen à nobis prouiſis, vt numero 61.

59 *Prouiſus à Nuncio, dicitur prouiſus Apoſtolicus, & habet parem titulum cum prouiſo apoſtolico.*

62 *Verbum nobis eſt perſonaliſſimum.*

63 *Et prolatum à ſummo Pontifice excludit Legatum & Nuncium, & geſta per ipſos.*

Clau-

64 *Clauſula (excluſis quibuſcunque detentoribus non tamen à nobis prouiſis) apponitur ad excludendos prouiſos à Legatis, & Nuncijs.*

65 *Non tamen excludit prouiſos à prædefuncto Pontifice.*

66 *Verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam, & veriſimilem mentem loquentis.*

67 *Nominis proprij expreſſio non facit diſpoſitionem perſonalem.*

68 *Interpretatio eſt facienda, ne fiat alteri præiudicium.*

69 *Papa non præſumitur velle iuri quæſito præiudicare.*

70 *Verbum nobis, vel ſimile non reſtringitur ad perſonam ſolius viuentis, neque alios excludit Pontifices.*

71 *Interpretatio ea eſt facienda, quæ eſt magis conſona iuſtitiæ, & conformis iuri communi.*

ARTICVLVS QVARTVS.

An habens titulum à Nuncio, vel Legato ſit legitimus contradictor contra prouiſum Apoſtolicum.

58 Breuiter † affirmatiua ſententia eſt tenenda, ſuppoſitis tamen terminis habilibus pro collatione prædictorum.

Probatur autem ſic, habens parem titulum, etiam ſi non poſſideat eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem ſummariam petentis, & efficiendum
59 iudicium ordinarium, vt ſupra firmauimus. † At prouiſus à Nuncio habet parem titulum, dicitur enim prouiſus apoſtolicus; *gloſſ. in cap. ſi Abbatem de elect. in 6. ubi Gemin. num. 5. Franch. num. 4. Cardin. in Clem. quia contingit, in princ. q. 5. nu. 12. & ibi Imola ſub num. 9. ad med. verſ. iuxta prædicta de relig. domib. Rot. deciſ. 206. num. 5. par. 1. diuerſor. Gonzal. gloſſ. 9. in annotat. num. 269. & fuit dictum in Colonien. Canonicatus ſecunda Iunij 1574. coram Clemente 8. Sanctæ mem. Canonizata in vna Leodien. beneficij 13. Iunij 1608. coram Reuerendiſs. Ortembergho Epiſcopo Attrebaten.*

Confirmatur, quia ſuppoſito, Nuncium poſſediſſe tantum de beneficio, de quo prouidere poterat, quemadmodum Papa in ſibi non reſeruatis, & ſpectantibus ad ordinarios dicitur approbare prouiſos ab eis, vt antea diximus, ita dicendum approbare prouiſos à Nuncijs in ſpectantibus ad illos pari vigente ratione *ad l. illud ff. ad leg. Aquil.*

60 Amplia † etiam ſi Breue ſummi Pontificis contineat clauſulam exequendi contra quoſcumque, non tamen prouiſos à Sede Apoſtolica, vt frequentius contineri ſolet, non enim huiuſmodi breue excludit prouiſum à Legato, neque derogat eius prouiſioni; is enim dicitur prouiſus a Sede Apoſtolica, vt ſupra dictum eſt in primo argumento, & faciunt tradita per Gonzal. vbi ſupra, num. 268.

61 Limita † hanc concluſionem ſi prouiſus à Papa obtinuit Breue de capienda poſſeſſione nomine cameræ cum clauſula (excluſis quibuſcunque detentoribus non tamen à nobis prouiſis) quemadmodum enim per talem clauſulam excluditur à contradictione prouiſus a Nuncio poſſidens, ita & multo magis, non poſſidens excludetur.

Poſſidentem autem excludi probatur primo, quia ita fuit reſolutum in vna Laurien. beneficiorum ſecunda Iunij 1610. coram Penia.

62 Secundo, quia † verbum illud, nobis, eſt perſonaliſſimum, & ſic nō egreditur perſonam

ſonam loquentis, *cap.ſi gratia eum ibi notatis de reſcript.* vnde reſpicit ſolam perſonam Papæ merito non comprehendit legatum, aut Nuncium, neque geſta per ipſos confirmantur *per text. in cap. ſi Abbatem de elect. lib. 6.* vbi in hęc verba loquitur S. Pontifex (Abbati Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecto, & in Epiſcopum electo non poteſt dari licentia deſerendi Monaſterium, & tranſeundi ad Eccleſiam ab alio, quàm à nobis, vel Apoſtolicæ Sedis Legato, (ſi ſint in prouincia) de latere nos miſtro) ſi enim ſub illis verbis, à nobis, comprehenderetur Legatus de latere, fruſtra ibi Pontifex expreſſiſſet, vel Apoſtolicæ ſedis Legato, multo ergo minus ſub eiſdem verbis includitur Nuncius.

63 Tertiò, quia † per talem vocem, nobis, excludi Legatum, & Nuncium, & geſta per ipſos *tenet gloſſ. in Clem. Auditor, in verbo deputatus de reſcript.* quam ibi com-
64 muniter ſequuntur Canoniſtæ, & ſignanter *Imol. num. 19. in fine.* † Ideo hanc clauſulam non apponi ad alium finem, quàm ad excludendos prouiſos à Legatis, & Nuncijs tradit *Card. Blanchettus in una Aquilana Canonicatus 6. Decemb. 1586.* quę extat impreſſa apud R.P.D. *Marcheſanum de commiſſ. parte 1. fol. 428. columna 2. in fine.*

Non obſtat Rotam videri contrarium tenuiſſe *in vna Leodien. beneficij 13. Iunij 1608. coram Reuerendiſs. Ortembergho Epiſcopo Attrebaten.* fuit enim talis deciſio ab eadem Rota reprobata *in dicta Caurien. beneficiorũ 2. Iunij 1610. coram Penia.*

Dubitandum obiter hoc loci contingit, an huiuſmodi clauſula excludat eos, qui à prædefuncto Pontifice fuerunt prouiſi, in qua licet affirmatiua ſententia videatur tenenda ob rationem ſupra allegatam, quia verbum, nobis, eſt perſonaliſsimum, & ſolam loquentis perſonam includit, vt iam dictum.

65 Breuiter tamen † negatiua ſententia tenenda quam tenuit *Rota in d. Aquilana Canonicatus 6. Decembris 1586. coram Cardin. Blanchetto.*

66 Probatur autem primo, † quia verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam, & veriſimilem mentem loquentis, *Doctor. in cap. quoniam Abbas, extra de off. deleg. et ibi de communi Bero. n. 28. Ancharan. conſ. 327. faciunt notata per gloſ-*
67 *ſam, & Doctores in c. cum dilecti extra de for. compet.* † vbi expreſsio nominis proprij non facit diſpoſitionem perſonalem, hoc idem ſentit *Ioan. Andr. in reg. priuilegium de priuileg. in 6.* At ſubiecta materia poſtulat, vt non excludatur prouiſus ab alio Pontifice merito non excludetur.

68 Minor probatur primo, quia ea eſt facienda † interpretatione commodo poſſeſ-
69 ſionis alterius præiudicium inferatur, potiſsimum à S.D.N. † quem noluiſſe præiudicare iuri legitimè quæſito eſt preſumendum, *cap. quamuis de reſeruat. in 6.* cum alijs latè congeſtis per *Pariſ. conſ. 52. num. 15. lib 4.*

70 Secundo, † materiam gratiarum Apoſtolicarum ferre, vt verbum, nobis, vel conſimile non reſtringatur ad perſonam ſolius viuentis Pontificis, neque alios excludat Pontifices, ex eo apparet, quia alioqui omnes gratiæ eſſent temporales, & morte Pontificis expirarent, quoniam omnes ſunt cõceptæ per verba reſpicientia perſonam concedentis, quod tamen affirmare eſſet iniuſtum, ita arguit, *Io. Andr. in dicta reg. priuilegium, verſ. 4. expreſsio*, & in alio verſic. & docetur experientia, & poſt eum Rota *in d. Aquilana Canonicatus 6. Decembris 1586. coram Cardin. Blanchetto, num. 2.*

71 † Confirmantur prædicta ex mente eiuſdem Rotæ citato loco, quia cum talis interpretatio ſit conſona iuſtitiæ, *capit. iuſtitia 25. quæſt. 1.* & conformis magis iuri communi, & ideo fauorabilis, *gloſſ. in cap. ſtatutum in verbo numerandi de præben. in 6.* iure merito, videtur amplectenda.

SVM-

SVMMARIVM

Articuli quinti.

72 *Poſſeſſionem non vacantem de facto ingrediens parte non citata, etiam ex auctoritate iudicis, non acquirit iuſtam poſſeſſionem.*

73 *Iudex nulliter, & de facto procedens non tribuit iuſtam poſſeſſionem, nec poſſidentem, ſua priuat poſſeſſione.*

74 *Subrogatio transfert, & continuat poſſeſſionem defuncti in ſubrogatũ, ſeque habet ad inſtar ſtatuti continuantis poſſeſſionem.*

Declara, vt infra num. 173.

Declara ſecundo, vt num. 179.

75 *Poſſeſſio acquiſita vigore ſubrogationis, non dicitur noua, ſed continuatio eius, quam defunctus habebat.*

76 *Subrogatio gratioſa regulatur iiſdẽ regulis, quibus ſtatutum de continuanda poſſeſſione.*

77 *Poſſeſſionem occupans beneficio non vacante dicitur intruſus, & iniuſtus poſſeſſor.*

78 *Poſſidens beneficium alteri de facto, & iniuſtè ablatum dicitur intruſus.*

79 *Intruſus non poteſt eſſe legitimus contradictor.*

80 *Poſſeſſio intruſi omni caret iuris effectu.*

81 *Subrogatio habet locum in litigioſis.*

82 *Litigatore moriente, non ceſſat titulus beneficij, licet ceſſet ius litigatoris morientis.*

83 *Lis beneficij non dicitur finita per mortem, ſed per rem iudicatam.*

84 *Beneficium non dicitur vacare altero litigatorum decedente, niſi poſtquam appareat defunctum bonum ius fouiſſe.*

85 *Gratiæ iuſtificatio, vbi non eſt neceſſaria ex parte prætendentis immiſſionem, nullus ex aduerſo, videtur dari legitimus contradictor.*

86 *Subrogato gratioſè danda eſt immiſſio, abſque aliqua iuſtificatione gratiæ, dummodo appareat de eius clericatu, de reſeruatione, & de poſſeſſione defuncti tempore mortis in cuius locum facta eſt ſubrogatio.*

Declara dummodo dicta reſeruatio ſit notoria, neque aliquo modo turbida, vt infra, num. 180.

87 *Contradictor non admittitur, vbi non infertur præiudicium irreparabile, & num.* 809.

88 *Immiſſio vi gratioſę ſubrogationis non infert præiudicium irreparabile.*

90 *Reſeruatione ſtante, nec ordinarius, nec alius remittere poteſt.*

91 *Reſeruatio inficit titulum, & poſſeſſionem prouiſi ab ordinario.*

92 *Papa prouidens alicui de beneficio videtur per manus impoſitionem, ita beneficium afficere, vt non amplius ordinario, aut alij ius competere poſſit.*

Declara, quando conſtat illum ex certa ſcientia voluiſſe præuenire, & verè præuenerit, vt nu. 101.

93 *Exceptio nullitatis, aut falſitatis teſtamenti non admittitur ad impediendam immiſſionem, niſi defectus ex lectura teſtamẽti appareat.*

94 *Exceptio nullitatis ſubrogationis, quę ex corpore eiuſdẽ nõ elicitur, nõ impe-*

impedit immiſsionem.

95 Papa non præſumitur velle ordinario præiudicare.

96 Poſſidens cum titulo impari non eſt legitimus contradictor aduerſus petentem immiſsionem.

97 Prouiſus ab ordinario non eſt legitimus contradictor aduerſus prouiſum apoſtolicum.

98 Pontificiam auctoritatem eluſoriam reddere eſt abſurdum.

99 Immiſsio non datur aduerſus poſſidentem cum titulo.

Fallit ſi poſſidenti titulus non ſit par, neque excluſiuus iuris prætendentis immiſsionem, vt nu. 184.

100 Etiamſi titulus ab alio fonte proſiciſcatur.

101 Papa per ſubrogationes gratioſas, aut alias prouiſiones non intendit inferre præiudicium ordinarijs, aut habentibus ius ab illis.

102 Ordinarij ceſſantibus reſeruationibus habent ius conferendi.

103 Papa prouiſos ab ordinario agnoſcit pro legitimis contradictoribus.

104 Prouiſus ab ordinario eſt legitimus contradictor aduerſus apoſtolicum ſi habet titulum coloratum, & poteſt appellare à ſententia lata ſuper expoſitionem litterarum apoſtolicarum in fauorē prouiſi apoſtolici.

105 Dummodo titulum ſuum, corā executore ante ſentētiam produxerit.

106 Immiſsionem prętendens, ſi non habet fundatam ſuam intentionem nihil agit, ſed præfertur poſſidens.

107 Eſſe hoc non probat, quod ab hoc contingit abeſſe.

18 Errare eſt melius non tribuendo iure, quod habetur, quam auferre alijs, quod non eſt auferendum.

109 Agenti de damno euitando magis eſt fauendum, quàm agenti de lucro faciendo.

110 Subrogato non competit immiſsio, niſi probata reſeruatione.

111 Probatio poteſt per contrariam probationem excludi.

Fallit, quando eſt probatio inconuincibilis, ita vt nihil, ſine calumnia aduerſus eam opponi poſſit, vt infra num. 185.

112 Probatio probationem non excludit.

113 Ordinarij in non reſeruatis habent parem poteſtatem conferendi cum Pontifice.

114 Prouiſus ab ordinario in non reſeruatis præfertur prouiſo apoſtolico.

115 Papa in non reſeruatis non vult ordinario, aut ab eo prouiſo præiudicare.

116 Poſſidentis conditio debet eſſe melior in dubio.

117 Ius poſſidentis non curamus, vbi non conſtat de iure petentis.

118 Prouiſus ab ordinario in beneficio litigioſo, quamuis poſſideat non eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum apoſtolicum.

Declara, ſi ſubrogatus apoſtolicus probauerit litem ſui ipſius clericatum, & poſſeſsionem illius, in cuius locum fuit ſubrogatus, vt numero 122.

Amplia ſi de ſubreptione opponatur aduerſus ſubrogatum, num. 123.

Amplia ſecundo, etiam ſi impetrans expediuerit litteras ratione ſubrogationis ad partes, vt nu. 124.

Fallit ſi lis eſſet calumnioſa, nu. 125.

Quod intelligendum, quādo calumnia

nia eſt notoria, num. 126.

119 *Beneficium litigioſum non dicitur, vacare, quamuis vnus ex litigantibus moriatur, ſaltem quantum ad cognitionem noſtram, niſi poſtquam iudicatum fuerit mortuum bonum ius fouiſſe.*

120 *Ordinarius in non vacantibus nullum ius habet.*

121 *Prouiſus ab ordinario de beneficio litigioſo, & poſsidens dicitur intruſus.*

127 *Lis non poteſt dici calumnioſa, quando lis fuit commiſſa cum aliquo genere commiſſionis, quod ſolet requirere aliquam cognitionem.*

128 *Prouiſus ab ordinario, etiam ceſſante lite, quando ſumus in notoriè reſeruatis, licet poſsideat non eſt legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum apoſtolicum, nec quidem ad effectum, vt iuſtificetur gratia.*

129 *Iuſtificatio gratiæ totalis in non litigioſis etiam ſubrogato gratioſè, eſt facienda.*

130 *Quod intellige, quando, nec beneficium eſt litigioſum, nec conſtat de reſeruatione.*

131 *Subrogatio proprium locum habet in litigioſis, in non litigioſis vero dicitur mera prouiſio.*

132 *Prouiſus ab ordinario, & poſsidens, eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum apoſtolicum, vbi reſeruatio materialiter accepta non eſt notoria.*

133 *Immiſsio ſummaria ceſsat, quando per eam poteſt fieri præiudicium ordinario.*

134 *Iuſtificatio gratiæ, etiam in gratioſa ſubrogatione eſt neceſſaria, quando reſeruatio non eſt clara.*

135 *Subrogatus, vbi admittitur ad probandam reſeruationem; aduerſarius eſt admittendus ad probandũ contrarium.*

136 *Tituli imparitas non nocet, vbi de ea non conſtat.*

137 *Tituli imparitas non liberat à iuſtificatione gratiæ, niſi quando conſtat de reſeruatione, vel affectione tali, vt conſtet ordinarium non uoluiſſe prouidere.*

138 *Prouiſus ab ordinario, & poſſidens eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum apoſtolicum, quando reſeruatio formaliter accepta non eſt notoria ad effectum, vt tota gratia iuſtificetur.*

139 *Diſpoſitio conditionalis conditione non purificata nullum operatur effectum.*

140 *Subrogatio gratioſa intelligitur ſub conditione dummodo non ſit alteri ius quæſitum.*

141 *Reſeruationem quamuis non notoriã eũdem parere effectum, quem qualitas litigioſi aliquando tenuit Rota; contrarium tamen verius, & frequentius receptum.*

142 *Reſeruatio facillimè videtur probari, & notoriam fieri.*

143 *Quod intellige, quantum ad reſeruationem naturaliter acceptam, nõ verò formaliter, ſecus in reſeruatione materialiter accepta, quando datur aliqua probabilis exceptio.*

144 *Reſeruatio, vbi non eſt adeo notoria, & talis, quæ excludat omne ius poſſeſsionis ſufficit poſſeſſorem docere de titulo apparenti.*

145 *Seminarium cui ex decreto Concilij Tridentini eſt facta vnio per Epiſcopum, vi huius vnionis, poſſidens dicitur legitimus contradictor aduerſus gratioſè ſubrogatum ad impediendam eius immiſſionem, quãuis non doceat de validitate vnionis.*

146 *Declara vbi ex aduerſo non conſtaret de inualiditate vnionis.*

147 *Vnio de beneficio, quamprimum vacauerit, non poteſt capere vacationem ex reſignatione ad fauorem certæ perſonæ.*

148 *Vnio ſolet fieri cum clauſula, per ceſſum, vel per deceſſum.*

149 *Participium abſolutum conditionem importat.*

150 *Clauſula per ceſſum, vel deceſſum, non habet locum in reſignatione ad fauorem, ſed ſolum in aſſignatione ſimplici.*

151 *Creatio in canonicum confirmata à Papa ex nunc pro vt ex tunc, cum clauſula quamprimum vacaret per ceſſum, vel deceſſum, non includit vacationem per ceſſum ad fauorem certæ perſonæ.*

152 *Mens Principis colligitur ex lõgiſſimo curſu, & quotidiano vſu.*

153 *Beneficium nunquam videtur uacare per reſignationem ad fauorem.*

154 *Vnio ceſſat ſub conditione facta, ceſſante conditione.*

155 *Vnionis præiudicium nullum conſiderari poteſt.*

156 *Vnio inualida eſt, quando tamquam facta de beneficio reſeruato, fuit per congregationem concilij declarata nulla.*

157 *Declarationes factas à congregatione Concilij Rota reuerenter ſuſcipit, & obſeruat, nec de illarum veritate cognoſcit.*

158 *Vnionis titulus ceſſat, & poſſeſſio eius vigore capta ſtante reſeruatione notoria.*

159 *Manutentio ſine poſſeſſione non datur.*

160 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem ſtante notoria reſeruatione, & iuſtificata.*

161 *Vnio facta de beneficio reſeruato, quando fuit facta poſt obitum obtinentis beneficium in menſe reſeruato eſt nulla, ſecus quando eſt facta in vita illius, licet poſtea obierit in menſe reſeruato.*

162 *Vnio per Epiſcopum non poteſt fieri menſe capitulari, abſque ſedis Apoſtolicæ auctoritate.*

163 *Epiſcopus habet facultatem vniendi ſimplicia beneficia præbẽdarum ſingularum, diſtributionibus, non autem menſe capitulari.*

164 *Prouiſus ab ordinario, & poſſidens eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum apoſtolicum, quando eſt notorium nullam dari reſeruationem.*

165 *Prouiſus ab ordinario reſeruatione ceſſante habet parem titulum, cum prouiſo Apoſtolico.*

166 *Prouiſus Apoſtolicus eſt admittendus, etiam in non reſeruatis ſtante prouiſione ordinarij, quando conſtat ſummum Pontificem voluiſſe præuenire.*

167 *Pontifex in menſibus ordinarij poteſt cum eo concurrere.*

168 *Ideo ſi voluit ex certa ſcientia in menſibus ordinarij prouidere, locus*

eſt

eſt præuentione.

169 *Papa quamuis poſſit, non tamen ſolet velle in menſibus ordinarij prouidere, quod ſi fecerit, non præſumitur voluiſſe præuenire.*

170 *Papa non præſumitur voluiſſe collationes ordinariorum impedire.*

171 *Prouiſus à ſummo Pontifice in menſibus ordinarij, ſi vult obtinere probare debet Pontificem ex cauſa præuenire voluiſſe.*

172 *Prouiſus ab ordinario, & poſſidens an, et quando ſit legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum plena diſtinctione totam materiam explicante, declaratur.*

174 *Ius ſtatuti continuantis poſſeſsionē defuncti in hæredem non habet locū, poſſeſsione ab alio occupata, niſi interueniente conſenſu, vel facto eius, penes quem poſſeſsio eſt.*

Contrarium tenent multi, vt infra num. 177.

175 *Interdictum retinendæ ante, etiam actualem apprehenſionem competit hæredi ſtante ſtatuto continuante poſſeſsionem.*

176 *Subrogato ante adeptam poſſeſsionē non competit interdictum retinendæ, ſed ſolum adipiſcendæ.*

178 *Subrogatio gratioſa, quoad poſſeſsionis continuationem quomodo differat à ſtatuto continuante poſſeſsionem.*

182 *Exceptio nullitatis ſubrogationis fundata in non reſeruatione dicitur deſumpta ex corpore ſubrogationis.*

183 *Prouiſus ab ordinario in non reſeruatis habet parem titulum cum prouiſo Apoſtolico.*

186 *Iuſtificatio gratiarum in triplici eſt diſcrimine, aut ordinaria eſt, quæ in quacunque gratia eſt neceſſaria, iuxta vulgarem ſententiam in gratijs narrata eſſe iuſtificanda, aut priuilegiata, quæ minor requiritur quàm in cæteris gratijs, vt in ſubrogationibus vitioſis, aut fieri debet dato contradictore.*

187 *Prima iuſtificatio fit omnino extraiudicialiter ſufficitque executorem aſſerere gratiam eſſe iuſtificatam.*

188 *Secunda iuſtificatio eo modo procedit.*

189 *Tertia iuſtificatio duplex eſt, vel enim conſideratur, quando quis ſe opponit docens de iure ſuo, cum verè non ſit legitimus contradictor puta, quia non poſſideat, & in hac ſummariè eſt agendum, gratia tamen eſt iudicialiter iuſtificanda.*

195 *Vel conſideratur, quando is ſe opponit, qui verus eſt contradictor, & tunc in gratiæ iuſtificatione eſt ordinariè agendum.*

190 *Iudicium in remedio legis noſtræ nō fit ordinarium licet hæres iudicialiter probare debeat mortuum eſſe teſtatorem, illumque tempore mortis poſſediſſe.*

191 *Ordinariè non eſt agendum, licet in litteris apoſtolicis aliqua ſint iuſtificanda.*

192 *Executor litterarum apoſtolicarum eſt mixtus in procedendo, et merus in exequendo.*

193 *Iuſtificatio litterarum non eſt facienda per tres conformes.*

194 *Appellatio non datur à ſententia lata ſuper executionem litterarum apoſtolicarum.*

196 *Gratia iuſtificata, quando quis erat contradictor ad effectum, vt gratia iuſtificaretur, ceſſat omnis contradictione iuſtificatione, tamen eſt ordinariæ agendum.*

197 *Prouiſus ab ordinario in illis caſibus in quibus non eſt contradictor aduerſus ſubrogatum apoſtolicum eodem modo non eſt legitimus contradictor aduerſus quemcunque prouiſum apoſtolicum quocunque prouiſionis genere.*

198 *Limita, quando litteræ apoſtolicæ aliquid continerent executorem eſſe miſtum, tunc enim datur appellatio.*

199 *Exemplum ſi in litteris adeſſet clauſula, vocatis vocandis.*

200 *Aliud exemplum ſi litteræ eſſent in forma dignum.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum prouiſus ab ordinario, & poſſidens ſit legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum gratioſè a Papa.

NEgatiua ſententia, videtur tenenda.
Primò, quia iniuſtè, & nulliter poſſidens non eſt legitimus contradictor,
l. communi diuidundo, §. inter prædones, ff. de communi diuid. latè dixi ſupra in 4.
quæſt. num. 1. & alibi ſæpè. At prouiſus ab ordinario iniuſtè, & nulliter poſsidet,
quando extat alius à Pontifice gratioſè ſubrogatus, ergo &c.
72 Minor probatur, † quia poſſeſsionem non vacantem de facto ingrediens parte
non citata, etiam ſi auctoritate Iudicis ingrediatur, non acquirit iuſtam poſſeſsio-
73 nem, nec priuat poſsidentem ſua poſſeſsione, † Iudex enim nulliter, & de facto pro
cedens non tribuit iuſtam poſſeſsionem, nec poſsidentem ſua poſſeſsione priuat,
vt fuit dictum *in Lucana bonorum 6. Nouembris* 1602. *coram Reuerendiſs. Sacrato*
Archiepiſcopo Damaſceno, in Agrigentina beneficij S. Auguſtini 12. *Nouemb.* 1602.
coram Corduba, in R*oſanen. parochialis* 4. *Iulij* 1603. *coram eodem Reuerendiſs. Sa-*
crato, Vigilen. beneficij 14. *Februarij* 1605. *coram Reuerendiſs.* A*ttrebaten. & in* Ro
mana Vineæ 17. *Decembris* 1610. *coram Reuerendiſs. Lugdunen.*
74 At ſuppoſita ſubrogatione prouiſus ab ordinario poſſeſsionem occupans dicitur
poſſeſsionem non vacantem ingredi, ſubrogatio enim transfert, & continuat poſ-
ſeſsionem defuncti in ſubrogatum, ſeque habet ad inſtar ſtatuti continuantis poſ-
ſeſsionem, *Mohed. deciſ.* 11. *nu.* 2. *vt lit. pend. Gonzal.* §. 3. *proœmij, num.* 9. *& fuit di*
ctum à Ro*ta in vna Calaguritana beneficiorum* 30. *Octobris* 1587. *coram Card. Pam*
75 *philio,* † ita vt non dicatur poſſeſsio noua, ſed continuatio poſſeſsionis quam habe-
bat defunctus, R*ip. in l.* 2. *nu.* 37. *ff. de acquirend. poſſeſ.* P*aleott. deciſ.* 119. *alias* 742.
lib. 3. *par.* 3. *diuerſor.* P*ut. deciſ.* 114. *lib.* 1. *Lancellott. de attent. cap.* 3. *nu.* 94. *fol.* 27.
vbi nu. 96. *declarat, & fuit dictum in una Senen. Canonicatus* 13. *Maij* 1588. *coram*
Bubalo, in Parmen. Prioratus 23. *Iuny* 1589. *coram Card. Mantica, et in* R*egien. Iu-*
rispatronat. 14. *Iunij, &* 16. D*ecembris* 1602. *&* 11. *Aprilis* 1603. *coram* R*eueren-*
diſs. Coccino Ro*ta* D*ecano Gonzalez, qui plura cumulat,* §. 3. *proœmij, nu.* 88. *&* 89.
76 † Regulatur enim gratioſa ſubrogatio iiſdẽ regulis, quibus ſtatutũ de continuanda
poſſeſs. vt fuit dictũ *in Calagurit. beneficij* 30. *Octob.* 1587. *coram Card.* P*amphilio*
Mohed. d. deciſ. 11. *vt lit. pend. Gonzalez.* vbi ſupra quinimo ſubrogatus repræſentat
defunctum quaſi viuum *Mohed. dicta deciſ.* 11. *vt lit. penden.* Ro*ta in vna Seguntina*
Archidiaconatus 26. *Iunij* 1614. *coram* R*euer. Sacrato Archiepiſcopo* D*amaſceno*;

At

At viuus perpetuo poſſediſſet ſine aliqua intermiſſione, ideo ſubrogatus continuo poſt mortem dicitur poſſidere. Merito prouiſus ab ordinario iniuſte, & nulliter poſſidet, quinimo potius dicitur turbare cum non priuauerit ſubrogatum ſua poſſeſſione, vt dictum.

77 Secundo † poſſeſſionem occupans beneficio non vacante dicitur intruſus, & in-
78 iuſtus poſſeſſor, † ſiquidem beneficium alteri de facto, & iniuſte ablatum poſſidens
dicitur intruſus, *c. tanta de exceſſ. Prælat. Prepoſit. in c. propter in fine 19. diſtinct. Re-*
79 *buff. in addit. ad reg. Cancell. reg. 29. verſ. quarto*, qui beneficium, † at intruſus non
poteſt, eſſe legitimus contradictor, quia dicitur nullum ius habere, *c. cum iam dudũ
de præbend. Rebuff. in addit. ad reg. Cancell. reg. 29. verſ. fallit in duobus caſibus*, &
80 ideo † eius poſſeſſio tanquam iniuſta omni caret iuris effectu, *Rota deciſ. 17. de re-
ſtit. ſpoliat. in antiq. Paleott. deciſ.* 119. & fuit dictum in *vna Senen. Canonicatus
13. Maÿ* 1588. *coram Bubalo*, ergo occupans poſſeſſionem beneficij non vacantis
non erit legitimus contradictor. At huiuſmodi eſt prouiſus ab ordinario, ſtante ſub-
81 rogatione, quia cum † ſubrogatio in litigioſis locum habeat, ſubrogatur enim quis
in ius litigationis aduerſus quem cum detur alius litigator, qui poſſet bonum ius fo-
82 uere, † hoc moriente nõ ceſſat titulus beneficij, licet ceſſet ius litigatoris morientis,
quod an bonum, vel malum fuerit pendet à ſententia futura, & ideo neque dicitur
83 † lis finita, quæ non finitur per mortem, ſed per rem iudicatam, *Caſſad. deciſ. 6. ſuper
84 reg. nu. 5. & gloſſ. ad regul. Cancell.* 22. † Ideo cum poſſet litigator viuens bonum ius
fouere non vere dicitur vacare beneficium, niſi poſtquam appareat defunctum bonum ius fouiſſe, & ita poſt rem iudicatam, *Vital. in Clem. 1. nu. 41. vt lit. pend.* Ex quibus pro certo colligitur prouiſum ab ordinario ingredi poſſeſſionem beneficij non vacantis, cum ingrediatur ante litem finitam, vnde conſtat intruſum, vt ſupra, & ideo, non contradictorem, vt ſupra.

85 Tertio, † quia vbi non eſt neceſſaria gratiæ iuſtificatio ex parte prætendentis immiſſionem non eſt verſa vice quiſquam ſe opponens legitimus contradictor; ad quid enim contradicat, an ad effectum, vt ſecum de potioritate iurium agatur? non equidem, eſſet enim iuſtificanda gratia, vt de potioritate iurium appareret; an forte, vt faciat cauſam ordinarie tractari? non equidem, quia ſi non competit, quod minus, & ideò facilius conceditur, nempe vt ſaltem ſummariè de potioritate iurium agatur, neque competet quod magis, vt cauſa ordinarie tractetur; ex his neque contradicere poſſe ad obtinendam ſententiam fauorabilem pro certo eſt habendum ad regul. *Auth. multo magis, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. cum vulgar.* At in re noſtra non eſt
86 neceſſaria gratiæ iuſtificatio, ergo &c. † Minor probatur, quia gratioſè ſubrogato
dandam eſſe immiſſionem abſque aliqua iuſtificatione conſtat, vbi appatet de clericatu ſubrogati, de reſeruatione, & de poſſeſſione defuncti tempore mortis, in cuius locum facta eſt ſubrogatio, *Mohed. deciſ. 292. aliàs 9. vt lit. pend. & 327. aliàs 11. vt lit pend. Put. deciſ. 214. lib. 1. & 495. lib. 2. & ſæpiſsimè à Rota fuit reſolutum præcipuè in vna Burgen. de Pancoruo 24. Octobris. & 28. Nouembris 1588. coram Gypſio, & Calagurritana dimidiarum portionum 20. Decembris 1593. coram Illuſtriſs. Card. Mellino, & in Barchionen. canonicatus 9. Maÿ 1598. & Aſtaricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. & Montisfaliſci Capellaniæ 30. Ianuary 1606. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto.*

87 Quarto, vbi † non infertur præiudicium irreparabile non admittitur cõtradictio,
88 quinimo nec eſt neceſſaria iuſtificatio. † At per immiſſionem vi gratioſæ ſubroga-
tionis non infertur præiudicium irreparabile, nam in petitorio deducta veritate tituli poſſidentis facilis erit ab illa poſſeſſione remotio, *Put. deciſ. 495. lib. 2. Caputaq. deciſ. 395. lib. 1. in manuſcript.* ergo in immiſſione vi gratioſæ ſubrogationis non
89 admittitur contradictio, † Maior probatur ex traditis *à Rota in vna Senen. Canoni-
catus 13. Maÿ 1588. coram Bubalo*, vbi reddens Rota rationem, quare in ſubroga-

tione

tione gratioſa abſque alia iuſtificatione ſit danda immiſſio hanc affert, quia per eã
nulli infertur præiudicium irreparabile, quia facile erit in petitorio ſubrogatum ab
hac poſſeſſione amouere, Vnde quemadmodum ob hanc rationem non eſt neceſ-
ſaria iuſtificatio, ita ob eandem negabitur contradictio, data enim contradictione
cogeretur ad iuſtificandum.

Quinto, aut reſeruatio eſt notoria, aut oppoſitum eſt notorium, & ſatis manife-
ſtè clarum, aut de reſeruatione iuſtè dubitari poteſt. Si reſeruatio eſt notoria, cõſtat
nullo modo contradictorem dari, quia de nullius præiudicio agitur, cum omninò
certum ſit, neque ordinarium, neque ab eo prouiſum aliquod ius in reſeruatis ha-
90 bere poſſe; certum eſt.n. ſtante † reſeruatione, nec ordinarium, nec alium ſe intro-
mittere poſſe; facit *tex. in cap. quamuis, & c. ſi propter, de reſcript. in 6. & fuit dictũ
in Calaguritana dimidiarum portionum 20. Decembris 1595. coram Illuſtriſſ. Card.
Mellino, & in vna Montisfaliſci Capellania 30. Ianuarij 1606. coram Illuſtriſſ.
Card. Lancellotto in qua allegantur Barchionen. Canonicatus 9. Maij 1598. & Aſto-
ricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram eodem Illuſtriſſ. Card. Lancellot-
91 to.* Hinc fit, † vt per talem reſeruationem, & titulus, & poſſeſſio prouiſi ab ordinario
inficiantur ita vt nullum iuris effectum ſortiri poſſint, vt fuit dictum *in vna Pampi-
lonen. pracep. 2. Maij 1611. coram Penia,* ſi vero conſtat non eſſe reſeruatum benefi-
92 cium nihilominus ſi Papa † prouidet, videtur per manuum impoſitionem ita bene-
ficium afficere, vt non amplius ordinario, aut cuilibet ius competere poſſit, *c. vt no-
ſtrum de appellat. Simonett. de reſeruat. quaſt. 64. quem refert Rota in vna Conchen.
Archipresbiteratus 16. Nouembris 1588. coram Card. Plato in fine,* ſi verò res dubia
eſt, neque plane conſtat beneficium eſſe reſeruatum, cum intentio actoris videatur
fundata in ſua gratia, exceptio autem rei in non reſeruatione, talis exceptio non vi-
detur admittenda tamquam requirens altam indaginem *ad l. 2. vbi Doctor. ſupra hoc
tit. & alibi ſapius repetita.*

93 Sexto, quia quemadmodum † exceptio nullitatis, aut falſitatis teſtamenti non
admittitur aduerſus teſtamentum ad impediendam immiſſionem niſi defectus ex
ipſo teſtamento, & eiuſdem lectura appareat, vt tradunt DD. communiter *in l. no-
ſtra, Perſonal. de adip. nu. 119. Rauden. de analogis c. 36. num. 37. Menoch. conſ. 180.
94 nu. 23.* Ita † exceptio nullitatis ſubrogationis, quæ ex corpore eiuſdem non elicia-
tur non impedit immiſſionem, cum in ea procedatur ad inſtar legis noſtræ, vt alibi
dictum, præcipuè *ex Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend.* At ſi prouiſus ab ordinario eſſet
legitimus contradictor contingeret, per exceptionem nullitatis ipſius ſubrogatio-
95 nis, quia nempè beneficium non eſt reſeruatum, † & ideo Papa non præſumatur vo-
luiſſe ordinario præiudicium inferre *ad Put. deciſ. 68. num. 3. lib. 2. Creſcen. deciſ. 5.
nu. 3. de conceſſ. prabend. Rota in ſapius allegata Burgen. de Pancoruo coram Gypſio,*
& in ſexcentis alijs, vnde ſubrogatio quaſi ex defectu voluntatis ſit nulla, & talis
defectus non elicitur ex corpore ſubrogationis, quinimo ſi corticem attendamus,
nullo defectu laborat, ergo &c.

96 Septimo, quia † poſſidens cum titulo impari non eſt legitimus contradictor,
*Bart. in l. noſtra nu. 2. & ibi Dec. nu. 4. Zuccard. nu. 3. Menoch. de adipiſcend. rem. 4.
nu. 581. Put. deciſ. 302. lib. 1. & fuit ſape à Rota repetitum, pracipue in Elnen. prace-
ptoria 10. Iunij 1611. coram Reuerendiſſ. Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunenſi;*
& paſſim in compluribus alijs, at prouiſus ab ordinario poſſidet cum impari titulo,
97 ergo &c. hinc in terminis noſtris ob hanc rationem fuit ſæpe deciſum † prouiſum
ab ordinario non eſſe legitimum contradictorem aduerſus ſubrogatum Apoſtoli-
cum, vt in *Senen. canonicatus 13. Maij 1588. coram Bubalo, & in Recanaten. beneficij
S. Ant. 25. May 1594. coram Ill. Card. Mellino, & Calaguritana dimidiarũ portionũ
20. Decẽb. 1595. coram eod. Ill. Card. Mellino, vbi alia dua ſuperiores allegantur, &
Montisfalliſci Capellania 30. Ianuary 1606. coram Ill. Lancell.* vbi aliæ allegantur.

Octauo,

Octauo, ſi prouiſus ab ordinario poſſidens eſſet legitimus contradictor aduerſus
gratioſè ſubrogatum, ſemper executio ſubrogationis poſſet reddi inanis, aut ſaltē,
vt plurimum, cum enim vt plurimum ordinarij habeant notitiam vacationis ante
ſummum Pontificem, poſſent ſtatim alicui de beneficio prouidere, & eum in poſſeſ
ſionem immittere, & ita plerumque contingeret, vt ſubrogatus poſterior non eſſet
98 admittendus, Eam autem permittere viam † per quam pontificia auctoritas eluſo-
ria reddatur, eſt vtique abſurdum ergo &c. ita argumentatur *Rota in vna Elnen.
præceptoria 10. Iunij 1611. coram Reuerendiſs.* Marcomontio *Archiepiſcopo Lugdun.*
Ideo quamuis prouiſus ab ordinario poſſeſſionem obtinuerit, non videtur ſua ante-
riori poſſeſſione præiudicare poſſe prætenſioni ſubrogati.

Contraria quoque ſententia non leuibus videtur rationibus ſuaderi poſſe; his au-
tem præcipuè.

99 Primo, quia † aduerſus poſſidentem cum titulo non datur immiſſio, vt ex tex. no-
ſtro colligitur in illis verbis, neque ab alio detinentur, *Bart. in l. 1. in fine, C. quorum
bonorum, idem in l. noſtra, num. 21. Dec. nu. 40. Rip. in l. 1. nu. 2. ff. quorum bonorum,
Ang. Aret. in §. quadrupli, nu. 54. verſ. præterea, Inſt. de action. Corn. conſ. 239. in fine
lib. 1. Ruin. conſ. 25. nu. 2. in fine, lib. 4. Roland. conſ. 78. nu. 9. & 27. lib. 3. trad. Rota in
Romana Palatij dell' Aquila 5. Iulij 1602. coram Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo
Damaſceno*, & ſæpius alibi in hoc opere dictum, & pluribus firmatum, quod eſt in-
100 telligendum, † etiam ſi titulus ab alio fonte proficiſcatur, vt rectè R*uin. conſil.* 28.
num. 2. verſ. ſubdit, Bart. lib. 5. At prouiſus ab ordinario cum titulo poſſidet, licet ab
alio fonte profecto, ergo aduerſus eum non datur immiſſio, & per conſequens erit
legitimus contradictor, hoc modo in terminis noſtris nempe prouiſi ab ordinario
poſſidentis aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum prætendentem immiſſionem arguit
R*ota in vna Oneten. canonicatus* 30. *Martij*, 1607. *coram* R*euerendiſs. Archiepiſco-
po Lugdunen. & in Caputaquen. beneficij* 23. *Martij* 1609. *coram eodem Elnen. præ-
ceptoriæ* 10. *Iunij* 1611. *coram eodem* R*euerendiſs.* M*arcomoncio, & prius in vna Cel
ſonen. canonicatus* 1. *Iunij* 1607. *coram* R*euerendiſs. Coccino* R*otæ Decano, & Noua-
rien. beneficij* 5. *Iulij* 1610. *coram eodem* R*euerendiſs. Decano.*

101 Secundo, quia † Papa per ſubrogationes gratioſas, aut alias prouiſiones non in-
tendit inferre præiudicium ordinarijs, aut habētibus ius ab illis *Put. deciſ.* 68. *nu.* 3.
lib. 2. Creſcen. deciſ. 5. num. 3. de conceſſ. præbend. R*ota in ſæpius allegata Burgen. de*
P*ancorno, coram Gypſio.* At ſi poſſidens cum titulo ab ordinario non eſſet legitimus
contradictor Papa faceret præiudicium ordinario, & prouiſo ab eo, ergo &c.

102 Tertio, quia † ceſſantibus reſeruationibus, ordinarij habent poteſtatem conferen
103 di, † & Papa prouiſos ab ordinarijs agnoſcit pro legitimis contradictoribus, vnde ſi
poſſident præferuntur prouiſis Apoſtolicis, *c. ſi à ſede de præbend. in 6.* P*ut. deciſ.* 4.
104 *incip. facta prouiſione de præbend. Sarnenſ. deciſ. 31. incip. c. ſi à ſede*, † ex quo fit, vt ſi
habeant coloratum titulum ſint legitimi contradictores, & poſſent appellare à ſen-
tentia lata ſuper executione litterarum Apoſtolicarum in fauorem prouiſi Apoſto-
105 lici, † dummodo ante ſententiam coram executore ſuum titulum produxerint, R*o-
ta in Elnen. beneficij S. Saluatoris* 16. *Decembris* 1602. *coram Penia*, quod verum
eſt etiamſi prouiſus ab ordinario ſit poſterior in data, dum tamen poſſideat, vt *in
dicta Elnen. vbi allegatur* P*ut. deciſ.* 135. *lib. 2. incipit in vna Abulen.*

106 Quarto, † vbi immiſſionem prætendens non habet fundatam ſuam intentionem,
& clare deductam præfertur poſſidens; cum in pari conditione ſit melior conditio
poſſidentis, §. *commodum, inſtit. de interdictis cum vulgarib. alibi congeſtis*; At ſub-
rogatus ex ſola ſubrogatione non dicitur habere fundatam intentionem, cum poſ-
ſit ſubrogatio inefficax eſſe, quippe quæ non habet locum niſi in reſeruatis, ſæpe au-
tem contingere poſſit, vt vel nulla detur reſeruatio, vel beneficium ſub ea non cadat,
107 & ita non conſtet de iure ſubrogati, † non enim probat hoc eſſe, quod ab hoc con-

tingit

tingit abeſſe, *l. neque natales, C. de probat.* ergo vbi ſubrogatus venit ſolum vi ſolius ſubrogationis præfertur poſſidens, & ſic prouiſus ab ordinario erit legitimus contradictor, *ita videtur arguere Rota in Burgen. Præſtimonij de Pancoruo 24. Octobris* 1588. *coram Gypſio*, vbi concludit, ſi alius eſt in poſſeſſione beneficij non litigioſi, & habet titulum ab ordinario, & id incontinenti ſe probaturum offert legitimum eſſe contradictorem.

Quinto, Vbi agitur de inferendo præiudicium, vel auferendo iuſtam poſſeſſionē,
108 vel non tribuendo debitam, † melius eſt errare non tribuendo debitam, quàm auferendo iuſtam, ſiquidem primo caſu agitur de damno euitando, vel non, ſecundo
109 de lucro fauendo, vel non, † magis autem fauendum agenti de damno euitando, quàm de lucro fauendo, vt dixi infra q. 16. nu. 16. & alibi.

At ſi immittatur ſubrogatus aduerſus prouiſum ab ordinario poſſidentem, periculum eſt ne inferiatur præiudicium auferendo iuſtam poſſeſſionem ab eo qui iuſte poſſidet, poſſet enim beneficium non cadere ſub reſeruationibus generalibus, ita vt prouiſus ab ordinario poſſet habere tale ius, quo excluderetur Apoſtolica prouiſio, puta ſi ſeminario vnitum eſſet ex diſpoſitione Concilij Tridentini, ſi vero non immittatur poſſet inferri præiudicium, vt ſtante vera reſeruatione, & ceſſante omni titulo excluſiuo Apoſtolicæ prouiſionis iniuſtè denegetur debita immiſſio, & ſic primo caſu eſt periculum ne inferatur præiudicium auferendo poſſeſſionem; ſecundo vero ne inferatur negando immiſſionem. Igitur potius deneganda immiſſio, quam concedenda, atque huic quidem rationi adſtipulari videntur nonnullæ in hac materia deciſiones, quæ vbicumque ſaltem de poſſibili dari poteſt, vt prouiſus ab ordinario poſſidens damnum patiatur immittendo aduerſarium prouiſum, poſſidentem faciunt legitimum contradictorem, *vt Oritana Archipresbiteratus* 18. *Iunij* 1599. *coram Corduba.*

110 Sexto, quia † certum eſt non competere ſubrogato immiſſionem niſi reſeruatione probata, vt ex innumeris deciſionibus colligitur, quæ ſemper tria probanda ſtatuunt clericatum ſubrogati, poſſeſſionem defuncti, & reſeruationem, *ita in Placentina canonicatus* 4. *Iulij* 1597. *coram Card. Pamph. Aſtoricen. Archidiaconatus* ... *Nouembris* 1602. *coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto, & Zamoren. beneficiorum* 10. *Decembris* 1604. *coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, & Barchinonen. beneficij de Pedronello* 27. *Iunij* 1605. *coram eodem, & Auerſana Capellaniæ* 15. *Decembr.* 1605. *pariter coram eodem, & Pamphilonen. Præpoſituræ* 2. *Maij* 1611. *coram Penia.*

111 At quia † probatio poteſt per contrariam probationem excludi, fortior enim adeo præualet, vt minor pro non facta habeatur, *l. carmen, §. ſi teſtes, ff. de teſtib. Bart. in l. ſi duo, ff. vti poſſidetis notatur in l. admonendi, ff. de iur. iur. & in c. ex literis de probationib. Natta conſ.* 373. *in fin. Grat. conſ.* 6. *nu.* 23. *Ian. deciſ.* 19. *Aegid. dec.* 624. *nu.* 19. neque conceſſa facultate vni, vt ſuam intentionem probare poſſit, verſa vice
112 eſt alteri deneganda, † probatio enim probationem non excludit, ſed contrariam admittit, etiam ſi ſit plena, *c. licet cauſam de probat. Aegid. conſ.* 2. *nu.* 19. *Alex. conſ.* 114. *in cauſa, & lite, num.* 8. *verſ. nec obſtat, lib.* 4. *Albas conſ.* 51. *nu.* 3. *lib.* 1. conſtat admittendum poſſeſſorem ad probandum aduerſus reſeruationem quamobrem admiſſis hinc inde probationibus, atque ijs quidem reſpicientibus merita poſſeſſorij, videtur ordinariè agendum, quamobrem prouiſus ab ordinario, & poſſidens erit legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum, ad efficiendum, vt cauſa ordinariè tractetur.

Septimo, quia aut beneficium eſt notoriè reſeruatū, ita vt in dubium ad reuocari nequeat, & in his terminis admittenda eſt opinio negatiua, cum certum ſit reſeruationem inficere titulum, & poſſeſſionem prouiſi ab ordinario, vt fuit dictum *in Pampilon. præceptoriæ* 2. *Maij* 1611. *coram* Penia, & in his terminis prouiſum ab ordinario,

ordinario non eſſe contradictorem optimè probant deducta in principio quinti argumenti ſupra.

Aut conſtat nullo modo eſſe reſeruatum, ita vt neque id in dubium reuocari poſſit, & certum eſt prouiſum ab ordinario eſſe legitimum contradictorem, quia in nõ
113 reſeruatis, † ordinarij habent parem poteſtatem conferendi, ideo prouiſus ab or-
114 dinario poſſidet ex pari titulo, *Put. deciſ. 135. lib. 2.* † Vnde præfertur prouiſis Apo-
115 ſtolicis, *c. à ſede de præb. lib. 6. Put. deciſ. 4. de præbend.* † certumque eſt Papam in non reſeruatis nolle ordinario, aut prouiſo ab eo præiudicare, *c. quamuis, & c. ſi propter de reſcrip. in 6. c. ſuper eo, vbi Abb. de off. deleg.* facit ad rem vulgatiſſima regula, nũquam principem præſumi velle vti plenitudine poteſtatis, aut præiudicare tertio, aut alicui cui ſit ius quæſitum, vt trad. *Bald. in l. ſi teſtamentum, & ibi notant ſcribentes, C. de teſtam. Innoc. in c. innotuit de elect. Bald. in l. bene à Zenone, C. de annali præſcript. Paul. de Caſtr. in l. Princeps, ff. de legib. & in l. ex imperfecto, C. de teſtam. Dec. conſ. 36. viſo conſ. col. 2. & 3. Pariſ. conſ. 51. nu. 15. lib. 4. Rota in vna Aquilana canonicatus 6. Octobris 1588. coram Card. Blanchetto in vna Oritana Archipresbiteratus 18. Iunij 1599. coram Corduba, in Miranden. Parochialis 13. Maij 1600. coram Penia, & in Elnen. beneficij Sancti Saluatoris 16. Decembris 1602. coram eodem D. Penia.*

116 Aut dubium eſt an reſeruatum necne, † & in dubio melior eſſe debet conditio poſſidentis, *d. §. commodum, inſtit. de interdict.* & quamuis forte beneficium eſſet re-
117 ſeruatum, & ideo prouiſus ab ordinario iniuſte poſſideret, nihil officit, † quia vbi nõ conſtat de iure petentis, non curamus de iure poſſidentis, *l. fin. C. de rei vendicat. c. ex litteris de probat. l. qui accuſare, vbi Doctores, C. de edend.* Rota deciſ. 70. verſic. *nota*, quod ibi conſtat in antiquis, *Rebuff. in prax. benefic. in tit. de reſcrip. ad beneficia vacantia, num. 17. & 18. cum vulgarib. alibi deductis.*

In re adeo ambigua, in qua etiam Sacra Rota anceps videtur, vt ex compluribus deciſionibus elici poſſe videtur, quarum nonnullas in argumentis iam tetigimus, plurimas verò in determinatione infra afferam; quæ inter ſe pugnare videntur, vt facilius, & clarius quid ſentiendum exiſtimem explicare poſſim, primo concluſiones varias proponam, prout ſubiectam materiam poſtulare arbitrabor; deinde certioris, & plenioris doctrinæ gratia, & vt facilius determinationes omnes memoriæ inhærere poſſint breui tabella varias diſtinctiones complectente totam materiam perſtringam, tandem argumentis hincinde propoſitis occurram, & in quibus terminis procedant, & quas firment concluſiones, quas verò non paucis explicabo.

118 Prima concluſio † in beneficio litigioſo prouiſus ab ordinario, vtcumque poſſideat nullo modo eſt legitimus contradictor ne quidem ad effectum, vt gratia ſit iuſtificanda.

119 Probatur primo, quia † beneficium litigioſum, vtcumque vnus ex litigantibus moriatur non dicitur vacare, vt dixi ſupra in argumento ſecundo pro negatiua, ſed pendet eius ſtatus, vſque ad rem iudicatam, aut ſaltem non dicitur vacare quantum ad noſtram cognitionem attinet, niſi poſtquam iudicatum fuerit mortuum iu-
120 ſtum ius fouiſſe, vt in ſecundo argumento, † At in non vacantibus, certum eſt ordinarium nullum ius habere, certum tale beneficium affectum appellari, adeo quidem vt ſolus ſummus Pontifex de eo diſponere poſſit, ideo prouiſus ab ordinario, &
121 ordinario, & poſſidens nullum ius habet, Imo † dicitur intruſus, cum eius titulus, & poſſeſſio dicatur infecta, neque de poſſibili quidem agitur de præiudicio inferendo, aut ordinario, aut prouiſo ab eo, cum nullum ius aut habeant, aut habere poſſint; quare conſtat nullo modo eſſe legitimum contradictorem, hoc modo abſque dubio procedunt innumeræ Rotæ deciſiones, nullaque in tali caſu datur ambiguitas, ita procedit deciſ. *Mohed. 11. vt lit. pend. alias 327. Put. deciſ. 495. lib. 2. Rota diuerſ. deciſ. 456. & 472. lib. 3. par. 3. ita procedunt Lucana Matuſculatus 13. Octobris 1586.*

coram

coram Orano; Senen. canonicatus, & prebende 13. Maij 1588. coram Bubalo, Vrgellen. Archidiaconatus 15. Iunij 1592. coram Penia, Calaguritana dimidiarum portiqnum de Burgioſ. 20. Decembris 1593. coram Illuſtriß. Card. Mellino Mediolanen. Capellania 20. Maij 1594. coram Card. Pamphilio, Corduben. beneficiorũ 2. & 16. Iunij 1596. coram Gypſio, Barchion. Canonicatus 9. Maij 1598. coram Ill. Card. Mellino, Valliſoletana Scholaſtrie 17. Iunij 1602. corã Ill. Card. Lancel. Roſanen. Parochialis 15. Octobris 1602. coram Penia Montis faliſci Capellania 30. Ianuarij 1606. coram Illuſtriß. Card. Lancellotto, Pampilonen. praeceptoria 2. Maij 1611. coram Penia.

122 † Hoc tamen intelligendum probata lite, clericatu ipſius ſubrogati, & poſſeſſione eius, cuius loco eſt facta ſubrogatio, vt fuit reſolutum in cauſa *Burgen. de Pancorno 2. Octobris, & 28. Nouembris 1588. coram Gypſio, & Montisfaliſci Capellania 30. Ianuarij 1606. coram Illuſtriß. Card. Lancellotto, & Auerſana Capellania 15. Decembris 1609. coram* Reuerendiß. *Damaſceno*, cum alijs alleg. in 6. argumento pro affirmatiua, & ex omnibus deciſionibus ſupra relatis colligitur, & paſſim determinat Rota abſque vlla controuerſia.

Neque dicatur ſi probandum beneficium eſſe litigioſum, ergo ex aduerſo admitteretur contraria probatio, & ita ordinarie erit agendum, probationibus hinc inde admiſſis potiſſimum, cum reſpiciant merita petitorij, ſi enim beneficium eſt litigioſum prouiſus Apoſtolicus bonum ius in petitorio fouet ſin minus bonum ius fouet prouiſus ab ordinario; adeo enim facilis eſt, & plana probatio litigioſi, & adeo clare probari poteſt, vt non admittat tergiuerſationem aliquam, ob quam probationes in contrarium videantur admittendæ.

123 Amplia, † etiamſi de ſubreptione opponatur aduerſus ſubrogatum, quia hæc exceptio eſt reſeruanda in iudicio petitorio, & interim non eſt retardanda immiſſio, ita fuit dictum *in vna Senen. Canonicatus 13. Maij 1588. coram Bubalo, & Montis faliſci Capellanie 30. Ianuarij 1606. coram* Reuerendiß. *Card. Lancellotto, & Papien. praeceptoria 30. Maij 1611. coram Ortimbergo*, Et ratio eſt, quia talis exceptio requirit altam indaginem, & reſpicit validitatem tituli, & ita merita petitorij, *Put. deciſ. 495. lib. 2. num. 2. Rota in vna Vlixbonen. Coadiutoriæ 22. Maij 1596. coram Gypſio.*

124 Amplia ſecundo, † vt habeat locum etiamſi impetrans expediuerit litteras gratioſę ſubrogationis ad partes; quamuis enim aliqui ſentiant tunc totam gratiam eſſe iuſtificandam quando impetrans ad partem expediuit Bullas ſuper gratioſa ſubrogatione, deſumpta, vel ex corpore, vel ex clauſula generalibus ipſius ſupplicationis, vt videtur ſentire, P*ariſ. conſ. 77. lib. 4. & antiquis gloſſator regularum Cancellariæ gloſ. 8. quos allegando, ſequitur Rota in Hiſpalen. penſionis 23. Ianuarij 1572. coram Card. Lancellotto, & Giennen.* Praſtimonij *15. Februarij, 1593. coram Cardin. Blanchetto, & antea in Bononien. Canonicatus 19. Maij 1590. coram Card.* P*amphil.* contrarium tamen hoc tempore ſequitur *Rota in vna Miranden.* Parochialis 17. *Maij 1600. coram* Penia, *& in vna Nouarien. beneficij 1. Iulij 1610. coram Reuerendiß. Coccino* Rota *Decano*, vbi declarantur dicta Pariſ. &, Gloſſatoris regularum quomodo intelligenda; eandem ſententiam tenuerat *Rota in Valliſoletana Scholaſtria 17. Iunij 1602. coram Illuſtriß. Card Lancellotto.*

125 Fallit vero † ſi lis eſſet calumnioſa, talem enim calumnioſam litem non faceret beneficium litigioſum tradit *Biſignett. deciſ. 2. in fine de rer. permut. Caſſador. deciſ. 7. de dolo, & contum. Achill. deciſ. 189. Mandoſ. in reg. de ſubrog. q. 11. num. 6. cum alijs per Lancellott. de attentat. lit. pend. in 4. limit. pluribus Menoch. conſ. 79. nu. 27. Rota in vna Virdunen. canonicatus 28. Aprilis 1595. coram Cardinali* Pamphilio *& Gerunden. Canonicatus 14.* Maij 1601. *coram Reuerendiſs. Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon. & in* Placentina Parochialis *de Malpartida 1. Decembris 1603. coram Litta.*

126 Quod † tamen intelligendum, quando calumnia eſt notoria, ita vt lis non ſit,

ſaltem

ſaltem colorata, vt *Rota in dicta Placentina de Malpartida*, & ratio eſt, quia bonum ius non eſt de ſubſtantia litis, vt fuit reſolutum *in Gerunden. canonicatus 14. Maij 1602. coram Reuerendiſſ. Archiepiſcopo Bonon. necnon in Valliſoletana 17. Iunij*
127 *1603. coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto*; vnde ſufficit litem eſſe coloratam † hinc pro certo habendum ſi lis commiſſa fuerit aliquo genere commiſſionis, quod concedi ſoleat cum aliquali cognitione, calumniam non dici notoriam, neq; impedire quominus beneficium dicatur litigioſum, vt *Rota in dicta Placentina de Malpartida coram Litta*, Item quando ſumus in principio litis, ita vt nondum ſint factæ probationes non poteſt conſtare de calumnia, non enim poteſt dici improbus litigioſus, quandiu poteſt iuſtificari. *Aegid. deciſ. 103. Caſſad. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. Rota in dicta Gerunden. canonicatus coram Reuerendiſſ. Ludouiſio*.

Fallit ſecundo ſi ordinarius habeat indultum conferendi etiam beneficia litigioſa, vt ſtatuit *Rota in vna Mediolanenſ. beneficij 10. Martij 1614. in prima deciſ. coram R. P. D. Andrea compillata*.

128 Secunda concluſio † ceſſante lite, quando tamen adhuc ſumus in notoriè reſeruatis, in quibus non reuocatur in dubium reſeruatio, prouiſus ab ordinario, & poſſidens nullo modo eſt legitimus contradictor ne quidem ad effectum, vt iuſtificetur gratia, Probatur hæc concluſio ex tertio argum. negatiuæ ſententiæ ſupra propoſito, & ex prima parte ſuperioris argumenti, vbi dixi ſtante notoria reſeruatione, nec ordinarium, nec aliū ſe intromittere poſſe, *c. quamuis, & c. ſi propter de reſcrip. in 6.*

Secundo probatur, quia ſtante reſeruatione conſtat ſubrogatum ab ordinario non habere parem titulum, & ideo non eſſe legitimum contradictorem, ad latè deducta ſupra in 8. arg. & ita procedunt omnes deciſiones in eo argumento congeſtę, quibus addo *Lucanam Maiuſculatus 16. Maij 1586. coram Orano, Vrgellen. Archidiaconatus 15. Ianuarij 1592. coram Penia*, hoc modo intelligēdæ ſunt omnes deciſiones tradentes in nō litigioſis, dummodo ſint reſeruata, locum eſſe ſubrogationi abſque iuſtificatione gratiæ, præcipuè *Calaguritana dimidiarum portionū 9. Maij 1598. coram Illuſtriſſ. Card. Mellino, & Barchionen. Canonicatus 9. Maij 1598. & Aſtoricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto, & Montisfaliſci Capellaniæ 30. Ianuarij 1606. coram eod. Illuſt. Lancellotto Auerſana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſc. Damaſc. Corduben. beneficiorum 27. Octob. 1606. coram Reuerendiſſ. Marcomontio Archiep. Lugdunen. & Placentina beneficij, 1. Iulij 1609. coram Illuſtriſſ. Cardinali Lancellotto.*

129 Non obſtat opinio eorum; qui arbitrantur, † vbi nulla adeſt lis pro obtinenda immiſſione neceſſariam eſſe iuſtificationem gratiæ totalis, ſicut aliarum impetratio-
130 num, cum ceſſante lite † non dicatur vera ſubrogatio, quæ tantum in litigioſis locū habet ad trad. *per Sarn. ſuper reg. de ſubrog. in fine princ.* ſed dicitur mœra prouiſio, quæ niſi iuſtificata nō operatur effectū veræ ſubrogationis, *Vitalin. in Clem. 1. nu. 4. vt lit. pend. Mobed. deciſ. 180. & fuit reſolutum in cauſa Burgen. de Pancoruo de anno 1588. corā Gypſio, & in Gennen. præſtimonij 15. Februarij 1593. coram Card. Blan-*
131 *chetto, & Neapolit. Rectoriæ 13. Februarij 1598. coram Card. Pamphil.* † id. n. eſt ſtatuendum, quando nec beneficium eſt litigioſum, nec conſtat de reſeruatione, ſecus ſi de reſeruatione, adeo cōſtet, vt nullo modo in cōtrouerſiā vocetur; Et ratio diſcriminis eſt, quia ceſſante reſeruatione, aut ſaltē ea non manifeſta poteſt fieri præiudiciū ordinario, ſecus ea ceſſante, vel vbi non eſt manifeſta, nam ceſſante reſeruatione pro certo fieret præiudiciū, ea vero non manifeſta, ſed dubia fieret præiudiciū ſaltē de poſſibili, quia poſſet beneficiū nō eſſe reſeruatum, vt in 2. concl. & hoc modo declaranda *eſt Cordub. præſtimonij 21. Octob. 1596. corā Litta*, vbi qn̄ beneficiū non eſt litigioſum, & alter, poſſidet ſtatuit Rota non eſſe dādā immiſſionem ſubrogato, niſi iuſtificentur non ſolū narrata in literis gratiæ ſubrogationis, verū ēt gratiæ principalis à qua pēdet hæc gratioſa ſubrogatio, cum. n. afferat rationem propter præiudi-

cium, quod poſſeſſori poteſt inferri, certum autem ſit, ſuppoſita notoria reſeruatione ceſſare omne periculum præiudicij poſſeſſionis, Conſtat intelligendum ceſſare notorietate reſeruationis, & ita rectè declarat *Rota in vna Aſtoricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto*, vbi docet quando beneficium non eſt litigioſum, ſi tamen reſeruatum, Idem dicendum, quod de litigioſo, quia non infertur præiudicium ordinario, aut alij collatori declarat tamen id intelligendum, ſi reſeruatio ſit notoria allegat *Neapolitanam Rectoria 13. Februarij 1598. coram Illuſtriſſ. Card. Pamphilio.*

Amplia hanc concluſionem iiſdem modis, quibus ſuperior ampliata, nulla enim diuerſitatis ratio afferri poteſt, ideo idem iuris ſtatuendum *ad l. illud, ff. ad leg. Aquil.*

132 Tertia † concluſio, vbi reſeruatio materialiter accepta non eſt notoria, ſed iuſtè in dubium reuocari poteſt puta quia dubitetur, an defunctus in menſe reſeruato deceſſerit necne, an beneficium in Curia vacauerit, an extra Curiam, aut quid conſimile, prouiſus ab ordinario, & poſſeſſor eſt legitimus contradictor ad effectum, vt gratia iuſtificetur, & vt in eius iuſtificatione agatur ordinariè.

133 Probatur, † quia vbi per ſummariam immiſſionem fieri poteſt præiudicium ordinario ea ceſſare debet, cum Papa per gratioſas ſubrogationes non intendat facere præiudicium ordinarijs, aut prouiſis ab illis, vnde ab omnibus abſtinendum per quæ tale præiudicium fieri poteſt, ita inquit *Rota in Oristana Archipresbiteratus*

134 18. *Iunij 1599. coram Corduba*, cuius verba hæc ſunt, † Quando vero non eſt ita clara, & controuertatur tunc ceſſat via executiua, & requiritur iuſtificatio ſubrogationis gratioſæ, & totius gratiæ, ex qua ſumpta eſt, quia tunc adeſt, vel adeſſe poteſt præiudicium ordinarij, & poſſeſſoris, ex quibus elicimus vbi ſolum de poſſibili agitur de præiudicio ordinarij viam executiuam ceſſare.

135 Secundo, quia quemadmodum admittitur ad probandam reſeruationem † ſubrogatus, ita ad contrarium probandum admittendus eſt prouiſus ab ordinario, cum probatio poſſit per contrariam probationem excludi, & ita ſequitur prouiſum ab ordinario eſſe contradictorem ita argumentatur *Rota in Oritana Archipresbiteratus 18. Iunij 1599. coram Corduba, & faciunt dicta ſupra in ſexto argumento pro negatiua.*

Tertio facit ad rem quintum argumentum pro affirmatiua propoſitum, quod maxime in terminis propoſitæ concluſionis concludit.

136 Neque obſtat † imparitas tituli, Tum quia non conſtat de tali imparitate, cum non conſtet de reſeruatione in non reſeruatis enim ordinarius parem habet aucto-

137 ritatem, † Tum quia per imparitatem tituli non liberatur à iuſtificatione gratiæ, ſed ſolum quando conſtat de reſeruatione, vel affectione tali, vt conſtet ordinarium non valuiſſe prouidere, vt rectè Rota in dicta *Oristana Archipresbiteratus 18. Iunij 1599. coram Corduba.*

138 Quarta † concluſio vbi reſeruatio formaliter accepta non eſt notoria, quamuis materialiter accepta notoria ſit, puta quamuis conſtet defunctum deceſſiſſe in menſe reſeruato, non tamen conſtat, an beneficium cadat ſub generalibus reſeruationibus, vt quia poſſet Epiſcopus habere indultum prouidendi etiam in menſe reſeruato, vel beneficium ſit vnitum ſeminario ex diſpoſitione Concilij Tridentini, vel quid aliud conſimile allegetur, Prouiſus ab ordinario, & poſſidens eſt legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum, ſaltem ad hunc effectum, vt gratia tota iuſtificetur.

139 Probatur primo, † quia diſpoſitio conditionalis nullum operatur effectum niſi conditione purificata, *l. cedere diem, ff. de verb. ſignific.* quinimo deficiente conditione pro non facta habetur, vt alibi plene deductum.

At

At ſubrogatio eſt diſpoſitio, ſeu prouiſio conditionalis, & ceſſante notorietate reſeruationis, & prouiſo ab ordinario poſſidente, non dicitur purificata conditio, niſi tota gratia iuſtificata, igitur nullum operatur effectum, niſi tota gratia iuſtificata, & per conſequens prouiſus ab ordinario eſt contradictor ad effectum, vt to-
140 ta gratia iuſtificetur, Minor probatur, † Nam ſubrogatio gratioſa ſemper intelligitur ſub conditione, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, quia de iure non præſumitur Papa alteri præiudicium inferre velle, *c. quamuis, & c. ſi propter de reſcript. in 6.* faciunt tradita ſupra in tertio argumento pro affirmatiua, Donec igitur appareat non eſſe alteri ius quæſitum, ſubrogatio effectum ſortiri non poteſt, at vbi reſeruatio non eſt notoria ante iuſtificationem gratiæ non apparet non eſſe alteri ius quæſitum, poſſet enim beneficium non eſſe reſeruatum, quo caſu ius quæſitum eſſet prouiſo ab ordinario, igitur ſtante prouiſo ab ordinario tota gratia erit iuſtificanda, & ſic prouiſus ab ordinario erit contradictor ad effectum, vt tota gratia iuſtificetur.

Hoc modo intelligendæ ſunt innumeræ Rotæ deciſiones, quarum nonnullas ſubnectam, ita igitur intelligenda *Burgen. Præſtimonij de Pancorno 24. Octobris 1588. coram Gypſio*, inquit enim, quando ſubrogatio fit in beneficio non litigioſo, cum medio tempore ius tertio quæſitum eſſe poſſit, poteſt enim dari caſus, vt beneficium ſub generalibus reſeruationibus non cadat, & ſic collatio ad ſummum Pontificem non pertineat, ideo in veriſimile videtur Papam qui neminem lædere intendit, hoc pacto non verificata videlicet narratiua velle aliquo ſuo iure, ac poſſeſſione priuare, idcirco meliori iuſtificatione opus eſſe dubitandum non eſt &c. alia ſubnectit ad horum confirmationem, quæ breuitatis ſtudio imitto. Eodem modo intelligenda *Giennen. præſtimonij 15. Februarij 1593. coram Card. Blanchetto*, vbi habetur gratiam per viam ſubrogationis expeditam, vbi beneficium non eſt litigioſum ſubiacere omnibus regulis aliarum impetrationum, & inter alias rationes hanc affert, quia quando reſtitutio, ſeu affectio non eſt notoria, & notorie non conſtat de non iure alterius Papa non præſumitur velle præiudicare cuiquam dicto *c. quamuis, & c. ſi pater de reſcript. in 6. c. ſuper eo, vbi Abb. ff. de off. deleg. cum alijs ſupra allegatis in argumento 7. pro affirmatiua*, Idem habetur in *Corduben. præſtimonij 21. Octobris 1596. coram Litta*, Inquit ibi *Rota*, Quando reſeruatio non eſt talis, vt excludat omne ius poſſidentis, puta quando ſeminarium poteſt probare titulum ex vnione, quæ iuxta formam Concilij Tridentini fieri poteſt, etiam de reſeruatis, tunc omnia narrata in ipſa gratia principali iuſtificari debent, ſtatuitque non eſſe neceſſe, vt de tali titulo puta vnione appareat, ſed ſufficere ſeminarium naturaliter poſſidere, & allegare titulum opportunum, Idem *in Neapolitana Rectoriæ 13. Febr. 1598. coram Card. Pamphilio*. Inquit *Rota* in ſubrogatione, vbi nulla adeſt lis pro obtinenda immiſſione neceſſaria eſt iuſtificatio gratiæ totalis, ſicut aliarum impetrationum, ceſſante enim lite, non dicitur vera ſubrogatio, &c. Idem *in vna S. Angeli beneficiorum 3. Iunij 1602. coram Reuerendiſſ. Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon.* vbi habet immiſſionem ex gratioſa ſubrogatione non dari, quando reſeruatio non eſt notoria. Idem *in Aſtoricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto*, vbi regulam, iuſtificationem in reſeruatis locum non habere declarat, quando reſeruatio non eſt notoria, Idem *in Meliten. parochialis 27. Iun. 1603. coram Reuerendiſſ. Coccino Rotæ Decano*, vbi traditur prouiſum ab ordinario eſſe in poſſeſſione manutenẽdum aduerſus ſubrogatum gratioſe, etiamſi ſubrogatus fuerit immiſſus à Iudice, quãdo reſeruatio eſt turbida exemplum ponitur, quando beneficium vacauit in menſe reſeruato, Epiſcopus tamen habebat indultum conferendi etiam in menſibus reſeruatis, cuidam tamen generi perſonarum, dubitatur autem, an huius generis viro prouiderit, & ita ceſſet reſeruatio, vel alij, & ita reſeruationi ſit locus, eo modo intelligenda *Roſanen. paro-*

chialis 4. *Iulij* 1603. *coram* Reuerendiſſ. *Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, Dum
inqnit ceſſante lite, non eſſe locum ſubrogationi, intelligitur enim dummodo alio
modo non ſit notoria, ſed turbida reſeruatio, Idem *in vna Montisfaliſci Capella-*
niæ 30. *Ianuarij* 1606. *coram Illuſtriſſ. Cardinali Lancellotto*, vbi habetur, quando
reſeruatio non eſt talis, vt per eam excludatur ius poſſeſſoris, ſed eſt turbida, &
offuſcata, denegari immiſſionem; Exemplum ponitur ſi ſeminarium poſſideat vi-
gore vnionis, quæ ex decreto Concilij Tridentini poterat fieri, etiam de non re-
ſeruatis, Idem *de Elnen. Præceptoria* 10. *Iunij* 1611. *coram Reuerendiſſ. Marcomon-*
tio Archiepiſcopo Lugdunen. vbi quando prouiſus ab ordinario allegat titulum ta-
lem, qui excludit prouiſionem Papæ eſt legitimus contradictor, ſecus ſi non exclu-
dat, quia appareat de clara, & potenti reſeruatione, Idem *in Hiſpalen. præeminen-*
tiarum 9. *Decembris* 1611. *coram R.P.D. Pamphilio*, vbi habetur immiſſionem vi-
gore ſubrogationis retardare, quando reſeruatio eſt turbida, hoc idem admodum
deſertè trad. *Reuerendiſſ. Coccinus* Rotæ *Decanus in quodam inſigni voto*, vbi hanc
materiam plenè tractans, ſtatuit reſeruationem debere eſſe notoriam, vt ſubrogatio
habeat effectum ſuum.

141 Neque obſtat † aliquando Rotam tenuiſſe reſeruationem, licet non ſit notoria,
eundem effectum parere quem qualitas litigioſi, cum ea ſtante, nec ordinarius,
nec alius ſe poſſit intromittere, ideo nec magis iuſtificationem eſſe neceſſariam,
quàm ſit in litigioſis, vt fuit dictum in *Calaguritana dimidiarum portionum* 20.
Decembris 1595. *coram Illuſtriſſ. Card. Mellino*, conſtat enim Rotam, rarò in
hanc ſententiam incidiſſe, & iure merito, quamuis enim verum ſit ordinarium
nullum ius habere in reſeruatis, licet notoriè non ſint reſeruata, quia tamen
poſſent eſſe non reſeruata, non conſtat de non iure ordinarij, & quia poſſet ius
habere; poſſet quoque præiudicium fieri quod eſt in cauſa, vt denegetur im-
miſſio, donec talem poſſibilitatem ceſſare conſtet, & ita donec conſtet de cer-
ta reſeruatione; ita vt ſemper pendente tali certitudine ſit neceſſaria iuſtifica-
tio; hinc alterum duorum neceſſe eſt vel, vt reddat notoriam reſeruationem;
quæ vbi turbida eſt talis redditur per rem iudicatam in qua erit ordinarie pro-
cedendum, tum quia hinc inde probationes admittendæ; tum quia reſeruatio,
reſpicit merita petitorij, in quo ordinariè agendum, vel vt tota gratia iuſtifice-
tur, in cuius etiam iuſtificationem parte opponente erit ordinarie agendum ob
eaſdem rationes.

142 Non obſtat ſecundo facillime † reſeruationem probari, & notoriam fieri, ita vt
effecta notoria reſeruatione abſque iuſtificatione gratiæ ſit executiuè agendum,
Conſtat enim exempli gratia probata familiaritate Cardinalis reſeruationem ſuf-
ficienter probatam, ita vt immiſſio non deneganda, vt fuit dictum *in Hiſpalen.*
beneficij de Grabaleon 7. *Maij* 1604. *coram* Reuerendiſſ. *Ludouiſio Archiepiſcopo*
143 *Bononien.* † hoc enim intelligendum quantum ad reſeruationem materialiter acce-
ptam; cum certum ſit vacationem in Curia eſſe quoddam genus reſeruationis, &
aliquid non impediat, quantum vero ad formalitatem, nempe an vere talis vacatio
faciat reſeruationem, quia nihil impedit, adhuc procedit nulla data probabili exce-
ptione aduerſus talem reſeruationem, qua ſaltem de poſſibili conſtet fieri poſſe, vt
reſeruationis vim non habeat, talem enim allegationem ſolam ſufficere ad im-
pediendam executionem, etiamſi de titulo non appareat, dictum fuit *à Rota in*
Vrbeuetana Caſtrorum 15. *Decembris* 1567. *coram Cardinali Seraphino*, *& in*
Corduben. Præſtimonij 21. *Octobris* 1596. *coram Litta*, à quibus non eſt receden-
dum, ſi ob nullam aliam rationem, ſaltem ob eam, quia ſubrogatio conditionem
continet, dummodo beneficium ſit verè reſeruatum, quæ conditio dicitur in pen-
denti ſaltem quoad noſtram cognitionem attinet, quotieſcunque talis exceptio
probabilis allegatur.

Declara,

144 Declara, vt † quando reſeruatio non eſt adeo notoria, & talis quæ excludat om-
ne ius poſſeſſionis, ſufficiat poſſidentem docere de titulo apparenti, licet non do-
ceat de illius validitate, *Felin. in c. veniens, il ſecondo, num. 13. de teſtam. Dec. con-*
ſil. 439. num. 4. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 684. Rota *in Caputaquen. beneficij*
23. Martij 1609. coram Reuerendiſs. *Mareomontio Archiepiſcopo Lugdun.* Hinc fit,
145 vt † ſeminarium cui ex decreto Concilij Tridentini eſt facta vnio per Epiſcopum,
cuius vigore poſſidet, dicatur legitimus contradictor ad impediendam immiſſionē
gratioſe ſubrogato, licet non doceat de validitate vnionis, *Rota in cauſa Corduben,*
præſtimonij 21. Octobris 1596. coram Litta Caputaquen. beneficij, ſeu vnionis 23.
Martij, 1609. coram Reuerendiſs. Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen. & Noua-
rien. beneficij 5. Iulij 1610. coram Reuerendiſs. Coccino Rota *Decano.*
146 Quod † tamen intelligendum, vbi ex aduerſo non conſtaret de inualiditate vnio-
nis, ſi enim de tali inualiditate conſtaret, allegans titulum vnionis non impediret
immiſſionem; vt clarius apparet ex ſequentibus exemplis, quorum.
Primum eſt, quando vnio eſt facta de beneficio quam primum vacauerit, quia
147 † vnio non poteſt capere vacationem ex reſignatione ad fauorem certæ perſonæ,
Caſſad. deciſ. 3. de renunciat. Rot. *deciſ. 3. eod. tit. & deciſ. 353. lib. 1. & fuit reſolutum*
in cauſa Eugubina S. Stephani 15. Martij *1599. coram Card. Pamphilio, &* Montis
faliſci Capellaniæ 23. Martij *1606. coram Card. Lancellotto.*
148 Nihil facit † vnionem cõſueuiſſe fieri cum clauſula per ceſſum, vel deceſſum, ſeu
cedente, vel decedente, & ideo habere etiam locum in reſignationibus in quibus per
ceſſum videtur beneficium vacare, ita vt vnio talem vocationem contineat, impor-
149 tant † enim illa verba, cedente, vel decedente conditionem, cum ſint participij ab-
ſoluti, *l. ab emptione, ff. de pactis, l. à teſtatore, ff. de cond. & demon.* Rebuff. *in praxi*
benefic. ſub tit. de reuocat. vnion. nu. 73. ita vt per vnionem cum tali clauſula, ſit iam
quæſitum ius ad tradit *per* Rebuff. *citato loco, & Oldrad conſ. 257. factum tale eſt,*
col. 6. num. 19. prædicta enim omnia vera ſunt, & locum habent in reſignatione ſim-
150 plici non autem in reſignatione ad fauorem, de qua ſermo habitus eſt, † clauſulam
enim per ceſſum, vel deceſſum non habere locum in reſignatione ad fauorem, ſed
ſolum in reſignatione ſimplici traditum eſt *à* Rota *apud Caſſador. dicta deciſ. 3. de*
151 *renunciat.* vbi † Papa confirmauerat creationem in canonicum prouidendo ex
nunc, prout ex tunc, quam primum vacaret per ceſſum, vel deceſſum, & con-
cluſum fuit non intelligi per ceſſum ad fauorem certæ perſonæ, arguendo ab vſu
patrisfamilias, quia nunquam Princeps ſolet ſimiles reſignationes impedire, &
152 alijs prouidere, quam reſignatarijs, † & ex longiſſimo curſu, & quotidiano vſu
Principis colligitur eius mens argumento, *l. vel vniuerſorum, ff. de pignor. action.*
Felin. in c. noſtra corol. 5. de reſcript. eandem ſententiam apud *Caſſador. receptam*
canonizauit Rota apud Put. deciſ. 3. & deciſ. 357. num. 2. lib. 1. Mohedan. deciſ. 341.
alias 36. in fine de renunciat. Paleott. *deciſ. 48. alias 402. lib. 3. par. 3. diuerſor. & in*
Eugubina beneficij S. Stephani 15. Martij 1599. coram Card. Pamphilio, & in vna
153 *Placentina præſtimoniorum 26. Aprilis 1599. coram Corduba,* † ratio autem eſt,
quia in reſignatione ad fauorem, beneficium nunquam videtur vacare, aut enim
reſignatarius conſequetur beneficium, aut non, ſi obtinebit beneficium nullo mo-
do dicitur vacare, quia eodem temporis momento quo ab vno aufertur, ſtatim in
alium transfertur, ita vt nulla detur vacatio, ſi vero reſignatarius, non obtineat
manet beneficium penes reſignantem, & ita per reſignationem nullo modo va-
cat *Caputaquenſ. deciſ. 90. par. 3.* Rota *deciſ. 418. ſub num. 3. verſic. cum reſignans,*
& deciſ. 446. num. 4. par. 1. diuerſ. Put. *deciſ. 158. num. 2. lib. 3. Mohedan. de-*
ciſ. 36. de renunciat. quæ eſt finalis, Rota *in vna Monaſterien. Capellaniæ 1. De-*
154 *cembris 1603. coram Illuſtriſs. Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon.* † quamobrem cum
vnio ſit facta ſub conditione vacationis, conſequens eſt, vt deficiente conditione

vnioni non ſit locus, *l. qui hæres, §. plancius, vbi Bartol. & Socin. ff. de cond. & dem. l. 1. §. ſin autem, vbi Doct. C. de caduc. tollend. l. cedere die ff. de verbor. ſignific. l. 5. vbi Bart. & alij ff. de cond. & demonſtr. l. neceſſario, §. 1. de periculo, & commodo rei ven-*
155 *dit. l. pecuniam quam, vbi Alexan. num. 4. ff. ſi cert. pet.* † & ideo nullum poteſt conſiderari vnionis præiudicium, quia nulla datur vnio *ad l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. pet. & princip. inſtit. de vſufructu*, vnde difficultas ſolum habebit locum in reſignatione ſimplici; in qua clauſula per ceſſum, vel deceſſum ſolet locum habere, de qua non loquitur exemplum limitationis noſtræ.

156 Secundum exemplum, † quando tanquam facta de beneficio reſeruato, fuerit
157 per congregationem Concilij declarata nulla, & inualida, † quam declarationem Concilij Rota reuerenter, ſuſcipit, & obſeruat, nec ſolet de illius veritate cognoſcere, vt fuit dictum in *Auerſana beneficij 3. Iulij 1606. coram Reuerendiſſ. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, tunc enim ſeminarium, cui erat facta vnio non dicitur habere parem titulum, neque legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem ſubrogationis gratioſæ, vt fuit reſolutum in dicta *Auerſana beneficiorum 3.*
158 *Iulij 1606. coram* Reuerendiſſ. *Sacrato*, † Quinimo hoc caſu ſtante reſeruatione notoria, ceſſat & titulus vnionis, & poſſeſſio propter decretum irritans, *Rota deciſ. 3. de reſtitut. ſpoliat. in nouiſſ. & 2. eodem titulo in antiquis, Caſſad. deciſ. 1. eodem titulo, & in dicta Auerſana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Reuerendiſſ. Sa-*
159 *crato*. † Vnde fit, vt ſeminario nec etiam poſſit dari manutentio, cum enim ſine poſſeſſione non detur *Alexand. conſil. 4. num. 1. circa med. lib. 2. Conar. practic. quæſt. cap. 17. num. 3. Rota in cauſa Peruſina releuationis indemnitatis 14. Iunij*
160 *1610. coram R. P. D.* Pamphilio, † & ſtante reſeruatione notoria, & iuſtificata, decretum irritans inficiat titulum, & poſſeſſionem, ſequitur nulli manutentione locum eſſe poſſe, vt recte tenuit *Rota in vna Beneuentana 3. Iulij 1606. coram Reuerendiſſ. Attrebaten.*

161 Animaduertendum † tamen vnionem factam de beneficio reſeruato tunc eſſe nullam, quando fuit facta poſt obitum obtinentis beneficium in menſe reſeruato, ſecus quando vnio eſt facta in vita illius, quo caſu beneficium non erat, nec affectum, nec reſeruatum, & propterea licet obitus poſtea contigerit in menſe reſeruato, vnio ſuſtinetur, vt fuit dictum *in Caputaquen. vnionis 12. Decembris* 1608. *& 23. Martij* 1609. *coram Reuerendiſſ. Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen.*

162 Tertium exemplum, quando † vnio fuit facta per Epiſcopum menſe capitulari, quæ fieri non poteſt abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate, vt tenuit *congregatio Concilij ſub die 13. Septembris 1609. & 5. Februarij* 1611. & tenuit pluries *Rota*
163 *Concilium enim Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 15.* † tribuit facultatem Epiſcopo vniendi ſimplicia beneficia ſingulorum præbendarum diſtributionibus, non autem menſe capitulari, vt dicitur in dictis reſolutionibus congregationis.

Quod autem diximus dicto num. 144. ſufficere, vt doceat de titulo, prouiſus ab ordinario, & poſſidens, licet non doceat de illius validitate, intelligendum eſt ſi pro certo de tali titulo doceat, puta probet vere beneficium vnitum, ſufficit enim ad effectum ſupradictum, licet non probet vnionem valere ſi vero huiuſmodi vnionem ſolam allegaret, non vero probaret, nihil omnino faceret huiuſmodi allegatio quod ſi non abſolute quidem probet; ſed tamen det ſufficientem fumum, eſt ſuperſedendum ab immiſſione ſubrogati Apoſtolici, & per aliquod tempus ſuſpendenda executio, vt interim prouiſus ab ordinario, & poſſidens ſuum titulum puta vnionem melius iuſtificare poſſit; ita fuit à *Rota ſeruatum in vna Tiraſonen. Parochialis, ſeu Vicariæ 21. Aprilis 1614. coram R. P. D. Litta*, qui in pluribus cauſis ita fuiſſe ſeruatum teſtatur, præcipue *in Aſtoricen. prioratus 9. Decembris 1596. coram Litta, & in Annienſ. Parochialis 27. Aprilis 1598. coram Illuſtr. Lancellotto.*

164 Quinta concluſio, † vbi notorium eſt nullam dari reſeruationem, prouiſus ab ordinario

c dinario

dinario eſt omnino legitimus contradictor aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum.

165 Probatur, † quia ceſſante reſeruatione, prouiſus ab Ordinario habet parem titulum, cum Ordinarius in non reſeruatis habeat parem poteſtatem cum ſummo Pontefice, vt in tertio argumento pro affirmatiua ſupradixi, & ideo ſummus Pontifex admittit prouiſos ab Ordinario pro legitimis contradictoribus, *vt ſupra, in tertio Argumento pro affirmatiua*.

Confirmatur, quia Papa non intendit præiudicare per ſuas ſubrogationes gratioſas ordinarijs, aut prouiſis ab illis, vt ſæpius repetitum præcipuè ſupra in ſecundo argumento pro affirmatiua, & ideo quemadmodum, vbi ſolum eſt ſuſpicio ne damnum inferat eſt iuſtificanda gratia, vt ſupradictum, multò magis vbi certum eſt præiudicari *ad auth. multo magis, C. de ſacroſan. eccleſ.* cum vulgaribus in his terminis procedunt complures Rotæ deciſiones, tum impreſſæ, & promulgatæ, tum manuſcriptæ ad *Put. deciſ. 175. incip. in una Abulen. lib. 2. Mohedan. deciſ. 180. Rota diuerſor. in manuſcript. deciſ. 145. incip. die 4. Nouembris 1588. & deciſ. 238. incip. coram D. de Rubeis, in vna Gerunden. beneficij 31. Maij 1600. coram Corduba, & Pampilonen. parochialis 17. Iunij 1601. coram eodem Corduba, & in Elnen. beneficij ſancti Saluatoris 16. Decemb. 1602. coram Penia idem habetur in Burgenſ. de Pancorno 24. Octobris 1588. coram Gypſio Gennen. præſtimonij 15. Febr. 1593. coram Blanchetto Neapolitana Rectoriæ 13. Februarij 1598. coram Card. Pamphilio.*

166 Declara, † vt in iuſtificatione gratiæ ſit neceſſe probare ſummum Pontificem voluiſſe præuenire Ordinarium, in non reſeruatis enim, tunc demum prouiſus Apoſtolicus eſt admittendus, ſtante prouiſione ordinarij, quando conſtat ſummum Pon-
167 tificem voluiſſe præuenire, quamuis enim ſummus † Pontifex in menſibus ordinarij cum eo concurrere poſſit (remanſit enim apud eum ſumma poteſtas *cap. dudum 14. verſic. non igitur de præbend. lib. 6.* vbi hæc verba; Nos igitur attendentes, quod & ſi memorato Epiſcopo prædictam conceſſimus poteſtatem penes nos tamen nihilominus remanſit maior, idem indicat *tex. in c. per hoc 17. de hæred. in 6. facit tex. in l. fin. C. de iuris omn. iud. tradit Caputaq. deciſ. 337. num. 8. par. 1. plura Felin. in c.*
168 *Paſtoralis, n. 2. de off. ordin.*) † & ideo ſi voluerit ex certa ſcientia in menſibus ordinarij prouidere, locus ſit præuentioni, & illa prouiſio, procedat & teneat, quæ prius facta fuit, ſiue à Papa, ſiuè ab Epiſcopo *cap dudum, §. nos igitur de præb. lib. 6.* in illis verbis, propter quod noſtra, qui eandem præoccupauimus poteſtatem potior eſſe debet conditio, *c. ſi à ſede eod. tit. cap. ſi plures, §. porrò de off. de leg. in 6. & vtrobique Doctores Rot. deciſ. 1. ſub num. 2. poſt med. verſic. ipſè enim conferendo de præb. in nouiſs. & deciſ. 17. ſub nu. 2. verſic. præterea,* Papa poteſt *præuenire de præbend. in nouis. Staphil. de litteris gratiæ in prælud. nu. 8. Gomez. de expectatiuis, nu. 16.* Boer. *q. 24. num. 4. & q. 287. nu. 1. Abb in c. quia diuerſitatem, nu. 5. de conceſſ. præbend. Boniſac. Vitali in Clement. 1. num. 38. verſic. vnde ſi Papa præuenit, vt lit. pend. Rebuff. in concord. in* Rubr. *de mandatis Apoſtolicis, §. declarantes, in gloſſ. verſic. iure præ-*
169 *uentionis in principio, & per totam* Rota *deciſ. 272. n 4 lib. 2. par. 3 diuerſor.* † Non tamen in dictis ordinarij menſibus vult huiuſmodi prouiſiones facere, neque ſi fecerit præſumitur voluiſſe præuenire, R*ota, deciſ. 30. ſub num. 2. de præbend. in antiq.*
170 *ibi non* † *eſt veriſimile, quod Papa collationes ordinariorum noluerit impedire Silua. de* Benefic. *3. par. quæſt. 60. ſub num. 1. verſic. ad iſtud poteſt reſponderi Staphil. in tract. de Breuib. §. 2. incipit datur per breue licentia, num. 23. Caſſad. deciſ 34. nu. 3. ſuper regul.* C*ancell. Gomez. in tract. de expectatiuis ſub num. 16. circa medium, verſic. (& ita quæ dicta ſunt) Achill. deciſ. 1. de præb. num. 4. & deciſ. 6. num. 1. de priuil.*
171 † Ideo ſequitur, vt prouiſus a ſummo Pontifice ſi vult obtinere, probare debeat Pontificem ex cauſa voluiſſe præuenire, tunc enim antedicta ceſſabit præſumptio, quæ non habet locum, quando de veritate apparet, *l. nuptura in fine, ff. de iure dot. l. fin. in princ ff. de neg. geſt. Alexand. conſ. 1. num. 21. lib. 4. Iaſ. in l. 1. nu. 15. C. qui admitti*

Felin.

*Felin. in cap.per tuas, num.fin. uerſic.quinto, nota de probat. Dec.conſ.*400.*num.*8. *Aym.conſ.*35.*num.*7. Roland.*conſ.*6.*num.*35.*uol.*2. Rota *deciſ.*64.*num.*3. *& deciſio.* 582.*nu.*3.*par.*1.*diuerſ.*in claris enim non eſt opus coniecturis, *l.ille aut ille,* §.*cum in uerbis, ff.de leg.*3.*l.continuus,* §.*cum ita in fine de uerb.oblig.cap.fin. & ibi gloſſ. finalis* 30.*quæſt.*5.*cap.ad audientiam, et ibi gloſſ. in uerbo in dubijs de homicid. Caputaquen.deciſ.*75.*num.*3.*par.*1. *& deciſ.*305.*num.*2.*par.*2. Et ſi eius prouiſio erit anterior, excludet prouiſum ab Ordinario,

Si vero non probauerit Pontificem voluiſſe præuenire, & ſuam prouiſionem eſſe anteriorem, quaſi gratia non iuſtificata ſuccumbet; de tali autem præueniendi voluntate erunt hinc inde probationes admittendæ, & ita ordinarie agendum præcipuè cum quæſtio. An Papa voluerit præuenire, reſpiciat ius petitorij, de quo ſemper ordinariè agendum, cum inferatur præiudicium irreparabile,

An autem, & quando dicatur Papa voluiſſe præuenire, & ex quibus clauſulis eliciatur, non eſt præſentis negotij, ideo conſulto omitto, ne plus æquo digreſſionibus vagari videar.

His concluſionibus firmatis, facilè argumentis hinc inde propoſitis occurritur antequam autem ſolutiones afferam compendioſè, & diſtinctè ſubſequenti Tabella totam materiam perſtringam.

Aut

172 An, † & quãdo prouiſus ab Ordinario & poſſidẽs ſit legitimus contradictor aduerſus ſubrogatũ Apoſtolicũ petentẽ immiſſionem.

- Aut beneficium eſt litigioſũ.
  - Aut lis eſt calumnioſa notoriè, & quia lis calumnioſa non facit litigioſum, & ideo, neque reſeruatum, prouiſus ab Ordinario ſine aliqua hæſitatione erit legitimus Contradictor,
  - Aut lis non eſt calũnioſa ſaltem notoriè, & tunc,
    - Probatis tribus, nempè lite, poſſeſſione defuncti, & Clericatu ſubrogati, prouiſus ab Ordinario nullo modo erit Contradictor, quod intellige.
      - Etiam ſi opponat de ſubreptione.
      - Etiã ſi impetrãs expediuerit literas gratioſæ ſubrogationis ad partes.
    - Non probatis his tribus, ſiue in omnibus, ſiue in duobus, ſiue in vno tantum deficiat, & prouiſus ab ordinario poſſidens, erit omnino legitimus Contradictor.
- Non litigioſum.
  - Notoriè reſeruatum, adeo quidem, vt reſeruatio nullo modo, in dubium reuocari poſſit, & idem abſolutè dicendum, quod in ſuperiori capite, vt probatis tribus nulla detur contradictio, neque exceptio, deficiente vero talium probatione vtique.
  - Nõ notoriè reſeruatũ quia dubitari poſſit de reſeruatione.
    - Aut dubitatur de materialitate reſeruationis, quia ea non ſit notoria, & prouiſus ab Ordinario, & poſſidens eſt legitimus Contradictor ad effectum, vt tota gratia ordinariè agendo iuſtificetur.
    - Aut dubitatur de formalitate reſeruationis.
      - Aut docet poſſeſſor ſaltem de apparenti titulo, licet eius validitatem non probet.
        - Aut exaduerſo probatur nullitas tituli, & non eſt cõtradictor exempli cauſa.
          - Si probet, quod vnio ſit facta de beneficio, quam primum vacauerit, Id autem per reſignationem vacet.
          - Si vnio fuit declarata nulla à congregatione Concilij.
        - Aut exaduerſo nõ appatet de nullitate tituli, & eſt legitimus contradictor ad effectum, vt tota gratia iuſtificetur.
      - Aut non docet de titulo, ſaltem apparenti, & nullam habet contradictionis ſpeciem,
  - Notoriè non reſeruatum, quia certum ſit nullam dari reſeruationem, & erit legitimus Contradictor ad effectum, vt tota gratia ordinariè agendo iuſtificetur, in qua iuſtificatione inter cætera.
    - Aut probabit ſubrogatus ſummum Pontificem præueniſſe, & eius intentionem fuiſſe præueniendi Ordinarium; & victor euadet.
    - Aut non probabit ſummum Pontificem voluiſſe præuenire, & ſuccumbet.

73 Ad primum † negatiuæ ſententiæ reſpondendum eam continuationem poſſeſſio
nis, de qua in argumento locum habere, quando poſſeſſio interim non fuit ab alio
174 occupata quemadmodum enim ceſſat † ius ſtatuti continuantis poſſeſſionem de-
functi in hæredem, quādo alius poſſeſſionem obtinuit, neque tunc illa poſſeſſio po-
teſt fictè in alium transferri, niſi primum interueniente conſenſu, vel facto illius pe
nes quem ea poſſeſſio eſt, vt complures ſuadent rationes, & auctoritates congeſtæ à
Tiraquello in tract. le mort ſaiſit le vif. par. 5. declarat. 3. num. 1. cum multis ſeqq.
Ita videtur dicendum ceſſare vim continuationis à ſubrogatione gratioſa profe-
ctæ, cum videantur, pari paſſu ambulare, quinimo minorem vim transferendæ poſ-
ſeſſionis videntur habere ſubrogationes gratioſæ, quam ſtatutum habeat, ſi quidē
175 per ſtatutum ita continuatur poſſeſſio, in hæredem, vt competat † ei interdictum
retinendæ, etiam ante actualem poſſeſſionem vi poſſeſſionis per huiuſmodi ſtatutū
in eo continuatæ, *vt trad. Io. Fab. in* §. *Summa ad fin. inſtit. de interdict. & iterum
in* §. *retinendæ colum. 7. verſ. ſed quæritur, nunquid ſucceſsiones eod. tit. Guidopap.
deciſ.* Delphin. 552. *in materia poſſeſſorij, colum. 2. alia allegat Tiraquell. in tract. le
mort. ſaiſit le vif. par. 6. declarat. 1. per tot,* vbi id à nemine in controuerſiam voca-
176 ri teſtatur, ſubrogato † autem non competit interdictum retinendæ, ſed ſolum adi
piſcendæ, vt latè *GonZal. in proœmio* §. *3. nu. 93. & 94. Mohed. deciſ. 21. de reſtitut.
ſpoliat & ſuis dictum in vna Murana beneficiorum* 8. Iunij 1582. *coram Orano, &*
177 *Lucana Maiuſculatus 27. Aprilis* 1587. coram eodem, † quod ſi eam ſequamur
ſententiam, vt ſtatutum habeat vim poſſeſſionis continuandæ etiam ſi ea poſt mor-
tem ab alio capta fuerit, quam ſequuntur complures non contemnendæ auctorita-
tis relati ab eodem *Tiraquello dicta par. 5. declarat. 3. num. 9.* quam de facto, & con-
ſuetudine ſeruari Teſtatur idem *Tiraquell. d. declar. 3. num.* 14. non erit abſurdum
178 aſſerere in hoc † ſubrogationes gratioſas à ſtatuto differre, vt quamuis illud conti-
nuet poſſeſſionem, alio etiam poſſeſsionem occupāte, ſecus ſi ſit in ſubrogationibus
gratioſis in quibus cum nullo modo intendat Pontifex præiudicare ordinarijs, aut
prouiſis ab illis, vt ſæpè repetitum, præſumendum ideo non voluiſſe transferre poſ-
ſeſsionem alio poſsidente, quia eidem præiudiciū inferri poſſet, ſi fortè iuſtus poſ-
ſeſſor eſſet. Competeret enim aduerſus eum manutentio, & ita ſaltem de poſsibili
damno affici poſſet, quod alienum à voluntate Papę ſæpe repetitum.
179 Vel tertiò † reſpondēdum dictam continuationem, & quæ in argumentis, dicta
ſunt locum habere, quando ſumus in verè, & patenter reſeruatis, ſecus vel ceſſante,
vel turbida reſeruatione, cum enim tunc non appareat, an ſubrogatio locum habe
re poſsit, nec ne, paria autem ſint, quid non eſſe, vel non apparere, interim ſubroga
tio nullum operatur effectum, & ſic nullam poſſeſsionis continuationem, & ita per
hoc argumentum probabuntur prima, & ſecunda concluſio negatiuæ conceptæ;
aliæ autem res affirmatiuæ, non infirmabuntur.

Ad ſecundum reſpondendum illud procedere, quando ſumus in litigioſis, tunc enim verè beneficium non vacat, niſi lite finita, ſecus ceſſante lite, & ita per hoc argumentum probatur prima concluſio, quo verò ad alias nihil facit.

180 Ad tertium † reſpondendum illud procedere, ſuppoſita reſeruatione notoria,
vel ea inconuincibiliter probata ita vt nullo modo ſit turbida, vel ſuppoſito benefi-
cio litigioſo, ſecus ſi nec beneficium ſit litigioſum, & ceſſet reſeruatio, vel ſaltem
ſit turbida, & ita loquuntur deciſiones in argumento allatæ; ideo argumentum pro
bat primam, & ſecundam concluſionem, in reliquis nihil facit, vt etiam ex rationi-
bus in illis firmandis allatis facilè colligi poteſt.

Ad quartam rationem allatam à Rota coram Bubalo animaduertendum non eſſe adæquatam, aut finalem, ſed potius impulſiuam, ita vt ab ea neceſsitas argumenti deſumi nequeat, ſi enim ea ratio finalis eſſet, & adæquata, ſequeretur, vt in nullo poſſeſſorio eſſet vnquam deneganda immiſsio, nullum enim poſſeſsoriū vnquā

infer-

inſertur præiudicium irreparabile, ſemper enim in petitorio locus eſſe poteſt reuocationi ſi volens reuocari iuſtam foueat cauſam, & habeat potiora iura reſpicientia proprietatem, vnde cauſa poſſeſſorij ſolet appellari modici præiudicij, vt alibi dixi, conſtat autem non raro denegari immiſsionem, neque inferendum vulnus, vt dein de remedium inferatur, & ſi vulnus non ſit lætale, *l. fin. C. in quib. cau. reſtit. in integr. non eſt neceſſaria, l. 1. C. quando liceat vnicuiſin. iudic. ſe vind. optimum eſt illud Terentij.* Malo nos ante proſpicere, quam vlciſci accepta iniuria, *Crauett. conſ.* 268. *colum.* 2. *Menoch. conſ.* 300. *num.* 81.

Ad quintum, quantùm ad primum caput reſpondendum argumentum admitti, verum per illud probari ſecundam concluſionem in reliquis nihil obeſſe, vt per ſe

181 patet, † Quantum vero ad ſecundum caput reſpondendum Papam per manus appoſitionem in notoriè non reſeruatis ita beneficium afficere, vt non amplius liceat Ordinario ſe intromittere, quando conſtat illum ex certa ſcientia voluiſſe præuenire, & verè præuenerit, quia prior prouiderit, vt latè dixi in declaratione quintę concluſionis, ſecus ſi non probaretur eum voluiſſe præuenire, vt ibi quantum verò ad tertium caput reſpondendum vbi dubia, & turbida eſt reſeruatio eius quidem cognitionem altam requirere indaginem, verum eam ſpectare ad fundandam intẽtionem ſubrogati, cum enim ſubrogatio, vel tacitè, vel expreſsè conditionem contineat ſi non ſit alij ius quæſitum, vt ſupra dixi, non dicitur fundata intentio actoris, niſi appareat de non iure alteri quęſito, vt etiam ſupra dictum de hoc autem non dicitur apparere, vbi reſeruatio eſt turbida, hinc fit, vt quia alta indago neceſſaria eſt ex parte actoris non ex parte Rei immiſsio impediatur.

182 Ad ſextum † reſpondendum exceptionem nullitatis ſubrogationis fundatam in non reſeruatione deſumi ex corpore ſubrogationis, cum ea, vt ſupra dictum, contineat conditionem, ſi non expreſſam, ſaltem tacitam, vt non ſit alij ius quæſitum, vnde exceptio de non reſeruatione, & ſic de iure alteri quæſito eſt exceptio non purificatæ conditionis contentæ in corpore ſubrogationis, ideo quemadmodum exceptio nullitatis teſtamenti deſumpta ex corpore eiuſdem immiſsionem impedit, ita exceptio noſtra.

183 Ad ſeptimum † reſpondendum prouiſum ab Ordinario, cum pari titulo poſsidere in non reſeruatis, cum ordinarius habeat parem poteſtatem conferendi, vt ſupra dictum, ideo argumentum procedere, vel in litigioſis, vel in notoriè reſeruatis, ſecus vbi conſtat nullam dari reſeruationem, vel vbi eſt turbida, primo enim caſu indubitatum eſt parem eſſe titulum, ſecundo verò caſu, cum non ſit fundata intentio actoris, quæ conditionaliter pendet à non iure poſsidentis, non purificata conditione conſtat immiſsionem non eſſe concedendam.

Ad octauum, reſpondendum ſuppoſita non reſeruatione, vel ſaltem turbida nõ eſſe abſurdum, vt impediatur immiſsio ex ſubrogatione gratioſa, non enim hoc eſt cõtra mentem Pontificis, quem ſępius diximus non habere animum inferendi alicui præiudicium, ea autem manifeſta verè abſurdum ſequi, & argumentum procedere, vnde per illud probatur prima, & ſecunda concluſio quæ ſunt negatiuæ nihil autem facit contra alias concluſiones affirmatiuas ſupra firmatas.

184 Ad primum † affirmatiuę ſententiæ reſpondendum aduerſus poſsidentem cum titulo, non dati immiſsionem, quando titulus eſt par, & excluſiuus iuris prætendentis immiſsionem, quod contingeret, vel ſi notoriè ceſſaret reſeruatio, vel ſaltem eſſet turbida, ſecus ſi notoria, & patens, vnde tali argumento probantur tres poſtremæ concluſiones affirmatiuæ, nihil autem contra duas negatiuas in quibus conſtat parem non eſſe titulum.

Ad ſecundum reſpondendum illud procedere ceſſantibus reſeruationibus, eo enim caſu præiudicium inferri poſſet, ſecus illis ſuppoſitis, vnde hoc argumentum tres poſteriores concluſiones confirmat, & priores duas non infirmat.

Ad

Ad tertium eodem modo reſpondendum, quinimo illud in ſe ipſo reſponſionem continet, cum procedat ceſſantibus reſeruationibus, vt in eo.

Ad quartum eſt eadem reſponſio, illud habere locum ceſſante lite, & vbi alias reſeruatio non eſt notoria, vnde probantur tres poſteriores concluſiones, priores vero non infirmantur.

Ad quintum reſpondendum nullum eſſe periculum damni inferendi, quando beneficium eſt litigioſum, vel notoriè reſeruatum, ideo argumentum ceſſare, & locũ tantum habere, vbi hoc periculum cadit, nempè in tertia, & quarta concluſione, quæ benè hoc argumento probantur.

185 Ad ſextum † reſpondendum, aut beneficium litigioſum, vel notoriè reſeruatũ, & tunc quamuis, eſſet neceſſaria probatio, quia tamen procedit ſine aliqua dubitatione, aut hęſitatione, neque videtur quidquam ſine calumnia apponi poſſe, nõ admittitur probatio in contrarium, ſaltem ad impediendam immiſsionem; ideo argumentum non habet locum in duabus prioribus concluſionibus, aut non eſt litigioſum, & reſeruatio non eſt notoria, neque ita inconuincibiliter probatur, vt notoria reddatur, & tunc admittendum dari probationes in contrarium, & argumento eſſe locum, quare concludit in tertia, & quarta concluſione.

Ad ſeptimum, & vltimum facillima eſt reſponſio, quæ ex ipſomet argumento facillimè elicitur, prima enim pars primam, & ſecundam concluſionem admittit reliquas non arguit, ſecunda quintam concluſionem confirmat, in reliquis ceſſat, tertia verò tertiam, & quartam concluſionem probat reliquas non impugnat.

Pro corronide animaduertendum dictum fuiſſe prouiſum ab Ordinario, & poſſidentem in tribus caſibus eſse legitimum contradictorem, vtrum ad effectum, vt gratia iuſtificetur; an vero gratia iuſtificata ſit contradictor ad effectum, vt ſecum de potioritate iurium agatur, & cauſa ordinariè tractetur, quos eſſe contradictionis effectus antea admonuimus in ſecundo articulo primæ quæſtionis huius partis, ne verbum quidem ideo, nę remaneat dubium, aut hæſitans ſtudioſus Tiro, ani-
186 maduerto † iuſtificationem gratiæ triplici diſcrimine conſiderari poſſe, prima ſpecies ordinaria eſt, quę in quacunque gratia eſt neceſſaria iuxta tritam ſententiam in gratijs narrata eſſe iuſtificanda, vt gratia ſuffragetur, *cap. 1. vbi Io. Andr. & aly de lit. conteſt. lib. 6. Felin. in c. ad aures, col. 5. verſ. 3. concluſio de reſcript. Dec. conſ. 142. num. 6. plenè Mareſcott. uar. reſolut. lib. 2. cap. 1. in princ.* vbi alios refert, ſecunda ſpecies priuilegiata, quæ nimirum minor requiritur, quam in cæteris gratijs, vt in ſubrogationibus gratioſis, in quibus narrata non ſunt iuſtificanda, ſed tantum reſeruatio, poſſeſſio, defuncti & Clericatus ſubrogati, vt ſæpe dixi, tertia ſpecies ea eſt, quę
187 fieri debet dato contradictore, † prima iuſtificatio fieri poteſt omnino extraiudicialiter, iuſtificantur enim iuſtificanda & immittitur prouiſus, abſque eo quod in actis conſtare debeat de dicta iuſtificatione ſufficitque executorem aſſerere gratiam eſſe iuſtificatam, *Imol. poſt Innocen. in cap. fin. ſub num. 9. verſic. contra, videtur eſſe mens, Innoc. de praeſ. Compoſtell. in cap. Capitulum, num. 25. verſic. nunquid creditur de reſcript. Aegid. deciſ. 85. Put. deciſ. 144. num. 2. lib. 2.* & ratio eſt, quia officium executoris eſt extraiudiciale, & extraiudicialiter procedit. *Bald. in l. neque natales, num. 17. C. de probat. Ant. de Butr. in capit. finali, num. 2. Abbas, num. 17. de praeſ. ita determinauit Rota in una Hiſpalen. Canonicatus 10. Aprilis 1606. coram* Reuerendiſs. *Ludouiſio Archiepiſcopo Bononien. nec non in Pacen. puritatis 11. Decembris 1609. coram R. P. D. Manzanedo*; neque in hac ſpecie omnia narrata ſunt iuſtificanda, quæ parte opponente iuſtificanda forent, ſed ea tantum quæ iuuarent gratiam, vel quorum expreſſio facilius mouit Papam, vt fuit dictum in *Salamantina*
188 *penſionis 18. Aprilis 1572. coram Illuſtriſs. Cardinali Scipione Lancellotto*, † quæ
189 omnia vera etiam ſi prouiſio eſſet in forma dignum † ſecunda iuſtificatio eodem modo procedit; nulla enim diuerſitatis ratio afferri poteſt tertia iuſtificatio adhuc

biſa-

biſariam conſiderati poteſt, aut enim ſequis opponit, docens de iure ſuo, non ta-
men eſt legitimus contradictor, vel quia non poſſidet, vel quia cum titulo impa-
ri, aut ſe opponit, qui verè eſt legitimus contradictor, nempe qui poſſidet cum pari
titulo, vel ſaltem tali, qui poſsit eſſe par, quinimo qui poſſit excludere titulum pro-
uiſi apoſtolici.

Primo caſu adhuc ſummariè agendum, gratia tamen erit iudicialiter iuſtifican-
da, ſi tamen poſſidens cum titulo impari non valeat impedire talem iuſtificationem
patiatur eiectionem, abſque appellatione iuxta terminos legis noſtræ.
190 Quemadmodum † enim in remedio legis noſtræ prætendens immiſsionem vi te-
ſtamenti non ſolum debet exhibere teſtamentum non abolitum, ſed iudicialiter pro
bare mortuum teſtatorem, illumque tempore mortis poſſediſſe, non tamen per hoc
191 iudicium fit ordinarium, † ita in caſu noſtro, quando in litteris aliqua ſunt iuſtifi-
192 canda cum poſſeſſore; non tamen hoc facit, vt ordinariè agatur, ſed tunc † execu-
tor litterarum fit mixtus in procedendo, merus autem in exequendo, quod egregie
monuit *Innoc. in cap. de cætero, 5. num. 2. verſic. item eſt*, & alia de ſententia, & re
iudicata, & videtur ſentire *Ancharan. conſ. 297. num. 2. & 8. incip. efficacibus*, licet
paululum obſcure loquatur ad idem faciunt tradita ab eodem *conſ. 224.* iſte domi-
nus executor, & in terminis breuium de capiēda poſſeſsione nomine Cameræ ſunt
deciſiones *in Celſonen. præceptoria 4. Februarii 1605. & Paduana parochialis 18.
Iunii 1612. coram Reuerendiſs. Coccino Rota Decano, videtur Garzias de benefic.
par. 6. cap. 20. num. 140.* optime ad idem facit quod ſtatuit *Rota in vna Neritonen.*
193 *penſionis 26. Nouembris 1607. coram* R.P.D. *Caualerio*, vbi † habetur iuſtificatio-
nem litterarum non eſſe faciendam per tres cōformes, alias ceſſaret eorum via exe
cutiua, quod vel ex eo maxime conſtat, quia certum eſt executioni locum non eſſe,
niſi litteris iuſtificatis, vt dictum *à Rota in Elnen. beneficii* S. *Saluatoris 15. Nouem-
bris 1602. coram* Penia, *& Portugalen. diſmembrationis 19. Iunii 1595. coram Cardi
nali Blanchetto Gonzalez, gloſſ. 9. in annotat. num. 228.* vbi ponit pro limitatione
regulæ caſum non iuſtificationis, ad idem faciunt tradita *à Cardinali Seraphino,
194 deciſ. 1484. num. 2. cum ſeq.* † nempe à ſententia ſuper executione litterarum Apo-
ſtolicarum, non dari appellationem ſuſpenſiuam, ſed commiſsione ſolere apponi
clauſulam ſine præiudicio executionis litterarum, vel parito breui.
195 † Secundo vero caſu erit ordinarie agendū eo modo, quo in prophanis dato poſ-
ſeſſore cū pari titulo, puta alio teſtamento iuxta communiter approbatam doctrinā
*Bald. in l. noſtra, num. 21. ita Mohed. deciſ. 13. in fin. vt lit. pend. Put. deciſ. 302. & 316.
n. 1. lib. 1. et deciſ. 135. lib. 2. Caputaq. deciſ. 329. n. 2. p. 1. Gonzal. in § 7. proœmii n. 243.*
196 Ex his † conſtat, quando ſumus in tribus caſibus, in quibus dictum eſt, prouiſum
ab ordinario eſſe legitimum contradictorem ad effectum, vt gratia iuſtificetur, id
ita intelligendum, vt in iuſtificatione agatur ordinariè gratia vero ſic iuſtificata, nō
eſt amplius, quod contradicat, non enim dicitur iuſtificata, niſi probatum nulli alij
eſſe ius quæſitum, & ita hunc contradicentem ſine iure contradicere, & per conſe-
quens ſine titulo poſsidere, ita vt plane conſtet poſt iuſtificationem gratiæ omnem
contradictionem ceſſare, neque ſit amplius, aut ordinarie, aut ſummarie agendum.
197 Secundo † aduertendum eas concluſiones quibus cautum prouiſum ab ordina-
rio non eſſe legitimum contradictorem aduerſus ſubrogatum Apoſtolicum, am-
pliandas, vt eodem modo veræ ſint aduerſus quemcumque prouiſum Apoſtoli-
cum quocumque prouiſionis genere, vltra gratioſam ſubrogationem, quando ta-
men non allegat titulum excludentem ius prouiſi apoſtolici, ſecundum declaratio-
nes in ſubrogatione gratioſa propoſitas, inter quam, & alias prouiſiones non cadit
rationis diuerſitas, nam in illis quoque gratia iuſtificata iuxta tamen ſuum iuſtifi-
candi modum, locus eſt immiſsioni ad inſtar legis noſtræ beneficij, *cap. ſi Capitu-
lo, et ibi gloſſ. in verbo exequatur, et capit. ſeq. de præbend. in 6. Sarn. in tract. Breu.*

num.4. & ſeq. Mohedan.deciſ.13.vt lit.penden. & fuit ſæpe in Rota *deciſum.præci-puè Vicen. beneficij 22.Iunij 1598.coram Litta, Tiraſonen. Canonicatus 24. Maij 1602. coram Reueren.Coccino Rotæ Decano, & Papien.præpoſituræ 30. Maij 1611. coram Ortembergho*, vndè cum in omnibus prouiſionibus apoſtolicis vigeat eadē ratio, idem quoque ius ſeruandum *ad l.illud.ff.ad leg. Aquil.faciunt trad.à Rebuf-fo in praxi tit.de* Breuib.*apoſt.num.67.*

198 Limita verò † ampliationem prædictam, vt non procedat quando litteræ apoſto licæ in ſe aliquid continerent, quod indicaret exequutorem omnino mixtum eſſe, tùm enim datur appellatio, & non tenetur poſſeſſor ad verbum huius mixti execu-
199 toris ſuum ius derelinquere † exemplum ſi in litteris adeſſet clauſula vocatis vocā-dis; hæc enim indicat ordinariè procedendum, & dari appellationem, facit enim executorem de mæro mixtum, ita vt teneatur aſſumere partes iudicis ad notata per *Felin.Abb. & alios in cap.vltimo de præſumpt. & in c.exhibita de Iudic.*Rotæ *deciſ. 30.de reſcript.in nouis Card.conſ.63. & fuit dictum in Mediolanen.Parochialis 16. Martij 1588.coram Card.Platto, & Abulen.& Zamoren.beneficiorū 17.Iunij 1594. coram Penia Panormitana Archidiaconatus 15.Iunij 1595. coram eodem Seraphi-no, deciſ.1383. & 1045. & in vna Piſtorien. Canonicat. 17.Iunij 1615.coram* R.P. D.*Canalerio Garzias de benefic.par.6. cap.2. num.140. Gonzalez. gloſſ.9. in anno-tat. num.225.*

200 Item † ſi litteræ eſſent in forma dignum. *Rota deciſ.202.num.1.par.1. Seraph. deciſ.817. & fuit dictum in* Agrigentina *beneficij S.Antonij 12. Nouembris 1602. coram Corduba.*

SVMMARIVM

Articuli ſexti.

201 *Titulum ab ordinario habens ſi non poſſideat non eſt legitimus contra-dictor ad impediendam immiſſio-nem prouiſi Apoſtolici.*
Limita vt num.205.
Declara vt num.206.
Limita 2. vt num.207.

202 *Titulus par eſt neceſſarius ad effe-ctum contradicendi, & immiſſio-nis impediendæ.*

203 *Titulum parem, & eiuſdem ſpeciei non habens, etiam ſi habeat ab eodē fonte, & ſic à pari cauſa, ſi non poſ-ſideat, non eſt legitimus contra-dictor.*

204 *Titulum habens ab ordinario nequi-dem ſi poſſideret ex impari titulo eſſet legitimus contradictor aduer-ſus prouiſum Apoſtolicum, quando de reſeruatione conſtaret.*

208 *Probationes excluſiuæ iuris peten-tis immiſſionem, quæ incontinenti fiant, admittuntur ad efficiendum contradictorem quemcunque haben-tem titulum.*

209 *Prouiſo ab ordinario concedenda eſt opportuna dilatio ad plenè proban-dum ius excluſiuum reſeruationis, & prouiſionis apoſtolicæ, quando probata hac reſeruatione non tamen inuincibiliter ille allegaret ius qui-dem excluſiuū reſeruationis, quod tamen in continenti non probaret, ſed fumum tantummodo daret.*

AR-

ſententia opus non eſſe,ſiquidem hoc nō fuit quin ſententia declaratoria ſit opus,
quod probatur in ſimili per *tex. in c. dixit dominus 32.q.1. iuncta gloſſa infra alle-*
26 *ganda*, † quamuis enim textus dicat propter notoriam fornicationem vxorem di-
mittere licere *gloſſa tamen in c.ex parte de ſponſalib.* vult tali caſu ſententiam requi-
ri, cuius opinio communi interpretum calculo recepta,vt teſtatur *Curt. iun. par. 4.*
nu.555.verſ.ſi tamen voluerit,& Burſat.conſ.40.nu.39.vol.1. quæ gloſſa cum non
poſſit intelligi de ſententia concedente licentiam dimittendi,ea enim apertè, & di-
rectè in tex. conceditur,erit intelligenda de ſententia declaratoria,quinimo in ma-
27 teria ſimillima feudorum in quibus cautum,† vt feudo perperam alienato,alienatio
ipſo iure ſit nulla,neque opus ſit Iudicis ſententia, vt probat *tex. in c. Imperialem*,
§.callidis,in verbo liberè reuertatur &c.& in ver.(amittant)quæ ſunt præſentis tē-
poris, & ideo non requirunt ſententiam futuram, *titulo de probib. feud. alienat. per*
Federic. necnon per text. in c.1.tit.quid iuris, Si poſt alienationē vaſſallus id recupe-
ret in illis verbis(vtpote domino ad quemcumque venerit apertum &c. vbi non di-
cit per ſententiam aperiendum, communi tamen ſuffragio receptum declarationē
requiri,licet ſententia priuate non ſit opus, & hoc modo terminum ipſo iure intel-
ligendum eſſe tradunt *poſt gloſſam Petrum de Ceruo, Iacobum de Beluiſo Iſernia 21.*
Bal.nu.2.Aluarot.nu.4.Præpoſit.nu.2.& 3.Afflict.ſect.4.nu.20.& ſequitur Balza-
ran. nu.22.verſ.intellige in d.c.Imperialem, *§.callidis de prohibit.feud.alienat.per*
Federic.& expreſſe poſt Bal. Laudenſ.in c.1.§.item ſi fidelis,nu.3. Rauen.& Schēch.
nu.4.quib.mod.feud.amitt.Curt.par.4.nu.155.late Matth.de Afflict.c.1.§.fi.nu.44.
per illum tex. titulo quo tempore miles pluribus examinat Iacob. in verb. & promi-
ſerunt eidem Domino Pratore ſanitia nu.38.& concludit ſententia declaratoria opus
eſſe,Capic.in inueſtitura feudi,c.feudorum actores, *§.limita 27.* quamuis ibi mēdo-
ſe legatur ſententia priuatoria opus eſſe pro declaratoria, *& deciſ.121.nu.21.deciſ.*
126.nu.14.Pariſ.de Puteo de feud.reintegrat.c.30.nu.10.& c.57.num.9.& c.233.
num.3.Enguin.Bart.de benefic.lib.3.c.4. Thom.Grammat.deciſ.105.num.35. Gayl.
pract.obſeruat.lib.2.obſeruat.51.Thomas de Marinis tit.2.num.23.latè communem
teſtatur poſt multos ibidem Ioh.Bercholsen. de feud.c.3.nu.25.Olderdrapui in claſſi-
bus ſuis claſſe 5.poſt action.beneſ. loc.5. cui & aduerſus quem verſ. cæterum quando-
quidem,& ſeq.faciunt not.per Bald.in c.vnico,verſ.ſi cum filia,nu.2.quib.mod.feud.
amitt.Roman.conſ.212.quod primum,nu.8. Dec.conſ.144.nu.6.& conſ.185. nu.11.
Alex.conſ.103.nu.16.& conſ.124.col.1.vol.1. Natta conſ.93.nu.4.vol.1. Roſental.
28 *qui enarratos congerit in tract.de feud. c.9.concluſ. 2. in gloſſa E.* ſtatuamus igitur
in re quoque noſtra declaratoria opus eſſe, vt quoque probant congeſta infra hac
eadem quæſt.nu.46.ita vt qui ea non præcedente poſſeſſionem de facto fuit ingreſ-
ſus perperam, & vitioſe dicatur poſſidere faciunt dicta ſupra in tertio argumento
pro negatiua, quibus hæc optimè confirmantur.

29 Ad ſecundum eodem modo † reſpondendum dominum directum ne ſuam poſ-
ſeſſionem ciuilem amittat poſſe propria auctoritate emphyteutam eijcere, quando
de ſuo dominio directo conſtat, vel quia non controuertitur ab emphyteuta, vel
quia per declaratoriam ita iudicatum, vt planè de tali dominio per rem iudicatam
appareat,quæ non eſt neceſſaria,vt dixi ad inducendam auctoritatem eijciendi,ſed
ad declarandum rem ad eum caſum deueniſſe, & propria auctoritate expellere poſ-
ſit,neque dicatur pendēte iudicio declaratorio,dominum directum aduerſario poſ-
ſidente,& negante dominium directum ſua poſſeſſione interim priuatum carere,cū
per ſolam negationem,& non admiſſionem ſua poſſeſſione priuetur,vt dictum eſt in
30 argumento,ſolutio enim in promptu † eſt per excluſionem, ſeu negationem,poſſeſ-
ſionem auferri;quando negationi acquieſcit, & ſe pro ſpoliato habet, & hoc modo
procedunt iura ſupra allegata, ſecus ſi ſe pro ſpoliato non habeat retinetur enim
31 animo poſſeſſio,*l.3.§ in amittenda,ff.de acquir.poſſeſſ. l.pergere ,ff.eod.* † quemad-
modum

DECIMASEXTA QVAESTIO.

Decimaſexta quæſtio eſt vtrum dominus directus reſpectu bonorum emphyteoticorum legitimus ſit contradictor, continet articulos quinque.

Primus, quando propria auctoritate rei poſſeſſionem obtinuit, & allegat rem in commiſſum cecidiſſe, negat tamen hæres rem fuiſſe emphyteuticam.

Secundus, quando propria auctoritate rei poſſeſſionem obtinuit, & allegat rem in commiſſum cecidiſſe, hæres autem fatetur rem fuiſſe emphyteoticam, licet neget in commiſſum cecidiſſe.

Tertius, quando occupauit propria auctoritate, & aſſerit rem in commiſſum cecidiſſe, verum quia id negat emphyteuta, licet fateatur rem eſſe emphyteuticam, ſe incontinenti id probaturum offert.

Quartus, quando non occupauit poſſeſsionem, aſſerit tamen rem in commiſſum cecidiſse, & incontinenti id probaturum offert.

Quintus, quando non occupauit poſseſsionem, aſserit tamen rem in commiſſum cecidiſse, neque incontinenti ſe id probaturum offert, ſed opportunis dilationibus conceſsis.

SVMMARIVM

Articuli primi.

1 *Dominus directus, qui mortuo emphyteuta ante hæredis immiſſionem poſſeſſionem obtinuit, iuſtè videtur poſsidere, quod nonnullis probatur rationibus.*

2 *Titulum habens poteſt propria auctoritate poſseſsionem rerum vacantium per mortem occupare.*
Declara, vt infra numero 23. & 24.

3 *Dominus directus, quando feudum vel emphyteuſis cecidit in commiſſum propria auctoritate poteſt non attenta contradictione tenentium poſſeſsionem occupare.*
Declara, quando in dubium non reuocatur dominium indirectum, vt num. 24.

4 *Dominus directus quando non expellendo propria auctoritate nolentes cedere poſseſsionem ſuam ciuilem amitteret, iuſtè expellere poteſt.*

5 *Poſſeſsionem ſuam, etiam vi adhibita poteſt quis tueri contra violentos.*

6 *Naturalē poſseſsionem quis per vim ingredi poteſt, quando ſi non ingrederetur ciuilem amitteret.*
Declara hoc quando de dominio ſuo directo conſtat, nec aliquo modo in dubium reuocatur, num. 29.

7 *Vi non poſsidet, qui ſuam poſſeſsionem per vim retinuit.*

8 *Ciuiliter poſsidens ſi turbatur ab inuaſore, aut detentore, vi poſſeſsionis ciuilis naturalem recuperat.*

9 *Ciuilem poſſeſsionem dominus directus amittit, negante emphyteuta rem eſſe emphyteuticam, et naturaliter poſsidente, niſi naturalem pro defenſione ciuilis occupet.*

10 *Poſſeſsione ſua eum priuat, qui ad debitam poſseſsionem non admittit.*
Declara; quando prohibitus acquieſcit, & ſe pro ſpoliato habet, ſe-

cus ſi ſe pro ſpoliato non habeat, num. 30.

11 *Emphyteuta negans rem eſſe emphyteuticam dominum directum non admittit.*

12 *Dominus directus finita emphyteuſi ipſo iure dicitur ciuiliter, & naturaliter poſſidere.*

13 *Poſſeſsio ciuilis emphyteuſi deuoluta continuo ad ſe naturalem trahit.*

Neceſſe tamen eſt, vt de hoc appareat, abſque controuerſia ſi hoc modo poſsidens velit eſſe contradictor aduerſus hæredem immiſsionem petentem, num. 32.

14 *Dominus directus finita emphyteuſi ſi nollet poſſidentem propria auctoritate expellere, poteſt intentare interdictum vti poſsidetis.*

Declara, vt num. 34.

15 *Poſſeſsionem naturalem detinens iniuſtè dicitur domino directo moleſtiam inferre in poſſeſsione ciuili.*

16 *Agenti de damno euitando leges magis fauent, quam tractanti de lucro faciendo.*

Declara, vt num. 35.

17 *Dominus directus, quando propria auctoritate poſſeſsionem occupauit allegans rem in commiſſum cecidiſſe non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem negantem rem eſſe emphyteuticam.*

18 *Argumentum valet de feudo ad emphyteuſim.*

19 *Dominus directus volens impedire quominus hæres conſequatur bona emphyteutica, quaſi emphyteuſi deuoluta deuolutionē probare debet.*

20 *Poſſeſsio iniuſta habetur pro non poſſeſsione, neque prodeſſe poteſt.*

21 *Dominus directus non poteſt propria auctoritate bonorum emphyteuticorum poſſeſsionem occupare, quamuis prætendat emphyteuſim finitam.*

22 *Emphyteuta quamuis finita emphyteuſi ipſo iure priuetur, eſt tamen citandus, & ſententia eſt neceſſaria, nec de facto ſpoliari debet.*

25 *Sententia declaratoria, non vero deciſiua eſt opus quando ipſo iure bona emphyteutica ad dominum reuertuntur.*

26 *Vxor quamuis notoriam ob fornicationem ipſo iure poſsit dimitti, eſt tamen neceſſaria ſententia declaratoria, non verò ſententia concedens licentiam dimittendi.*

27 *Feudo perperam alienato alienans ipſo iure priuatur, neque eſt neceſſaria ſententia priuans, declaratoria tamen eſt opus.*

28 *Dominus directus qui propria auctoritate feudo, etiam deuoluto poſſeſsionem obtinuit, abſque declaratoria ſententia iniuſtè poſsidet.*

31 *Poſſeſsio capta auctoritate Iudicis nō ritè procedentis primum poſſeſſorem à poſſeſsione non priuat.*

33 *Altam indaginem requirere dicuntur quæ carent probatione incontinenti rem explicante.*

36 *Argumentum valet ab eo, quod frequentius contingit.*

37 *Subſtantia potius, quàm accidens attendenda.*

38 *Res quælibet in dubio libera præſumitur.*

39 *Emphyteuſis quædam ſeruitus eſt, quæ non præſumitur.*

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando propria auctoritate poſſeſsionem occupauit, & allegat rem in commiſſum cecidiſſe, vel ob non ſolutum canonem, vel ob lineam finitam, negat tamen hæres rem fuiſſe emphyteuticam.

ARdua quæſtio eſt, & quæ frequentiſſime vſu euenire poteſt, & nullus fere eſt qui eam perpendat; nos igitur diligenter perpendamus.

Videtur affirmatiua ſententia tenenda, nempe dominum directum legitimum eſſe contradictorem, probatur autem.

Primo, quia iuſte, & cum titulo poſſidens, legitimus eſt contradictor, vt ſæpius
1 antea decantatum. † At dominus directus, qui mortuo emphyteuta ante hæredis
immiſſionem rei emphyteuticæ vacantis poſſeſſionem obtinuit iuſte poſſidet, merito &c.

2 Minor multifariam probari poteſt. Primo, quia † titulum habens poteſt propria
auctoritate capere poſſeſſionem rerum per mortem vacantium, vt ſæpe diximus,
potiſſimum per congeſtos à *Neuizano conſ. 82. num. 29. Surd. conſ. 160. nu. 4. & 5.*
3 † Secundo, quia quando feudum, vel emphyteuſis cecidit in commiſſum poteſt dominus directus auctoritate propria non attenta contradictione tenentium, poſſeſſionem apprehendere, *Bald. in c. 1. de contentione inter domin. & fidelem de inueſt. num.* 8. vbi inquit finito tempore rem ſtatim poſſe auferri detentori, & ſi vaſſallus occludat oſtium, dominum aperire poſſe, *Innocent. in c. 1. de immunit. Eccleſiaſt. Bald. ibidem, & addentes ad eum, idem Bald. in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 31. de conſtit.* vbi vult extincto titulo euaneſcere, etiam poſſeſſionem, *Aluarottus in c. 1. §. inſuper de pignor. dat. feud. num. 2. Præpoſ. num. 1. Laudenſ. num. 23. Freder. Schench ibidem, Petrus Rauenna,* qui vult poſſe oſtia ſi vaſſallus claudat effringere, *Paulus Picbus num. 22. Afflict. num. 20. Curt. iun. par. 4. nu. 155. Laurent. Syluan. de feud. recognit. q. 22. num. 52. Bald. conſ. 9. incipien. factum tale, volum. 1. Caſtren. conſ. 133. in cauſa præſenti quod eſt 68. vol. 2. Auguſt. Bero. conſ. 45. nu. 9. & ſeqq. & conſ. 20. vol. 3. Zaſ. conſ. 11. num. 14. & ſeq. vol. 1. Ghaſl. Crutel. conſ. 35. inter conſilia Claudij Caraccioli, num. 44. reſpondens ad tex. in c. defuncto milite ſi de feud. defunct.* &c. illud procedere in dubio, vbi non conſtat bona eſſe feudalia, plura ad hoc idem cumulat *Honded. conſil. 21. num. 13. lib. 2.* qui magis receptam eſſe affirmat multos allegans. Si igitur talem poſſeſſionem apprehendit vacantem, iuſte apprehendit, & ideo iuſte poſſidet.

Secundo, quia qui poteſt propria auctoritate talem poſſeſſionem occupare non attenta contradictione tenentium, quos expellere poteſt, multo magis poterit eam conſequi vacantem, & excludere petentes eam *ad l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* At poteſt dominus, ergo primum ergo, & ſecundum, Aſſumptum
4 nõ ſolum probatur auctoritatibus in ſuperiori argumento congeſtis, † Verum etiam
opportuna ratione, quia quando non expellendo propria auctoritate nolentes ce-
5 dere poſſeſſionem, ſuam ciuilem poſſeſſionem amitteret expellere poteſt, † poſſeſ-
ſionem enim ſuam etiam vi adhibita contra violentos poſſeſſores tueri poteſt, neq;
6 cogitur eam perdere, † & ideo naturalem ingredi poteſt, ſine qua ciuilem tueri non
poſſet, quam ſi non ingrederetur ciuilem amitteret, inquit enim *text. in l. 1. §. eum,*
7 *verſ. ſed ſi quis, ff. de vi, & vi armata,* † Si quis per vim poſſeſſionem ſuam retinuit
ex Labeonis ſententia non vi poſſidere, & paulo poſt inquit (vim vi repellere licere Caſſius ſcribit, idque iuri noſtro comparatur) ita ſentiunt omnes auctores ſupra enarrati, hanc enim eorum fuiſſe rationem refert *Roſſental. de feud. c. 7. concluſ. 60.*

in

8 *in gloſſa or d. In fine*, *hoc idem ipſe tradit in c.9.concl.2.num.9.* dum † inquit ciuiliter
poſſidentem ſi turbatur ab inuaſore, aut detentore tenente, ſt poſſeſſionis ciuilis na-
turalem recuperare poſſe, hoc idem ob eandem rationem docuit *Corn. conſ. 193.*
nu.3.lib.3. cui videtur aſſentire *Rota in vna Mediolanen. bonorum, ſeu emphyteuſis*
9 *18. Aprilis 1603. coram Reuerendiſs. Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon.* † At dominus
directus negante emphyteuta rem eſſe emphyteoticam, & naturaliter poſſidente
ſuam poſſeſſionem ciuilem amitteret, ergo propria auctoritate expellere poteſt. Mi-
nor probatur ex ſententia Cornei poſt Bartolum *citato conſ. 193. necnon Rota in di-*
cta Mediolanen. & omnium Interpretum ſupra enarratorum per tex. in l. Colonus,
in l. cum fundum, ff. de vi & vi armat. in l. clam poſsidere, §. *qui ad nundinas, ff. de*
acquir. poſſ. iuncta l.1. §. *deijcitur, ff. de vi, & vi armata*; prioribus enim legibus pro-
10 batur † non admittentem aliquam ad debitam poſſeſſionem eum ſua poſſeſſione pri-
11 uare, quod etiam de ciuili ſola intelligendum inquit *tex. in d.* §. *deijcitur*; † quando
autem negat emphyteuta rem eſſe emphyteoticam prætendit tunc, & ciuiliter, &
naturaliter poſſidere, neque admittit ad ſuam poſſeſſionem ciuilem dominum dire-
ctum; ideo dicitur eum priuare *d.* §. *deijcitur.*

Tertio, quia non ſolũ finita emphyteuſi ciuiliter poſſidet dñs, aut poteſt propria
12 auctoritate poſſeſſionẽ naturalem occupare, † ſed ipſo iure dicitur, & ciuiliter & na-
13 turaliter poſſidere; † poſſeſſio enim ciuilis deuoluta emphyteuſi continuò ad ſe na-
turalem tradit *Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 31. extra de conſtit. Scarder.*
par.9.p.2.ſection.8.nu.22. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif par.3. declar.2.num.3.
Zaſius conſ.11.num.14. & ſeq. vol.1. Ghuil. inter conſil. Claudij Cacinncule
conſ.35.nu.44. Bald. in l.1.num.48. ff. de rer. diuiſ. Roſental. de feudo c.7.concluſ.23.
nu.3. & concluſ.60. num.14 ſi ergo ipſo iure poſſidet facit ceſſare hoc beneficium,
quod non datur contra iuſtum poſſidentem.

14 Quarto, quia † ſi nolit, vel forte non poſſit dominus directus finita emphyteuſi
emphyteutam poſſidentem propria auctoritate repellere, poteſt indubitate inter-
dictum intentare vti poſſideris aduerſus nolentem reſtituere ad cogendum, vt na-
15 turalem poſſeſſionem dimittat, & à moleſtia deſiſtat, † quaſi per detentionem poſ-
ſeſſionis naturalis videatur domino directo moleſtiam inferre in ſua poſſeſſione ci-
uili, & ab eo vi, clam, vel præcario poſſidere, *Bart. in l.1.* §. *quod ait Prætor, num.17.*
ff. vti poſsideris, Caldaſ. de iure emphyt. lib.1.q.18.num.19. ergo multo magis poſſeſ-
ſionem vacantem poterit contradicendo ab eius conſecutione alterum excludere
ad vulgatam l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. & fuit dictum à Ro-
ta in vna Signina bonorum feudalium 22. Iunij 1615. coram R.P.D. Andrea.

Quinto, quia cum dubium ſit, an res ſit emphyteotica necne, non minusque du-
bium, an aſſerens ſe dominum directum iuſtam foueat cauſam, an verò hæres ne-
gans æque errari poteſt ſi immittatur hæres, ac ſi non immittatur, Ideo potius er-
randum non immittendo, & ſic negando poſſeſſionem naturalem debitam hæredi,
quam certum eſt nondum obtinuiſſe quam immittendo, & ſic auferendo iuſtam ci-
uilem domino directo, qua non eſt certum eum carere, In hærede enim ſi erremus
agitur de non concedendo, quod concedendum; in domino vero ſi erretur agitur
de auferendo, quod non auferendum, vnde dominus tractat de damno euitando,
nempe non amittenda ciuili, hæres autem de acquirendo nempe obtinenda natu-
16 rali † leges autem magis fauent agenti de damno euitando, quam de acquirendo,
l. fin. C. de iur. delib. l. fin. C. de Codicill. Roman. conſ.179.nu.17. & melius eſt aliquem
indebitè lucrum perdere, quàm alium indebite damnum pati, *argum. l.1. C. de codi-*
cillis, & l.1. C. de ventr. in poſſeſſ. mitten. Caſtrenſ. conſ.241. in fine lib.1.

17 In † contrarium eſt veritas, quæ probatur, Primo per text. in materia feudi allega-
tum in ſuperiori quæſt. art.2. *in c.1.* §. *de functo milite ſi de feud. fuer. controuer.* licet
18 enim in feudo loquatur eodem modo in emphyteuſi locum habere videtur † cum

valeat

Dubitandum contingit quid iuris ſi probata reſeruatione non tamen inuincibiliter eo modo, quo ſupra prouiſus ab Ordinario allegaret ius excluſiuum reſeruationis, non tamen incontinenti probaret, ſed tantummodo daret fumum, ita vt probabiliter dubitari poſſet quominus reſeruatio ceſſaret, an omnis ceſſet cõtradictio, an vero ſaltem ſuſpendenda immiſſio, donec manifeſtius probaret ius excluſiuum reſeruationis, & ad hunc effectum concedenda opportuna dilatio, an vero ab initio efficiatur legitimus contradictor.

Ex altera parte videtur dicendum omnem ceſſare contradictionem, quia exceptiones requirentes altam indaginem non admittuntur ad impediendam immiſſionem, & efficiendum legitimum contradictorem; præſertim, quando ſumus in non poſſidente, vt ſæpe dictum; at exceptiones, quæ in continenti non probantur, dicuntur requirere altam indaginem, vt etiam alibi dictum igitur non admittentur exceptiones incontinenti non probatæ.

Ex altera vero dicendum videtur immiſſionem denegandam, & ordinariè agendum, non probatis enim requiſitis neceſſarijs ad obtinendam immiſſionem, ea omninò videtur neganda, vt à nemine in dubium reuocetur, at quando reſeruatio quidem probata, at non inuincibiliter, & datur qui allegat ius eius excluſiuum, datque fumum ſuæ excluſionis, non dicitur probata reſeruatio, probabiliter enim conſtat eam poſſe ceſſare, & ita dicitur dubia probatio, quæ non ſufficit, *l. neque natales, C. de prob.* ergo ceſſabit immiſſio, & per conſequens erit ordinariè agendum.

209 Arbitror pro ſolutione † mediam viam eligendam nempè concedendam opportunam dilationem prouiſo ab ordinario ad plenè probandum ius excluſiuum reſeruationis, & prouiſionis apoſtolicæ, quo probato, euadit legitimus contradictor ad efficiendum, vt ordinariè agatur, non probato ceſſabit omnis contradictio, quando enim hinc inde vigent rationes æque patentes media via eligenda, hac autem vigent rationes hinc inde æque patentes vt ſupra, quæ media via electa ceſſabunt, quatenus enim dictum, requirentia altam indaginem non efficere contradictorem, intelligendum vbi planè conſtat de requiſitis ex parte petentis immiſſionem, at vbi de talibus requiſitis non planè conſtat, ſed iam eorum probatio turbida eſt effecta, non eſt abſurdum, nec negare, nec admittere contradictorem, donec velde illis planè conſtet, ceſſetque omnis ambiguitas, aut ea planè deficere reddatur manifeſtum ad eum effectum, vt primo caſu excludatur omnis contradictio, & immiſſio concedatur; Secundo vero admittatur contradictio, & ordinariè agatur, quatenus vero verſa vice dictũ non probatis requiſitis immiſſionẽ negandã, & ordinariè agendũ, intelligendum vbi certum eſt talia requiſita non eſſe probata; ſecus vbi non eſt certum, ſed tantummodo quidam fumus obiectus, qui ea aliquatenus obtenebret; tunc enim non eſt abſurdum expectare, vt fumus deficiat ad effectum, vt ſi detegantur manifeſta requiſita, concedatur immiſſio, ſi vero ea deficere appareat, admittatur contradictio, & ordinariè agatur, erit igitur concedenda congrua dilatio, puta quatuor menſium, qui prouiſo ab ordinario, vt plenè ius ſuum probet excluſiuum omnino reſeruationis, & prouiſionis apoſtolicæ intra quã ſi probet opportunè, fiat cõtradictor ſi minus ceſſabit omnis ſuſpitio, & fumus reſeruationis obiectus, trãſacto enim opportuno tempore, ceſſat omnis veriſimilitudo ex parte impugnantis reſeruationem jam probatam, licet vincibiliter, cum enim victa non fuerit, inuincibilis redditur, ita ut incipiat manifeſtè omnino, & ſine aliqua hæſitatione apparere de optimo iure prouiſi Apoſtolici, hoc modo eſt intelligenda *Rota in una Elnen. præceptoriæ* 10. *Iuny* 1611. *coram Illuſtriſs. Marcomontio Archiepiſcopo Lugdunen.* vbi hanc quatuor menſium dilationem concedendam ſtatuit.

modum enim poſſeſſio capta auctoritate Iudicis ritè, & rectè non procedentis nõ
facit primum poſſeſſorem ſuã poſſeſſionem amittere, vt ſæpius fuit *à Rota deciſum*
potiſſimum in vna Agrigentina beneficij S. Antonij 12. Nouembris 1602. coram Cor-
duba, vbi complures aliæ allegantur, & Roſanen. parochialis 4. Iulij 1603. coram
Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno, ita propria auctoritate occupata nõ
acquieſcente poſſeſſore nec ſe pro ſpoliato habente ſua poſſeſſione priuabit, conſtat
autem hunc non ſe habere pro ſpoliato quando apparet eum velle aduerſarium vi
ſuæ poſſeſſionis expellere, neque petit à Iudice, vt immittatur, ſed tantum vt decla-
retur ſibi licere vti ciuiliter poſſidenti propria auctoritate aduerſarium expellere.

Ad tertium reſpondendum finita emphyteuſi verè ciuilem poſſeſſionem ad ſe
32 trahere naturalem, verũ † neceſſe eſſe, vt de hoc appareat, vt quis tanquã, & ciuili-
ter, & naturaliter poſſidens contradictor eſſe poſſit ad impediendũ legis noſtræ be-
neficium; ſi enim altam requirat indaginem non impedit immiſſionem, vt ſepiſſimè
in hac materia repetitum *per l. 2. vbi Bart. Bald. Salicet. Caſtrenſ. & alij ſupra hoc*
tit. Dec. conſ. 424. col. fin. & 462. col. penult. Rolan, à Valle conſ. 48. num. 6. vol. 4. cum
33 alijs copioſe alibi cumulatis, † eam autem requirere dicitur quotieſcumque proba-
tiones incontinenti rem explicantes deficiunt, *Salicet. in l. 2. ſupra hoc tit. Neniz.*
conſ. 56. nu. 3. & 5. Dec. conſ. 424. col. fin. & 467. nu. 13. Menoch. de arbitr. lib. 2. cen-
turia 1. caſu 12. ſupponendum autem eſt in re noſtra eas deficere, ſuppoſita enim
probatione incontinenti res alia eſſet, vt in alio articulo.

34 Ad quartum † reſpondendum dominum directum recte quidem intentare inter-
dictum vti poſſidetis finita emphyteuſi aduerſus non reſtituentem, verum, tunc de-
mum cum probauerit extrema huius interdicti nempe ſe poſſidere ciuiliter, & ab
aduerſario turbari, id autem dicitur probatum probato dominio directo, quod ſi in
controuerſiam vocetur ab aduerſario naturaliter poſſidente, quia inſurgit quæſtio
de dominio; non vero de poſſeſſione cum fundatum habeat dominus directus ius
ſuum in dominio ciuili, hoc autem reſpiciat petitorium non verò poſſeſſorium, aga
turque de maximo præiudicio nimirum dominij tum directi, tum etiam vtilis, quod
prætenditur conſolidatum, erit ordinario iudicio per tres conformes agendum; ex
his conſtat non poſſe huiuſmodi interdictum effectum conſequi incontinenti, ideo
nec operabitur contradictionem, quæ probationem incontinenti requirit, vt di-
ctum in ſuperiori ſolutione.

35 Ad poſtremum † reſpondendum, quando in æquali omnino, atque indifferenti
ſumus periculo, vel non concedendi poſſeſſionem concedendam, vel auferendi non
auferendam, ita vt in vtroque caſu errare, vel non errare æque contingens ſit, tunc
potius errandum non auferendo auferenda, quam concedendo non concedenda, ſe-
cus ſi in vtroque caſu non æquè contingens ſit errare, vel non errare, quia in vno res
ſe magis habeat ad non errandum in alio vero ad errandum, erit enim tunc prima
via eligenda tanquam tutior, quamuis ſi in ea erraretur concederetur non concedẽ-
dum, & ſic tractaretur de lucro, & hoc modo intelligenda ſunt iura ſupra allegata,
36 † vt concordent cum regula deſumpta ab eo; quod frequentius contingere ſolet,
qui poſtulat eam fieri electionem, quam non erroneam eſſe frequentius, & facilius
contingit, *l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell.* & quia magis cauendum, ne ali-
quo modo erremus, nam errare, aut non errare actus ſubſtantiam reſpicit, magis ve-
ro, vel minus eiuſdem accidens *ad l. fin. ff. de fund. inſtr. l. ſcapham, ff. de euictionibus,*
37 † ſubſtantiam autem potius quam accidens eſſe attendendam nemo eſt qui non fa-
teatur, *ad caput acceſſorium de reg. iur. in 6. l. etſi non ſint, §. peruenientamus, ff. de aur.*
& argen. legat. facit tex. in princ. inſtit. de vſufruc. At in re noſtra frequentius, &
facilius contingit, vt iuſte immittatur hæres in bona ex aduerſo aſſerta emphyteo-
tica (ſuppoſitio emphyteoticam qualitatem negatam, neque ab initio, neque ſtatim
38 apparere poſſe) quam vt iuſte negetur immiſſio, † Tum quia qualibet res libera
præ-

præſumatur *arg.l.ſi ades,ff de ſeruit.vrban.præd.c.1.vbi gloſſa 1. de controuerſ. inter maſcul.& famin.vbi Doctores in princ. Ioannes Andreas,& alij in c.minus,extra de*
39 *iure iuran.Alex.conſ.129.in princ. vol.1.Rolan.à Valle conſ.2.nu,11.vol.3.* † quia res emphyteoticæ quandam ſeruitutem habent,quæ non præſumitur,*l.altius, C.de ſeruit.& aqua,Curt.iun.conſ.140.n.4.par.2. & conſ.108. nu.15.* vbi inquit omnes res præſumi liberas. Tum quia hæres iam fundatam habet ſuam intentionem nempe in teſtamento non abolito,& defuncto poſſeſſore iuxta tex.noſtrum, & communem ſententiam,aduerſarius verò non habet fundatam ſuam intentionem, frequẽtius autem contingit,vt habens ſuam intentionem fundatam iuſtam foueat cauſam, quam non habens, ſitque difficilius errare pronunciando pro eo qui habet fundatam intentionem,quam pro eo qui non habet fundatam.

SVMMARIVM ſecundi Articuli.

40 *Dominus directus rem emphyteoticam propria auctoritate occupare poteſt, quando cecidit in commiſſum.*

Fallit ſi emphyteuta fateatur rem eſſe emphyteoticam, & ita non neget ciuilem poſſeſſionem, non enim poteſt poſſeſſionem ingredi donec conſtet rem in commiſſum cecidiſſe, vt num.43.

41 *Legitimè factum non debet reuocari.*

42 *Dominus directus, qui propria auctoritate rei poſſeſſionem obtinuit, allegans rem in commiſſum cecidiſſe non eſt legitimus contradictor aduerſus heredem,qui fatetur rem emphyteuticam, negat tamen in commiſſum cecidiſſe.*

44 *Emphyteuticam rem in commiſſum cecidiſſe, vt conſtet declaratoria eſt opus.*

45 *Immiſſio ex lege noſtra habet locum etiam in bonis emphyteuticis.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando propria auctoritate rei poſſeſſionem obtinuit allegans rem in commiſſum cecidiſſe; hæres autem fatetur rem fuiſſe emphyteoticam, negat tamen in commiſſum cecidiſſe.

Affirmatiua ſententia videtur amplectenda.

Primò, quia iuſtè poſſidens eſt legitimus contradictor, potiſſimum ſi cum iuſto poſſideat titulo, vt ſæpius *ex l.noſtra* repetitum. At dominus directus bonorum emphyteoticorum legitimè poſſidet, quamuis propria auctoritate poſſeſſionem occupauerit, & cum titulo nempe domini directi, ergo &c.

40 Minor probatur, † quia dominus directus rem emphyteoticam quando cecidit in commiſſum propria auctoritate occupare poteſt,*l.2,C.de iure emphyt.*conferunt cumulata in ſuperiori art. nu.1. ergo ſi occupauit fecit lege concedente, & ſic iuſtè poſſidet.

41 Secundo, quia † legitimè factum non debet retractari *arg.l.ſancimus, C. de admin. tut.* At poſſeſſio à domino emphyteuſis directo fuit legitimè occupata, ergo non eſt retractanda,& poſſidens non eſt remouendus,& per conſequens,nec hæres immittendus; ita enim retractaretur adepta poſſeſſio.

Tertiò,quia ita docuit *Pet.Iac.Aurell.in ſua pract.aur.libellorũ,Rubr.152.nu.80.*

In

42 In †cõtrarium eſt veritas,quæ probatur,quia † quando periculum non eſt,vt do-
43 minus directus ſuam ciuilem poſſeſſionem rerum emphyteoticarum amittat (quod
contingit quãdo emphyteuta recognoſcit in dominum directum, neque negat res
eſſe emphyteoticas,& per conſequens non reuocat in dubium ciuilem poſſeſſionẽ)
non poteſt propria auctoritate dominus directus poſſeſſionem ingredi,donec con-
ſtet rem in commiſſum cecidiſſe,ita intelligendus *eſt Bar.in d.l.2.C.de iure emphyt.
& Petr.& Cyn.ibidem Ant.& Flor.in c.potuit de locato, & ibid. Petr.de Peruſ. &
poſt eos Corn.d. conſ.193. nu.3.verſ. Aut emphyteuta recognoſcit dominum Rota in
deciſione Mediolanen. bonorum 18. Aprilis 1603. coram Reuerendiſs. Ludouiſio Ar-
44 chiepiſcopo Bonon.*† vt autem de hoc conſtet declaratoria ſententia eſt neceſſaria, vt
latius ſupra num.28. & ideo occupans poſſeſſionem ante ſententiam , tanquam vi-
tiosè poſſidens non eſt legitimus contradictor.

45 Secundo , quia hæres regulam habet pro ſe , † nempe immiſſionem *ex l. noſtra*,
etiam in bonis emphyteoticis concedendam,vt tradit *Rota in vna Aſsinien. bonorũ
emphyt.7. Aprilis 1600. coram Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo Damaſceno*, &
habet fundatam intentionem in teſtamento,& poſſeſſione defuncti,ideo niſi aduer-
ſarius probet ſuam exceptionem non erit audiendus , quæ exceptio cum requirat
altam indaginem, non erit in hoc iudicio admittenda ad ſæpius copiosè repetita.

Ad contraria iam reſponſio eſt manifeſta , nam quantum ad primum , & ſecundum,falſum eſt dominum directum iuſte poſſeſſionem rei emphyteoticę in caſu noſtro obtinuiſſe,vt ex primo argumento opinionis negatiuæ apparet, & ex ſolutione ad primum argumentum primi articuli huius quæſtionis.

Ad auctoritatem verò Aurellianenſis dicendum eum fuiſſe allucinatum.

SVMMARIVM
Articuli tertij.

46 *Poßidens etiam iniuſtè non eſt ſua poſſeſſione priuandus niſi ſaltem fuerit citatus.*

47 *Dominus directus, nec ſub prætextu pacti non reſeruati, nec alienationis perperam factæ, nec deuolutionis propter generationem finitam, poteſt emphyteotam propria auctoritate poſſeſſione priuare, niſi prçcedat citatio, & ſententia declaratoria.*

48 *Etiam ſi pacto conuentum eßet , vt his caſibus poſſet dominus directus propria auctoritate poßeßionem ingredi.*

49 *Poſſeſsio in quacumque materia exequtiua non poteſt capi, niſi conſtet eueniſſe capiendi caſum.*

50 *Exceptionem paratam habentia puta obligatio cameralis requirunt liquidationem eius , quod liquidandum antequam capiatur poſſeſsio.*

51 *Dominus directus, qui rem emphyteuticam propria auctoritate occupauit , aßerens eam in commiſſum cecidiſse legitimus eſt contradictor aduerſus hæredem quando fatetur rem emphyteuticam , licet neget in commiſſum cecidiſse ; ſi tamen in continenti rem in commiſsum cecidiſse probet.*

Declara , vt ſi non per modum exceptionis ſaltem per modum interdicti retinendæ , vt num. 54.

Declara ſecundo, vt contradicat non in vim naturalis poſseſſionis , ſed ciuilis, vt num. 56.

Declara, vt non probante domino emphyteuſim finitam intra tempus , intra quod daretur immiſsio nulla oppoſita exceptione immiſsionem impedire nequeat , num. 61.

Declara ſecundo ſi non ſolum probauit in continenti emphyteuſim finitam, ſed ita clarè vt probatio nullas patiatur exceptiones, num.62.

52 *Exceptio proprietatis, quæ in continenti probari poteſt admittitur in iudicijs etiam ſummarijs.*

53 *Dominus directus ſemper videtur iuſtè poſſidere, ſaltem in vim ciuilis poſſeſſionis quam ſemper habet.*

55 *Poſſidens iniuſtè quantum ad naturalem poſſeſſionem, ſi iuſtè poſſideat quantum ad ciuilem intentando interdictum retinendæ legitimus eſt contradictor.*

57 *Ciuilis poſſeſſio non ſufficit ad impediendam immiſſionem, aut obtinendum interdictum retinendæ, niſi poſt declarationem emphyteuſim finitam, aut ſuppoſita probatione in continenti futura.*

58 *Apparere ab initio, & incontinenti probari pari paſſu ambulant.*

59 *Incontinenti probari dicitur, quo probatur intra tempus, quo expediretur executio, ſi nulla exceptio fuiſſet oppoſita.*

60 *Incontinenti probari quando quid dicatur, & quomodo iudex debeat arbitrari.*

63 *Dominus directus vbi admittitur ad probandam caducitatem verſa vice admittendus hæres ad probãdum contrarium, niſi adeo manifeſte caducitas fuerit probata, vt nihil abſque calumnia opponi poſſit.*

64 *Dominus directus, qui pacto conuenit, vt finita emphyteuſi poſſit propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, recte ingreditur, quando caducitas adeo eſt clara, vt non poſſit in controuerſiam reuocari.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando occupauit dominus rem emphyteoticam propria auctoritate aſſerens eam in commiſſum cecidiſſe, negat vero hæres in commiſſum cecidiſſe, licet, fateatur emphyteoticam, & dominus incontinenti rem in commiſſum cecidiſſe ſe probaturum offert.

Videtur negatiua ſententia amplectenda, quia iniuſte poſſidens non eſt legitimus contradictor, at is cum propria auctoritate poſſeſſionem occupauerit, tunc cum non erat periculum ciuilis poſſeſſionis amittendæ, iniuſtè poſſidet, vt in ſuperiori articulo ſtatui, ergo &c.

Secundo hanc poſſeſſionem eſſe vitioſam, & ideo talem poſſidentem non eſſe legitimum contradictorem, probatur, quia ſi allegans rem in commiſſum cecidiſſe poſſet propria auctoritate poſſeſſionem ingredi eſſet in arbitrio domini directi quãdocumque propria auctoritate capere poſſeſſionem, allegando rem in commiſſum
46 cecidiſſe, & ſic emphyteutam ſua poſſeſſione priuare, quod eſt abſurdum, † nemini enim etiamſi iniuſtè videatur poſſidere eſt poſſeſſio auferenda, niſi ſaltem fuerit
47 citatus, *c. licet Epiſcopus de præben. lib. 6. c. in litteris de reſtit. ſpoliat.* † Ideo reſolutũ eſt, vt nec ſub prætextu pacti non ſeruati, nec alienationis factæ, ob quam res in commiſſum cecidit, aut deuolutionis propter generationem finitã poſſit dominus directus propria auctoritate emphyteutam ſua poſſeſſione priuare, niſi præcedat ci-
48 tatiõ, & ſententia declaratoria, † quamuis initum fuiſſet pactũ, vt his caſibus poſſet dominus directus propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, *Afflict. deciſ. 97. nu. 2. & 3. Gabr. conſ. 58. nu. 23. lib. 1. Rot. in vna Ceſenaten. 22. Ian. 1592. corã Ill. Mãtica*

& ratio

49 † & ratio eſt, quia nondum liquet pactum non fuiſſe ſeruatum rē fuiſſe temerē alie-
59 natam generationem finitam, quæ primo liquidari debent, † & in qualibet obliga-
tione etiam Camerali, quæ paratam habet exequutionem, ſi quid liquidandum ne-
ceſſaria eſt liquidatio, nec ante eam poteſt capi poſſeſſio auctoritate propria, vt fuit
reſolutum in vna *Montisfaliſci bonorum 27. Maÿ 1589. coram Illuſtriß. Pamphilio,
& in vna Cæſenaten. Spolÿ 22. Iunÿ 1592. coram Illuſtriß. Mantica.*
51 In † contrarium eſt veritas, quæ probatur primo trita ratione ſæpius reperita
52 † exceptionem proprietatis, quæ in continenti probari poſſit in iudicijs, etiam ſum-
marijs opponi poſſe, vt notatur *in c. 1. §. inter filiam ſi de feud. defunct. fuer. contro-
uer. inter domin. & agnat. in vſib. feud. & in l. noſtra, vbi potiſſimum Dec. nu. 20. Zuc
card. nu. 486. de commun. Rolan. conſ. 2. nu. 38 lib. 3. Menoch. de adipiſcen. remed. 4.
num. 381. Put. deciſ. 279. lib. 3. Rota in vna Imolen. 21. Maÿ 1593. coram Illuſtriß.
Card. Pamphilio, & in vna Romana 22. Maÿ 1612. coram Litta.*
53 Secundo videtur † ſemper iuſte poſſidere ſaltem in uim poſſeſſionis ciuilis, quam
ſemper habet, cuius virtute quemadmodum ſi res ceciderit in commiſſum habet
interdictum retinendæ; *Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor nu 13. ff. vti poßid. Caldaſ. de
54 emphyt. lib. 1. q. 18. nu. 19.* ita quoque poterit † impedire venientem ex hoc benefi-
cio ſi non per modum exceptionis ſaltem per modum interdicti retinendæ in vim
non poſſeſſionis naturalis propria auctoritate acquiſitę, ſed ciuilis, quam ſemper re-
tinuit, quando enim adinuicem concurrunt remedium retinendæ, & recuperandæ
intentans remedium retinendæ victor euadit, eſt enim fauorabilior retentio, ſi à vi-
tioſo principio non procedat latê *Surd. conſ. 253. nu. 21. cum ſeq. Rota in vna S. Se-
uerini bonorum 20. Decembr. 1610 coram Reuerendiß. Sacrato Archiepiſc. Damaſc.*
55 Ad primum reſpondendum † iniuſtè poſſidentem non eſſe legitimum contradi-
ctorem ſi vim faciat in iniuſta poſſeſſione, & ita directe per exceptionem in tali poſ-
ſeſſione fundatam contradicat, ea enim prodeſſe nequit *ad l. communi diuidundo,
§. inter prædones, ff. communi diuidundo*, quinimo pro non poſſeſſione habetur, *l. 4.
§. commodum, ff. de re iud.* ſecus ſi obliquè intentãdo de interdictum retinendæ in ea
poſſeſſione fundatum, quam iuſtè habet nempe ciuili, cum vt ſupra dictum concur-
rente interdicto retinendæ, & interdicto adipiſcendæ interdictum retinendæ
præferatur.
56 Ad ſecundum reſpondendum † eodem ferè modo, vim nempe nõ fieri in poſſeſ-
ſione naturali occupata, quam non potuiſſe occupari ſub aliquo prætextu abſq; de-
claratione, & liquidatione congrua pro certo habemus iuxta ea, quæ in arg. tradita
ſunt, ſed in ciuili iuſta, & indubitata, quæ nullo modo in controuerſiam vocatur cõ-
cedente hęrede, vt in terminis articuli ſuppoſitum eſt rem eſſe emphyteoticã, & per
conſequens poſſeſſionem ciuilem ad dominum directum ſpectare ad ea, quæ haben-
tur ſupra hac ead. q. num. 1. & 4. quod à nemine in dubium reuocatur, neq; dicatur
57 hanc † ciuilem non ſufficere pro impedienda immiſſione, aut obtinendo interdicto
retinendæ, niſi poſt declarationem rem emphyteoticam in cõmiſſum cecidiſſe, aut
alio modo finitam iuxta ea, quæ habentur in argumento, ſuppoſita. n. probatione
incontinenti futura, & ſic non requirente altam indaginem, ſed clara, & aperta quã
in terminis propoſiti articuli, ſupponimus perinde eſt, ac ſi ab initio res eſſet proba-
58 ta, & liquida, conſtaretque omnino emphyteuſim finitam, † pari. n. paſſu ambulant,
vel aliquid ab initio apparere, vel incontinenti probari *Garzon. in ſuo tractatu de
fæmin. ad feuda recipien. col. 25. verſic. vigeſimo ſexto reſtringitur Roſent. de feud.
59 c. 7. concluſ. 52. nu. 5. & concluſ. 51. in gloſſ. H.* & ratio eſt, quia † illud dicitur incon-
tinenti probari, quod probatur intra tempus, intra quod expediretur executio, ſi
nulla exceptio fuiſſet oppoſita *ad Bart. in l. 4. §. condemnatum, num. 4. ff. de re iudi-
cata, idem Bart. in l. ſi iş à quo per illum tex. ff. vt in poſſeſſ. legat. Card. Florentinus,
& Imola in l. cum in iure de offic. deleg. Ang. in l. ille à quo, §. tempeſtiuum, ff. ad*

Trebel. But. poſt Innoc. in c. veniens, col. 4. de teſt. Alex. in addit. ad Bar. in l. ſi is à quo
60 † & quamuis aliqui dicant id ſpectare ad arbitrium Iudicis, *Bal. in l. ſi ex facto, nu. 3.*
C. de tranſact. in l. 2. ſupra hoc tit. & in alijs locis quos allegat *Iaſ. in d. l. 4. §. condem-*
natum, ff. de re iud. quod etiam tradit *Abb. in c. veniens, extra de teſtib.* Iudex tamen
arbitrari debet eo modo quo dicit *Bart. Alex. & Iaſ. citatis locis, & recte admonet*
Ripa in d. §. commodum, col. 4. & Rimin. iun. conſ. 586. nu. 67. & 68. quod optima ra-
61 tione probat *ibidem num. 70. 71. & 72.* † quo fit, vt non probante dominio emphy-
teuſim finitam intra huiuſmodi ſpatium non retardetur immiſſio hæredis, eo vero
probante res dicatur liquida ante tempus quo fuiſſet immittendus, ita vt nullum
omnino grauamen poſſit hæres prætendere.

62 Declaranda, † tamen prædicta determinatio, vt tum quidem locum habeat quan
do perſpicuè, & clarè probauit incontinenti dominus directus rem in commiſſum
cecidiſſe, adeo quidem, vt planè notorium ſit, & manifeſtum nihil in contrarium ab
hærede afferri poſſe, quo aſſertam caducitatem in dubium reuocare poſſit, non
enim illud dicitur in continenti probatum, quod aliquas oppoſitiones, aut exce-
ptiones patitur, ſiquidem in illis diluendis alta eſt opus indagine, quam aduerſus
legis noſtræ beneficium non eſſe admittendum certo eſt certius; vt paſſim in hac
interpretatione repetitum.

63 Confirmatur, † quia quemadmodum admittitur dominus directus ad probandã
caducitatem, ita econuerſo admittendus eſt hæres ad probandum contrarium, ſi
omninò non ſit manifeſtum eum nihil probare poſſe; ſed calumnioſè tantum con-
tendere; Tum quia probatio probationem non excludit *Ægid. conſ. 2. nu. 29. Alex.*
conſ. 114. in cauſa, & lite, nu. 4. verſ. nec obſtat, lib. 4. Abb. conſ. 51. num. 3. Tum quia
paritas in iudicijs ſeruanda, *Caſtren. conſ. 91. nu. 8. vol. 1. & in l. noſtra, vt dixi ſupra*
quæſt. 11. num. 6.

Vnde cum hinc inde probationes admittantur, conſtat non poſſe incontinenti
caducitatem probari, ideo nec poſſe impedire immiſſionem.

64 Facit ad idem, † quod in ſimili de pacto ingrediendi propria auctoritate ſi quan-
do emphyteuſis in commiſſum ceciderit ab interpretibus receptum, vt nimirum
poſſit dominus directus propria auctoritate in vim huiuſmodi pacti poſſeſſionem
ingredi, quando caducitas adeo eſt clara, vt non poſſit controuerti, vt nihil proba-
biliter emphyteuta in contrarium adducere poſſit, ſecus quando aliquid probabili-
ter in contrarium adduci poteſt, *ita Speculat. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, q. 48.*
verſ. tamen ſequitur Corn. conſ. 193. num. 3. verſ. aut emphyteuta lib. 3. Hier. Gabr.
conſ. 67. num. 17. lib. 2. cum alijs per Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. q. 12.
num. 3. & ita fuit deciſum in vna Bonon. de Caſtalibus 11. Iunij 1602. coram Card.
Pamphil. quod antea fuerat deciſum in vna Caſenaten. Spolij 22. Iunij 1592. coram
Card. Mantica, vbi fuit dictum pacto non eſſe locum, vbi dubitari poteſt an aliqua
defenſio emphyteutæ competere poſſit, Quemadmodum igitur pacto eſt locus, vbi
nulla poteſt dari controuerſia, an res in commiſſum ceciderit, ita eſt aſſerendum lo-
cum eſſe interdicto retinendæ, vbi hoc idem conſtat; ſecus ſi caducitas in dubium
reuocari poſſit.

SVMMARIVM
Articuli quarti.

65 *Dominus directus, qui non occupata poſſeſſione aſſerit rem emphyteoticam in commiſſum cecidiſſe hærede id negante legitimus eſt contradictor quando incontinenti caducitatem ſe probaturum offert.*

66 *Dominus directus rei emphyteoticæ ſemper dicitur ciuiliter poſſidere, & cum titulo.*

ARTI-

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando non occupauit poſſeßionem aßerit tamen rem in commiſſum cecidiſſe, vel ad ſe deuolutam ob lineam finitam, hæredeque id negante ſe incontinenti id probaturum offert.

65 AFfirmandum † eſt legitimum eſſe contradictorem † ſiquidem ei competit poſ-
66 ſeſſio,& titulus,ea quidem,quia dominus directus ſemper retinet ciuilem, vt ſupra traditum titulus verò, quia in confeſſo eſt dominum eſſe directum.

Secundo, quia exceptio defectus proprietatis in iudicijs ſummarijs ſufficit ſi de ea incontinenti probari poſſit, vt ſæpius repetitum potiſſimum in ſuperiori articulo in argumento primo pro negatiua,allegans autem rem in commiſſum cecidiſſe, vel deuolutam excipit de proprietate hæredis.

Neque dicatur ſi talis allegatio ſufficeret ad impediendam immiſſionem, ſemper futurum eſſe, vt impediatur immiſſio, quia poteſt ſemper quis ſe offerre ad probandum incontinenti; reſponſio enim eſt hoc nihil officere, aut enim incontinenti probabit, aut non, ſi primum nullum ſequitur abſurdum, ſi ſecundum non retardatur immiſſio cum in continenti illud dicatur probari, ſi intra tempus probetur intra quod nulla oppoſita exceptione fuiſſet facta exequutio per talem oblationem non retardabitur exequutio, & ſic nullum fiet hæredi præiudicium ad tradita ſupra hac ead.quæſt. num.59.

SVMMARIVM
quinti Articuli.

67 *Dominus directus non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem emphyteutæ quando nec poſſeßionem obtinuit, nec in continenti ſe probaturum offert, rem in commißum cecidiſſe.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando nec dominus directus obtinuit poſſeßionem, nec incontinenti ſe probaturum offert rem in commiſſum cecidiſſe, ſed tantummodo opportunis conceſſis dilationibus.

67 NEgatiua † ſententia abſque dubitatione eſt tenenda. Probatur autem, quia exceptiones altam indaginem requirentes in legis noſtræ beneficio, quod ſummariſſimo iudicio terminatur,non admittuntur *l.2.ſupra hoc titulo, vbi Doctores*, & ſæpiſſime fuit antea repetitum præcipuè in quæſt.17.num.6.

DECIMASEPTIMA QVAESTIO.

Decimaſeptima quæſtio principalis eſt an dominus directus ſit legitimus contradictor in bonis feudalibus, quæ mortis tempore à teſtatore detinebantur in feudum; continet autem plures articulos.

Primus, Si dominus poſſidet rem feudalem in illis locis in quibus in feudis non ſucceditur ex teſtamento, neque hæres rem eſſe allodialem aſſerit.

Secundus, Si dominus tenet rem feudalem in illis locis, in quibus in feudis ex teſtamento non ſucceditur hæres, tamen inquit rem eſſe allodialem.

Tertius, Quando dominus rem feudalem detinet in illis locis in quibus in feudis ex teſtamento ſucceditur, ſumusque in capace feudi.

Quartus, Quando dominus rem feudalem detinet allegans eam in commiſſum cecidiſſe.

Quintus, Quando dominus directus rem poſſidet, nec allegat rem in commiſſum cecidiſſe.

Sextus, Quando dominus directus non poſſidet, allegat tamen rem in commiſſum cecidiſſe, petitque dilationem ad id probandum.

Septimus, Quando dominus directus non poſſidet, allegat tamen rem in commiſſum cecidiſſe, & incontinenti ſe id probaturum offert.

SVMMARIVM
Articuli primi.

1 *Dominus directus rem feudalem poſſidens in illis locis in quibus in feudis ex teſtamento non ſucceditur eſt legitimus contradictor aduerſus heredem non negantem bona eſſe feudalia.*

2 *Remedium legis noſtræ non habet locum, vbi ceſſat teſtamentum quod intellige ſi notorium ſit rem talem eſſe in qua teſtamentum non ſuſtineatur, nu. 4. Item quando teſtator alio modo diſpoſuit quem iure cautum, eod. nu. 4. Item quando teſtamentum non eſſet factum cum aſſenſu domini directi.*

3 *Feudorum communi regula cautum, vt in illis ex teſtamento non ſuccedatur.*

4 *Remedium legis noſtræ non competit, niſi notoriè appareat intentantem illud verum eſſe ſucceſſorem.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Si dominus poßidet rem feudalem in illis locis in quibus in feudis non ſucceditur ex teſtamento neque hæres rem eſſe allodialem aſſerit.

1 Breuiter † reſpondendum dominum directum legitimum eſſe contradictorem quod probatur.

2 Primo, quia † legis noſtræ beneficium habet locum virtute teſtamenti, competit enim oſtendenti teſtamentum non cancellatum, &c. Ideo ceſſat vbi non eſt locus teſtamento, At in rebus iſtis feudalibus non eſt locus teſtamento, quia in illis ex te-
3 ſtamento non ſucceditur, vt ſupponitur in articulo. Eſtq. † ex feudorum cõmuni regula cautum, vt apparet *in c. 1. de ſucceſſ. feud. ibi nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente,* ergo in rebus his feudalibus, ceſſat legis noſtræ beneficiũ, quãobrẽ illud intentanti rectè dñs directus ſe opponet, eritq. opportunus contradictor,

& ita

& ita argumentatur *Afflict. deciſ.* 119. *num.* 1. *in illis verbis, ergo ſi in feudis teſtamentum non valet quomodo poteſt peti immiſſio in poſſeſſionem uigore d. l. fin.*

Neque dicatur legis noſtræ remedium habere locum etiam reſpectu bonorum, de quibus teſtator non potuit teſtari, *vt infra quæſt.* 19. *num.* 18. animaduertendū enim hoc intelligendum, quando non erat notorium teſtatorem de his teſtari non potuiſſe, neque agit hæres contra eos, ad quos huiuſmodi bona ſpectare indubitatū ſit, & manifeſtum ad tradit. *in d. q.* 19. *num.* 76. vnde quamuis traditum huiuſmodi beneficium locum habere pro rebus depoſitis, & commodatis, non tamen habere locum ſi intentetur contra deponentem, vt ſupradictum, *q.* 5. *num.* 91. Declara primo, vt vera ſit determinatio prædicta, quando teſtator diſpoſuit alio modo, quàm iure cautum ſit, ſi enim eos teſtamento vocaſſet, qui & feudorum iure ſuccedere debent, talis diſpoſitio valeret, eſſetque locus huius legis beneficio, vt rectè *Afflict. d. deciſ.* 119. *num.* 2. & pluribus auctoritatibus confirmat, *Vrſil. num.* 1.

Declara ſecundo, vt non habeat locum talis determinatio ſi teſtamentum cum aſſenſu domini directi, puta regis eſſet factum, tunc enim valet, vnde abſque dubio intrat hoc beneficium ad trad. *per eundem Afflict. d. deciſ.* 119. *num.* 1.

4 Secundo, quia hoc † remedium competit illi, quem eſſe legitimum ſucceſſorem notoriè patet, vt ſæpius antea dictum, & tradunt communiter interpretes hic. Verum non patet notoriè eſſe legitimum ſucceſſorem in bonis feudalibus, ſed totum oppoſitum eſt manifeſtum, cum teſtatoris diſpoſitionem nullius eſſe roboris in feudo ſit manifeſtum, *d. c.* 1. *de ſucceſſ. feud. ergo, etc.*

Tertio, quia exceptio de dominio agentis, quæ ab initio eſt manifeſta, vel incōtinenti probatur rectè opponitur ad impediendam immiſſionem ex l. noſtræ beneficio ad tradita *ſup. q.* 7. *num.* 27. *et in hac eadem quæſt. num.* 17. Talis autem eſt exceptio res eſſe feudales, & teſtatores de feudalibus teſtari non poſſe, quando ſupponimus horum vtrumque ab initio conſtare, conſtat enim ius proprietatis, aut dominij nullo modo ad inſtitutum tranſire poſſe.

Quartò, quia ita egregie docuit *Petrus, Iacobus, Aurellianenſis in practica aurea libellorum rubrica* 152. *num.* 6.

SVMMARIVM
Articuli ſecundi.

5 *Dominus directus poſſidens rem feudalem in locis in quibus ex teſtamento non ſucceditur non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem legis noſtræ beneficium intentantem, quando hæres negat bona feudalia.*

6 *Remedium legis noſtræ ſummariam requirit exceptionem, & ideo non admittuntur exceptiones requirentes altam indaginem.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando dominus detinet rem feudalem in illis locis, in quibus in feudis ex teſtamento non ſucceditur hæres, tamen negat bona eſſe feudalia, ſed allodialia profitetur.

1 Breuiter † negatiua ſententia eſt tenenda; probatur autem.

Primò, quia id apertè reperitur cautum, *in c.* 1. *§. defuncto milite ſi de feudo fuer. controuerſ.* vbi habetur ſi de feudo ſit controuerſia inter filiam defuncti, & dominum

minum domino feudum aſſerente, filia vero allodium, vel libellarium, poſſeſſionem ad filiam ſpectare, ergo dominus directus nõ eam impedit, quominus poſſeſſionem conſequatur, & ita non eſt legitimus contradictor.

6 Secundo, quia † in legis noſtræ beneficio ſummariè proceditur, & ideo non admittuntur exceptiones altam indaginem requirentes optimè *facit tex. in l. 2 ſupra hoc tit. Angel. conſ. 134. quidam nomine Mateſilanus* Bal. *conſ. 442. nõ tangendo ſubſtantiam, vol. 1. & conſ. 128. præmiſſis verbis vol. 3. Dec. conſ. 220. in fine, conſ. 424. & conſ. 477. col. fin. et conſ. 586.* Rolan. *à Valle, conſ. 1. num. 71. et latius conſ. 98. numero 40. vol. 3. Bero. conſ. 57. vol. 2. Socin. iun. conſ. 97. num. 45. vol. 2. et conſ. 75. numero 29. vol. 1. GoZad. conſ. 7. num. 17. deciſ. Neapolit. 14. num. 4. et ſeq. ad finem Afflict. deciſ. 119. num. 7. Guidopap. quæſt. 132. Menoch. de arbitr. lib. 2. Natta conſ. 236. tom. 2.* Verum, quando negat hæres bona eſſe feudalia exceptio dominij directi altam requirit indaginem, ideo non admittitur, ſed hæres in poſſeſſionem mittetur, deinde in iudicio ordinario diſcutietur, an bona controuerſa ſint feudalia an allodialia. .

Tertiò, quia ita tenuit *Petrus, Iacobus,* Aurellianenſis, *in pract. aurea libellorum rubrica 152. num. 6. per text. in d. capit. defuncto milite ſi de feudo inueſtit. controuerſ. fuer.* licet male in meo libro allegetur, faciunt tradita *in quæſt. 19. num. 1. cum ſequentibus.*

SVMMARIVM

Articuli tertij.

7 *Dominus rem feudalem detinens in locis in quibus ex teſtamento ſuccceditur non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem, quando non allegat feudum finitum, aut deuolutum.*

8 *Remedium legis noſtræ competit ratione bonorum, etiam feudalium in locis, in quibus in feudis ex teſtamento ſucceditur.*

9 *Poſſeſſor iniuſtus non poteſt eſſe legitimus contradictor.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando dominus rem feudalem detinet in illis locis, in quibus in feudis ex teſtamento ſucceditur, neque allegat feudum finitum, aut deuolutum.

7 BReuiter † negatiua ſententia eſt tenenda probatur autem, quia legis noſtræ
8 beneficium † competit in omnia bona in quibus ex teſtamento ſucceditur cũ
virtute teſtamenti fuerit conceſſum, ergo etiam in hæc feudalia, quamuis à domino directo occupata.

9 Secundo, quia † iniuſtus poſſeſſor non eſt legitimus contradictor, tum quia poſſeſſio iniuſta non habetur pro poſſeſſione adnotata *in l. 4. §. condemnatam, ff. de re iudicata,* ideo cum ea ceſſet ceſſat vnum ex primarijs contradicendi requiſitis, vt arguit *Rota in una ſancti Seuerini 20. Decembris 1610. coram Reuerendiſs. Sacrato Archiepiſcopo,* Tum quia poſſeſſionem iniuſtam non tuetur, Prætor, nec ea aliquo modo ſuffragatur, *l. communi diuidundo, §. inter prædones, ff. communi diuid. Oldrad. conſ. 1. colum. 2. Crauett. conſ. 104. num. 14. Peregr. conſ. 24. num. 3. lib. 4. Alex. et alij in l. filiam, ff. ad Trebellian. Dec. hic num. 48. Zuchard. num. 379. Menoch. de adipi-*

adipiſcen.remed.4.num.365. Ripa *in l.1.nu.12.ff.quorum legatorum, cum aliis per* Rolan.*conſ.78.num.14. cum ſeq.lib.3.* Rota *in una* Romana *de Capizucchis, coram Illuſtriſs.Cardin. Lancellotto, & Rauennaten. hæreditatis 14.Aprilis 1606. coram* R.P.D.*Pamphil.*& ſæpius alibi dictum, verum dominus directus eo caſu, quo ex te ſtamento in bonis feudalibus ſucceditur, ſi occupauerit iniuſtè poſſidet, quia detinet bona legitimo iure ad hæredem ſpectantia, igitur non eſt legitimus contradictor.

Tertiò, quia ita docet Petrus *Iacob. Aurellianenſis in practica aurea libellorum rubrica 152.num.6.*

SVMMARIVM

quarti Articuli.

10 *Feudo finito bona feudalia pleno iure reuertuntur ad dominum directum.*

Intellige ſi non neget hæres feudum finitum, vel id iam probatum ſit, ſecus re controuerſiam vocata, vt num. 22.

11 *Ciuilis poſſeſsio domini directi poſſeſsionem naturalem finito feudo ad ſe trahit.*

12 *Poſſeſsio vaſalli, vel emphyteutæ extinguitur per extinctionem feudi, vel emphyteuſis.*

13 *Et quatenus non finiatur dicta poſſeſsio dicitur Vaſallus, vel emphyteuta poſsidere à domino directo vi clam, vel precario, & ſic turbare in ciuili.*

14 *Turbans ciuilem poſſeſsionem in ciuili poſſeſsione tenetur naturalem reſtituere, & à turbatione deſiſtere.*

15 *Dominus directus via iuris omiſſa indebitè inſiſtentem in bonis feudalibus turbare poteſt, neque is exaduerſo iuuatur interdicto, vti poſſidetis.*

16 *Dominus directus linea finita propria auctoritate rem feudalem ingredi poteſt.*

Intellige ſi primo cauſa eſt cognita, vt num.20.& 23.

17 *Exceptio defectus proprietatis de qua incontinenti appareat admittitur contra legis noſtræ remediũ.*

18 *Exceptio feudum in commiſſum cecidiſſe, & exceptio defectus proprietatis.*

19 *Dominus directus, quando retinet bona feudalia, & aſſerit ea in commiſſum cecidiſſe, hæres autem fatetur feudalia, ſed negat in commiſſum cecidiſſe, non eſt legitimus contradictor aduerſus dictum hæredem immiſsionem petentem.*

21 *Feudi, quod in commiſſum ceciderit cauſa non eſt à domino cognoſcenda, ſed per partes curiæ.*

ARTI-

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando dominus directus detinet bona, & aſſerit ea in commiſſum cecidiſſe, hæres autem non quidem negat feudalia, at negat cecidiſſe in commiſſum.

VIdetur dicendum legitimum eſſe contradictorem.
Pımò, quia iuſtè poſſideat, non enim temere occupauit bona feudalia, ſed
10 quia in commiſſum ceciderant † quo caſu ad eū reuertuntur pleno iure; finito enim
11 feudo † ciuilis domini directi poſſeſſio naturalem Vaſſalli poſſeſſionem ad ſe trahit
*Bal. in l. 1. num. 38. ff. de rer. diuiſ. cuius ſententiæ meminit gloſſa Greg. Lopez, in l. 2.
tit. 30. par. 3. late Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le viſ. par. 3. declar. 2. nu. 3. Cal-*
12 *daſ. de emphyt. lib. 1. quæſt. 18.* † per extinctionem enim feudi, ſeu emphyteuſis fuit
etiam extincta omnis poſſeſſio emphyteutæ, ſeu Vaſſalli *Ioſeph. Ludouic. latè in de-*
13 *ciſ. Peruſ. 17. num. 10. cum ſeq. par. 1.* † vel ſi non eſt finita dicitur emphyteuta poſ-
ſidere à domino directo naturaliter, vi, clam, vel præcario, & ſic turbare dominum
14 in ciuili. † Vnde tenetur naturalem poſſeſſionem reſtituere, & à turbatione deſiſte-
re ſecundum *Bart. in l. 1. §. fin. num. 17. ff. vti poſſid. ſequitur Honded. conſil. 21. nu-*
15 *mero 19. volum. 2.* † Poteſtque dominus directus feudo finito via iuris omiſſa eum
qui indebitè inſiſtit turbare, neque is exaduerſo iuuatur interdicto vti poſſidetis, vt
de emphyteuſi, quæ in hac re pari paſſu cum feudo ambulat trad. *Bart. in l. 2. nu-
mero 4. C. de iur. emphyt. & ibi Angel. col. 2. Nec improbat* Iaſ. *num.* 103 *ſequitur Cal-*
16 *das. de emphyt. q. 18. num. 9. lib. 1.* † Poſſeque dominum directum linea finita rem
emphyteoticam propria auctoritate ingredi aſſerit *Goz. ad conſ. 39. in fine*, dicens ab
ea opinione nullo pacto eſſe recedendum, *Idem conſ. 86. num. 9. Iulius Clarus, lib. 4.
ſententiarum, §. emphyteuſis, quæſt* 44. Magon *in deciſ. Lucen. deciſ. 17. nu. 6.* eſtque
dominus directus in poſſeſſione tuendus, non vero Vaſſallus, *aut emphyteuta Nat-
ta, conſil. 375. numero 33. cum ſequen. lib. 2. Honded. conſil. 21. num. 20. vol. 2.*
17 Secundò, quia † exceptio defectus proprietatis de qua in continenti doceatur
admittitur contra hoc remedium notatur, *in c. 1. §. inter filiam ſi de feudo defunct.
controuerſ. ſit int. domin. & agnat. Dec. hic num. 20. Zuccard. num.* 486. *Rolan. conſil.
2. nu. 38. in fine lib. 3. Menoch. in 4. memb. adipiſcen. num. 381.* Rota *apud Put deciſ.
229. lib. 1. & in una* Imolen. *bonorum 21. Martij 1593. coram Card. Pamphil. et in una
Ariminen. bonorum 27. Octobris 1586. coram R. P. D. Bubalo, quæ eſt impreſſa apud*
18 *Pacif. de Saluian. interdict. deciſ. 52. num. 3. & 4.* At † exceptio feudum in commiſ-
ſum cecidiſſe eſt exceptio defectus proprietatis, vt per ſe notum: igitur ſi in conti-
nenti probetur impedit legis noſtræ beneficium, aliæ poſſent afferri rationes, quæ
copioſius *in quæſt. Superiori, art. 1.* allegatæ fuere, quæ eodem modo hic procede-
rent, & eodem modo ſoluendæ.
9 In † contrarium eſt veritas quæ probatur.
20 Primo, quia iniuſtè poſſidet, † quia non eſt conceſſum domino rem feudalem
propria auctoritate occupare, etiamſi in commiſſum ceciderit, ſed cauſa primo eſt
21 cognoſcenda, *cap. 1. de feud. ſine culpa non amittendo in vſibus feudorum*, † neque
ab ipſo domino eſt cognoſcenda, ſed per pares curiæ, *iuxta text. de prohibit. feud.
alienat. §. penult.* quare cum iniuſtè poſſideat non poteſt eſſe legitimus contradi-
ctor ad ea quæ tradita ſunt ſupra *in hac quæſt. & alibi ſæpius, num. 9.*
Secundo, quia exceptiones requirentes altam indaginem non admittuntur con
tra hoc beneficium, *ad l. 2. ſupra hoc tit. & cumulata ſupra in hac quæſt. num. 6.*
An autem bona feudalia in commiſſum ceciderint, nec ne, altam requirit inda-
ginem,

ginem, ideo fiet immiſsio in poſseſsionem, & quæſtio an bona in commiſsum ceciderint reſeruabitur in petitorio proprietatis.

Tertio, quia ita docet *Aurellianenſis in d. rubrica* 152. *num.* 7.

22 Ad primum † reſpondendum illud procedere non negante hærede feudum in commiſsum cecidiſse, vel poſtquam id fuit probatum, ſecus re in controuerſiam
23 vocata, tunc enim † temerè, & vitioſè poſsidet, cum non ſit conceſsum domino rem feudalem propria auctoritate capere ſub eo prætextu, quod in commiſsum ceciderit, vt ſupra *in primo negatiuæ argum.* niſi ſequuta declaratoria ſententia, vt latius *in quæſt. antecedenti nu.* 240. & ita videtur ſentire *Magon. ſupra allegatus dicta deciſ.* 17. *num.* 6. qui animaduertit prædictam opinionem eſſe controuerſam, quando ſit reſiſtentia per eos qui ſunt in poſſeſſione, de plano tamen procedere, quando nulla ſit reſiſtentia, & clarum eſt rem eſſe emphyteuticam, & lineam finitam vnde ſi in dubium vocatur, an linea finita, & ita an res in commiſſum ceciderit certum eſt dominum directum non poſſe propria auctoritate capere.

Ad ſecundum reſpondendum, ſi incontinenti probaturus eſſet dominus rem in commiſſum cecidiſſe argumentum procedere, & tunc eſſe legitimum contradictorem, eo tamen modo quo de emphyteuſi *in ſequenti quæſtione, artic.* 3. dicemus ea enim omnia eodem modo in feudis procedere videntur, *& in hac quæſtione in ſecundo artic.*

SVMMARIVM

quinti Articuli.

24 *Dominus directus rem feudalem non poſſidens, nec allegans in commiſſum cecidiſſe non eſt legitimus contradictor.*

25 *Remedium legis noſtræ, etiam in feudalibus locum habet.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando dominus directus non poſsidet, nec allegat in commiſsum cecidiſse.

24 NEgatiua † ſententia tenenda † cum enim certum ſit legis noſtræ beneficium,
25 etiam in feudalibus locum habere, *capit.* 1. §. *inter filiam, verſic. defuncto ſi de feud. defunct. controuerſ. ſit int. domin. & agnat. tradit* Rota *ſæpius potiſsimum in vna Sarſinaten. Comitatus de menſe Maij* 1562. *coram Oradino, & in Imolen. bonorum* 27. *Iunij* 1592. *coram Cardinali Pamphilio*, quod etiam verum etſi perſona inſtituti non ſit de deſcendentibus defuncti, *Dec. conſil.* 424. *numero* 11. *cum alijs relatis per Menoch. de adipiſcen. remed.* 4. *numero* 375. *Rota in dicta Imolen. bonorum* 22. *Iunij* 1592. *coram Cardinali Pamphilio*, & expoſuimus in quæſito, an Vallallo hoc beneficium competat, nihilque in contrarium afferatur, vnde dominus directus ab hoc beneficio hæredem excludat nullo modo excludere pro certo habendum.

SVM-

SVMMARIVM
Articuli ſexti.

26 *Dominus directus non poſſidens, allegans tamen rem in commiſſum cecidiſſe, neque in continenti id probans non eſt legitimus aduerſus hæredem inſtitutum.*

27 *Exceptio etiam defectum proprietatis reſpiciens, ſeu hæredis incapacitatem, non admittitur aduerſus legis noſtræ remedium.*

28 *Altam indaginem, quæ dicantur requirere.*

ARTICVLVS SEXTVS.

Quando dominus directus non poſsidet, allegat tamen rem in commiſsum cecidiſse, neque, id eſt in continenti probaturus.

26 NEgatiua † ſententia tenenda, primo quia non poſsidens non eſt legitimus
contradictor, *ut in l. noſtra*, & ſæpe fuit dictum.
27 Secundo quia non admittitur † exceptio aduerſus hoc remedium, etiam defe-
ctum proprietatis reſpiciens, ſeu hæredis incapacitatem, niſi de ea in continenti do
ceatur Bart. *in l. filiam fratribus, ff. ad Trebellian. Dec conſil.* 84. *col.* 2. Rol. *à Valle*
conſil. 1. *num.* 24. *vol.* 1. Rimin. *iun. conſ.* 69. *num.* 14. *Menoch. de adipiſcend. remed.* 4.
28 *num.* 759. † & ratio eſt, quia quæ in continenti probari nequeunt, dicuntur altam
requirere indaginem, licet enim hoc Iudicis arbitrio relinquatur, Iudex tamen ita
arbitrari debet vt egregiè, *Bart in l. ſi is à quo in l.* 4. §. *condemnatum, ff de re iudic.*
& in extrauag. ad reprimen. in verbo Summariè Angel. in l. ille à quo §. *ſi de teſtamen*
to, ff. ad Trebellian. Imol. in Clem. 1. *colum.* 6. *verſic. qualiter dicatur de re iudicat.*
Butr. in cap. veniens il 2, *de teſtib. Card. in cap. cum in iure, colum. penult. extr de off.*
deleg. Salic. Corn. Alex. & Iaſ. in l. 2. *ſupra hoc tit. Socin. iun. conſ.* 67 *num.* 9. *&* 10.
qui teſtatur hanc opinionem veriorem eſſe, & communem, & ab ea non eſſe aliquo
modo recedendum in iudicando, *plurib. Hippolit.* Riminal. *iun. conſil.* 352. *num.* 58.
cum pluribus ſequen. Requirentia autem altam indaginem, in hoc iudicio non ad-
mittuntur, vt probat *text. in dicta leg.* 2. *ſupra hoc tit. & diximus ſupra in hac quæ-*
ſtione, num. 6.

SVMMARIVM
ſeptimi Articuli.

29 *Dominus directus, quando non poſſidet, atque allegat rem in commiſſum cecidiſſe in continenti ſe id pro baturum offerens eſt legitimus contradictor.*

30 *Circuitus inutiles ſunt euitandi.*

31 *Poßidens ciuiliter, licet non poſsideat naturaliter, aliquando eſt legitimus contradictor.*

32 *Quod intellige, etiam quoad excludendam naturalē poſſeſsionem aduerſarij, quando de feudo finito, vel ab initio appareat, vel in continenti probari poteſt.*

33 *In continenti probari, & ab initio apparere æquiparantur.*

ARTI-

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Quando non poſsidet, ſed allegat rem in commiſſum ecidiſſe, atque id in continenti ſe probaturum offert.

VIdetur aſſerendum non eſſe legitimum contradictorem, quia nõ poſſidet, poſ-
ſeſſio enim ſemper videtur neceſſaria, vt in lege noſtra.
29 In contrarium † eſt veritas, quæ probatur.
Primò quia cum res in commiſſum ceciderit futurumque ſit, vt in continenti id
30 appareat † circuitus inutilis eſt euitandus, *l. cum fundus, §. ſeruum, ff. ſi cert. pet. l. do-
minus teſtamento, ff de cond. indeb. Clem. Aud. de reſcript.* Ioan. *Andr. ad Speculat. in
rubric. de obligat. & ſolut. col.* 1. Alexand et Dec. *d. §. ſeruum tuum in princ. Iaſon.
latè in d. l. dominus teſtamentò, nu. 3. Tiraquell. de retract. conuent. in fine, num.* 41.
Natt. conſ. 153. *nu.* 9. *Menoch. conſ.* 69. *num.* 19. Non euitabitur autem, niſi iſto, vt
legitimus contradictor immiſsionem impediat.
Secundo, quia exceptio de non iure agentis nempè de defectu proprietatis de-
qua in continenti appareat in iudicio admittitur, vt ſupra diximus *hac eadem quæ-
ſtione num.* 17.
31 Ad contrarium † reſpondendum non poſsidentem non eſſe legitimum contradi-
ctorem ſi nullo modo poſsideat, ſecus ſi aliquo modo, ſaltem ciuiliter, & ratio eſt,
quia poſſeſsio ciuilis finito feudo ad ſe naturalem trahit *ad Bald. in l.* 1. *numero* 38.
ff. de rer diuiſ. in cap. qua in eccleſiarum, num. 31. *extra de conſtit.* Schrad. *in par.* 3.
par. 24 *ſect.* 8. *num.* 22. *Caldaſ. de iure emphyt. quaſt.* 18. *nu.* 18. *lib.* 1. *et plenius com-
probatur in ſequen. quaſt. nu.* 13. certum autem eſt dominum directum feudi ciuili-
ter poſsidere, neque dicatur ciuilem poſſeſsionem non facere contradictorem,
quoad naturalem prætenſam, cum rectè poſsit ſtare ciuilis in vno, & naturalis in
32 alio † hoc enim eſt verum durante feudo, ſecus eo finito, quia tunc, vt diximus ciui-
lis naturalem trahit, neque dicatur non apparere de feudo finito, ſufficit enim, vt in
33 continenti probari poſſit † cum paria ſint, vel ab initio apparere, vel incontinenti
probari poſſe *Garzon. in ſuo trac. de fæmin. ad feudo recipien. col.* 25. *verſ.* 26. *reſtrin-
gitur* Roſſental. *de feud cap.* 7. *q.* 52. *num.* 5. *& q.* 51. *in gloſ. N. dixi in q.* 16. *nu.* 58.
vbi rationem attuli de qua ibi.

DECIMAOCTAVA QVAESTIO.

Articulus primus.

AN dominus directus, vel agnati ſint legitimi contradictores aduerſus filiam fœminam à patre in teſtamento inſtitutam, quando non eſt planè certũ bona de quibus agitur eſſe feudalia, ſed in dubium reuocatur, adeo quidem, vt aliqua cognitione ſit opus ad determinandum, an feudalia ſint necne; continet autẽ artic. 8.

Primus, quando agnati aut dominus directus ſe opponentes, nec poſsident, nec quicquam ſe incontinẽti probaturos offerunt, vt facilius victoriã reportare poſsint.

Secundus, quando nullus poſsidet, agnati tamen, vel dominus directus ſe opponunt aſſerentes bona eſſe feudalia, & offerentes ſe id incontinenti probaturos.

Tertius, quando nullus poſsidet, agnati tamen, vel dominus directus ſe offerunt probaturos incontinẽti bona eſſe feudalia, & talia ad quæ fœmina admitti nequeat,

Quartus, quando agnati, vel dominus directus non poſſident, neque in vniuerſum in dubium reuocatur, an bona, ſint feudalia, ſed an ea, quæ ſunt in territorio feudi in quod fęminam non eſſe immittendam iam conſtat, an in talibus bonis in dicto territorio ſitis ſint legitimi contradictores.

Quintus, quando agnati poſſident, & ſimpliciter dicunt bona eſſe feudalia nihil ſe probaturos in continenti offerentes.

Sextus, quando agnati poſſident, & ſe offerunt incontinenti probaturos bona eſſe feudalia ſimpliciter non vero abſolutè, talia ad quæ fęmina admitti nequeat. Septimus, quando agnati, vel dominus directus poſſident, & offerunt ſe probaturos bona eſſe feudalia, & talia quorum fœmina ſit incapax.

Octauus, quando ſumus in aliquo ſuperiorum articulorum in quibus non eſſe contradictores ſtatuebamus, verum bona feudalia ſunt Caſtra munita; Arces, fortalitia difficilis recuperationis, in quibus ſi fœmina in poſſeſſorio immiſſa forte in petitorio ſuccumberet, ſequeretur damnum irreparabile.

S V M M A R I V M
Articuli primi.

1 *Dominus directus, nec poſſidens, nec in continenti ſe probaturum offerens, bona eſſe feudalia non eſt legitimus contradictor aduerſus filiam in teſtamento inſtitutam.*

Agnati non poſſidentes, nec offerentes ſe probaturos in continenti bona eſſe feudalia non ſunt legitimi contradictores aduerſus filiam fęminam petentem immiſſionem, & num. 9.

Neque aduerſus eandem petentem manutentionem non enim ab ea poteſt auferri poſſeſsio, niſi in iudicio petitorio vincatur.

2 *Bona in dubio præſumuntur allodialia, niſi contrarium probetur.*

3 *Seruitus non præſumitur.*

4 *Res omnes liberæ præſumuntur.*

5 *Seruitutem probandi onus ſpectat ad aſſerentem rei ſeruitutem.*

6 *Exceptiones requirētes altam indaginē non admittuntur in legis noſtræ indicio.*

7 *Caput primum, §. inter filiam, §. defuncto milit. tit. ſi de feud. lu. controu. inter domin. & agnat. inducitur, & declaratur.*

8 *Intentionem ſuam fundatam habens in beneficio legis noſtræ eſt immittendus.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando Agnati aut dominus directus ſe opponentes, nec poſſident, nec quicquam ſe incontinenti probaturos offerunt, vt facilius victoriam reportare poſſint.

1 Breuiter † aſſerendum legitimos non eſſe contradictores.
2 Quia † in dubio omnia bona præſumuntur eſſe allodialia, niſi contrarium expreſsè probetur *argum. l. ſi ædes, ff. ſeruit. vrb. præd. c. 1. vbi gl. 1. de controu. inter maſcul. & fœm. ubi DD. in princ. Io. Andr. et alij in c. nimis ext. de iureiur. verſ. quia nō præſumitur Alex. conſ. 129. in princ. vol. 1. Rol. conſ. 2. n. 11. vol. 3 qui rationem afferunt,*

3 runt, quia res feudalis dicitur cuidam ſeruituti obnoxia, quæ ſeruitus † non præſu-
mitur, *l. altius, ff. de ſeruit. et aqua. Curt. iun. conſil. 140. numero 4. par. 2. & con-*
4 *ſil. 108. numero 15.* vbi inquit † omnes res præſumi liberas habito reſpectu ad ori-
ginalem habitum, propter naturalem ſtatum rerum, niſi aliqua ſeruitutis qualitas
5 probetur † vnde talis præſumptio libertatis transfert onus probandi ſeruitutem in
aduerſarium, *Bartol. in l. ſi prius, numero 18. verſo vt igitur de oper. nou. nunciat. Dec. consil. 269. in princip. & conſil. 424. columna 2. & consil. 468. columna 2. & 588. columna 2. Ruin. consil. 45. columna fin. in princip. verſic. præterea cum iſtud, Pariſ conſil. 20. in princ. volum. 1. & consil. 16. numero 14. lib. 4. Alciat. conſ. 15. numero 1. lib. 3. tom. 1. & consil. 1. numero 40. lib. 3. tom. 1. Bero. consil. 115. num. 30. volum. 1. & conſ 65. numero 157. volum. 1. vbi de communi, & consil. 152. num. 18. eod. volum. & conſ. 49. num. 6. volum. 3. Roland. à Valle poſt enarratos, consil. 2. num. 14. & 25. volum. 3. Natta, consil. 506. num. 23, et 24. volum. 3. qui rationem affert eandem quam ex* Rolando *attulimus* Burſatt, *conſil. 46. numero 23. lib. 1. Menoch. lib. 3. præſumptio 91. per totam pleniſſimè, Surd. conſ. 135. numero 24. cum ſequen. Schrader. par. 3. capit. 4 num. 54.* Roſ*ental. cap. 12. concluſ. 14. num. 10. cum ſequen.* qui affert prædictam rationem, *Rota* Romana *in una Aſtenſi feudi. 27. Aprilis 1584. coram* Bubalo, *et in eadem 18. Iunij 1584. coram eodem, et apud Seraphinum, deciſio. 894. num. 1.* At certum eſt in bonis allodialibus non poſſe quenquam ſub prætextu feudi fœminam impedire, quominus immittatur, ergo non impedietur, & ita nec agnati, nec dominus directus erunt legitimi contradictores.

Secundò, ſi prædicti impedirent fœminam, quominus in talia bona beneficio legis noſtræ immitteretur, eo quod aſſererent ea eſſe feudalia retardaretur hæc immiſſio ob exceptionem altam requirentem indaginem (ſupponimus enim non eſſe aduerſarium paratum ad ſtatim de iure ſuo docendum) at conſequens eſt abſurdũ,
6 cum † in iudicijs ſummarijs non admittantur exceptiones altam requirentes indaginem *facit text. in l. 2. ſupra hoc tit.* vbi ſcriptus hæres mittitur in poſſeſſionem bonorum defuncti, non obſtante, quod teſtamentum falſi, inofficioſi, vel ſimili vitio laborare redarguatur, & ratio eſt, quia huius vitij examen altam requirit indaginem, *tradit Dec. conſil. 424. et conſil. 588. numero octauo,* Rolan. *à Valle, conſilio primo, numero 21. volum. 1. et conſil. 98. numero quarto, volum. 3.* Angelus, *conſ. 134. Bald. conſil. 442. volum. 1. et 128. volum. 3. deciſio.* Neapolitan. *119. ad fin. Socin. iun. consil 97. numero quadrageſimoquinto, volum. 2. et consilio ſeptuageſimoquinto, numero 29. volum. 1.* Gozadin. *consil. 7. numero 17. Peregrin. conſ 4. num. 54. volum. 1.* conſequentia probatur, quia in legis noſtræ beneficio proceſſum eſſe ſummarium conſtat, *ita Bartol. in l. noſtra, numero 3.* quem omnes alios ſequi teſtatur *Roland. à Valle, conſ. 2. numero octauo, volum. 3.* quinimo magis ſummarium, quàm quodlibet aliud poſſeſſorium, tradit Bero *consil. 57. nu. 2. vol. 2.* hinc inſtrumentum teſtamenti dicitur habere executionem paratam, *Bart. in d. l. fin. col. 5.* Iaſon. *col. 1.* Rol. *à Valle, dicto consil. 2. numero 9.* neceſſe ergo erit vt filia inſtituta, primo in poſſeſſionem omnium bonorum mittatur, deinde ſi quis inter hæc aliqua eſſe feudalia prætendat iudicium inſtituat petitorium, vbi de hoc agatur.

7 Tertiò, optime probatur per *text. in capit. 1.* † *§. inter filiam, et §. defuncto militе, tit. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. et agnat. in §. inter filiam hæc habentur ſi quæſtio ſit inter filiam, et agnatos defuncti,* de quodam prædio, agnatis feudum, filia vero allodium, ſeu libellarium eſſe aſſerentibus, & quæratur apud quem poſſeſſio manere debeat, apud filiam poſſeſſionem interim eſſe collocandam, quem text. adhunc quoque propoſitum ponderauit, R*ota in una Signina bonorum feudalium 22. Iunij 1615. coram* Reuerendo *Patre Domino Andrea, in §. vero* defuncto habetur, ſi ſuper aliquo feudo quæratur inter filiã defuncti, & dominum, domino feudum, filia allodium ſiue libellarium allegante filiam in poſſeſſione feu-

di manere debere, donec de eo iudicetur, optimè igitur ex his iuribus conſtat poſſeſſionem ad filiam pertinere; ideo nihil obſtare poſſe, quominus ex beneficio legis noſtræ in eam immittatur, & per conſequens nullum dari legitimum contradictorem.

8 Quartò, † habens ſuam intentionem fundatam immittendus eſt in poſſeſſionem vel ex officio Iudicis, vel ex legis noſtræ beneficio quocunque contradictore rejecto, at fœmina habet ſuam intentionem fundatam, ergo &cęt. Maior probatur quantum ad officium Iudicis ponderata ratione, §.*inter filiam, et* §.*defuncto milite ſupra allegatis*, in quibus admittitur fœmina ad poſſeſſionem ob eam rationem vt ſentiunt Doctores, quia habet ſuam intentionem fundatam in iure communi, quo filiæ ad hæreditatem patris admittuntur. *Auth. in ſucceſſore, C. de ſuis legitim.* Quantum vero ad legis noſtræ beneficium probatur ex eiuſdem legis noſtræ ratione, quam eam eſſe interpretes ſentiunt, quia hæres habet fundatam intentionem ſuam in teſtamento non abolito, minor per ſe nota eſt, tum quia filia, vt dictum, ab inteſtato ſuccedit, tum quia ſupponitur inſtituta, *Dec. conſ. 424. num. 11. Rol. conſ. 2. num. 28. in fin. uolum. 3.*

Quintò, quia eſt hæc communis ſententia, quam tenuere omnes *in d. cap. inter filiam vt teſtatur Roſental. in tract. de feud. cap. 7. concl. 48. num. 1. in gloſſ. A. Bald. Aluarott. Præpoſit. Andreas d. Iſern. in cap. 1. de controuerſ. inter maſcul. & fœmin. vbi gloſſ. 1. in fin. ita intelligendus eſt Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de teſtam. §. penult in fin. quem refert, & ſeq. Curt. iun. de feud. par. 3. principali membro primum, num. 23. Ant. Capyc. in inueſtit. feud. cap. feuda bonorum appellatione, col. 5. §. ex edicto, Hier. Garzon. in tract. de fœmin. ad feud. recipien. col. 25. uerſ. 26. reſtringitur, et dicit eſſe receptiſsimam ſententiam. Vulc. lib. 2 de feud. cap. 1. num. 24. uerſic. multo magis, &c. Schrader par. 7. cap. 4. nu fin. Alex. in l. noſtra, n. 30. Dec. conſ. 424. n. 11. & conſ. 498. nu. 4. & conſ. 588. nu. 10. Pariſ. conſ. 22. nu. 64. uol. 1. Albertus Brun. conſil. 1. circa primum, num. 4. Curt. qui communem dicit, conſ. 41. præſupponit, in facto nu. 5. & 16. et conſ. 107. nu. 14. circa controuerſiam ibi etiam pleniſsime, nu. 14. Roſental. qui ſupradictos recenſet d. concl 48. in gloſſ. A. Soc. iun. conſ. 75. nu. 26. uol. 1. Rol. à Vall. conſ. 1. nu. 65. vol. 1. et conſ. 48. num. 3. uol. 4. ubi communem teſtatur Menoch. de adipiſcen. remed. 4. nu. 375. ubi plures cumulat Senat. Pedemont. deciſ. 23. nu. 36. Riminald. iun. conſ. 69. num. 8. cum ſequen.*

9 Declaratur † prædicta ſententia, vt habeat locum non ſolum contradicente agnato, verum etiã domino directo licet enim, Doctores ſuperius enarrati de agnatis tantum contradicentibus loquantur de domino autem non agant, nihilominus eo etiam contradicente fœminam immittendam tenent omnes interpretes nullo excepto *in c. defuncto milite ſi de feud. defunct.* &c. vt teſtatur *Roſental. d. concluſio. 48. in gloſſ. B. Iacob. de Beluiſ. Bald. Iſern. Aluarott. Præpoſit. Afflict num. 2. in terminis, Lauden. Schrader. de feud. par. 7. cap. 1. num. 94. Pet. Rauen. ac Balearus, num. 12. Roſental. qui ſupradictos refert d. concl. 48. in gloſ. B.*

Probatur autem, tum quia omnes rationes ſupra allatæ eodem modo in domino directo concludunt præcipuè vero *tex. in c. 1. ſi de feud. fuer. controuer. ubi in §. inter filiam loquitur de agnatis* contradicentibus, in §. vero defuncto milite, loquitur domino directo contradicente, aperteq. ſtatuit ad fœminam poſſeſſionẽ pertinere.

10 Declaratur † ſecundò, ut habeat locum non ſolum in poſſeſsione ab initio obtinenda, ſed multo magis in adepta conſeruanda, & manutenenda, donec alio remedio in iudicio nimirum petitorio vincatur, ita feudiſtæ, *in d. c. inter filiam Aluarot. Pet. Rauen. Dec. conſ. 467. num. 2. melius conſil. 498. numero 4. Brun. dicto conſil. 1. numero quarto, et quinto, Curt. iun. dicto conſ. 41. num. 5. et ibi Iacob. Philip. Port. conſil. 1. num. 17. & ſeq. poſt DD. in l. noſtra vbi Alex. num. 30. & 31. Iaſon. num. 26. Curt. num. 41. Cacher. deciſ. 23. nu. 36. verſ. multoq. fortius Crau. conſ. 822. n. 3. & 6.*

Pariſ.

Pariſ. conſil.22. numero 65. volum.1. Roland.conſil.2. numero 28. volum.3. vult d. feud.libro 2.cap.1.numero 25. Curt.iun.conſil.41. num.10. Iaſon. conſil.172.col.2. Et ratio eſt, quia legis noſtræ remedium non ſolum datur pro poſſeſſione acquirenda, ſed etiam pro acquiſita iam ſine vitio conſeruanda, vt eſt recepta Doctorum ſententia *in l.noſtra, tradit Guidopap.q.219. et quæſt.132. num.4. et ſingulari 286. Gozad conſ.97. num.7. Socin.iun.conſ.97. num.47. lib.2. Bald.in l.1. nu.1. C.de Carbon edit. et ibidem Dec.num.4. idem Dec. poſt alios in l.noſtra num.44. Petr.Iacob. Aurelianus, in pract.aurea Rubr.151. num.6. Roſſental.d.cap.7. concluſ.48. in gloſſ. C.Menoch.de adipiſcend. remed.4. num.348.*

S V M M A R I V M

Articuli ſecundi.

11 *Agnati* / *Dominus directus* } *aſſerentes bona feudalia, & ſe in continenti probaturos offerentes, an ſint legitimi contradictores aduerſus filiam fœminam inſtitutam remiſsiuè habetur.*

12 *Oblatio de probando incontinenti, tantum operatur, quantum operaretur ſi ab initio de re probanda conſtaret.*

Dominus feudi, & agnati terminis æqualibus datis eodem modo ſunt contradictores aduerſus filiam fœminam in teſtamento inſtitutam.

13 *Joannis Andreæ dictum declaratur.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

11 *Quando † nullus poſsidet, agnati tamen vel dominus directus ſe opponunt aſſerentes bona eſſe feudalia, & offerentes ſe id in continenti probaturos.*

HVius Articuli determinatio pendet ab alio, quando certum eſt bona eſſe feudalia, & agnati non poſſident, ſuamque fundant intentionem in eo ſolum, quod conſtat bona eſſe feudalia, neque quicquam ſe probaturos offerunt, de quo in quæſtione ſequenti articulo primo, ſi enim excludetur fęmina eodem modo ex-
12 cluditur in caſu noſtro, † cum non minorem habeat vim oblatio de probando in continenti, quam ſi ab initio id apertè conſtaret. *Garzon. in ſuo tract. de fœmin. ad feud. recipiend. columna vigeſimaquinta, verſiculo vigeſimo ſexto reſtringitur, & Roſſental. de feud. capit.7. concluſione 52. numero quinto, & concluſione 51. in gloſſ. H ſi vero non excludetur, neque in ſpecie noſtra,* cum non maioris ponderis ſit offerre ſe ad probandum in futurum, quam rem ab initio probaſſe, *ad l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.iur.*
13 Animaduertendum † hoc loci *Beroum, conſil.45. numero 19. lib.3.* interponere
14 diſcrimen inter Agnatum, & dominum directum aſſerentem † dictum Ioan.Andreæ habere locum ſi controuertatur inter hæredem, & agnatum, non vero ſi agatur contra dominum directum, & conſtet feudum eſſe finitum, & ad dominum deuolutum ſentiunt tamen omnes, terminis æqualibus datis, idem in domino feudi aſſerendum, quod in Agnatis, *ita Aluarott, Prepoſit. Afflict. numero 1. Landenſis*

Schench. Petrus Rauen. *BalZan. in capit. de functo milite ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. Alciat. conſil. 3. numero 5. & 6. volum. 3. tom. 1. Albert. Brun. conſil. 1. numero 5. Roſſental. qui enarratos congerit, & ſequitur in tractat. de feud. capitulo 7. concluſione 48. numero 2. & in gloſſ. B. ad quod probandum optimus eſt text. in diſto capit. defuncto milite*, qui in domino directo loquitur, & filiæ hæredi tribuit immiſſionem non minus, ac agnatis contradicentibus in ſuperiori textu tributa fuiſſet; in quantum autem dicit Berous Ioan. Andreæ dictum non habere locum in domino, ſi conſtat feudum eſſe finitum, & ad dominum reuerſum, verum quidem eſt non tamen ſequitur diſcrimen inter agnatos, & dominum directum, nam in agnatis quoque ſi conſtet feudum eſſe maſculinum, & ideo fęminas incapaces, fęminæ non immittuntur, *c. primo* §. *et quia videmus vbi DD. de his qui feud. dare poſſ. Schradr. de feud. par. 7. cap. 4. num. 1. et nos ſuo loco dicemus.*

S V M M A R I V M

tertij Articuli.

15 *Dominus directus* } *Si ſe offerunt probaturos incontinenti, & bona eſſe feu-*
Agnati } *dalia, & talia ad quæ fœmina non ſit admittenda ſunt legitimi contradictores aduerſus filiam fęminam inſtitutam.*

A R T I C V L V S T E R T I V S.

Quando nullus poſſidet, Agnati tamen, vel dominus directus ſe offerunt probaturos incontinenti bona eſſe feudalia; & talia ad quæ fœmina admitti nequeat.

15 BReuiter † aſſerendum eſſe legitimos contradictores, & immiſſionem impedire, quod planè explicabitur infra *in quæſtione ſequen. artic.* 2. vbi videbimus ſi in confeſſo ſit bona eſſe feudalia, licet agnati non poſſideant, ſi tamen ſe offerant incontinenti probaturos ad fęminas ſpectare non poſſe immiſſionem omnino excludi, paria enim, ſunt quem ſe probaturum offerre bona eſſe feudalia incontinenti, vt in caſu noſtro, aut quod ab initio probaſſet, & in eo caſu faciunt dicta in corpore ſuperioris articuli.

S V M M A R I V M

Articuli quarti.

16 *Dominus directus* } *Non poſſidentes non ſunt legitimi contradictores aduer-*
Agnati } *ſus fęminam inſtitutam reſpectu bonorum Sitorum in territorio feudi, in quod fęminam non eſſe immittendam conſtat.*

AR-

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando agnati, vel dominus directus non poſſident, neque in vniuerſum in dubium reuocatur, an bona ſint feudalia; ſed, an ea quæ ſunt in territorio feudi in quod fœminam non eſſe immittendam iam conſtet, an in talibus bonis in dicto territorio ſitis ſint legitimi contradictores.

16 Breuiter † aſſerendum non eſſe contradictores, ſi enim retentis iiſdem terminis etiam ſi poſſideant agnati, nihilominus non ſunt legitimi contradictores, vt infra in ſequenti quæſtione art. 5. quanto minus eſſent ſi non poſſideant.

SVMMARIVM Articuli quinti.

17 *Immiſſio non eſt concedenda in ea bona in quibus certum eſt petentem immiſſionem ſuccedere non poſſe.*

18 *Leges nihil fruſtra faciunt.*

19 *Doli mali exceptio opponitur aduerſus petentem illud, quod ſtatim eſt reſtituturus.*

20 *Fœminæ regulariter à ſucceſſore rerum feudalium arcentur.*

21 *Res in dubio talis naturæ præſumitur qualem poſſeſſor aſſerit.*

22 *Poſſidentibus aſſerentibus bona eſſe feudalia, hæc talia præſumuntur niſi è contra aſſerens allodialia id probet.*

Declara in damnum poſſidentium, non verò in damnum aliorum, vt num. 31.

Declara ſecundo quando id non tunc poſſeſſor aſſerit, quando tunc cœpit poſſidere, & tunc in controuerſiam conditio bonorum vocatur, hoc enim caſu probare debet ſuos anteceſſores, vt feudalia poſſediſſe, vt numero 32.

23 *Agenti aduerſus poſſidentem probandi onus incumbit.*

Declara, vt eatenus probandi onus incumbat, quatenus fundat ſuam intentionem ſecus quatenus infirmat exceptionem, quæ non fuit probata, vt num. 33.

24 *Quod verum eſt ſi vaſſallus agat contra dominum ſi dominus contra vaſſallum, ſi alter eorum contra tertium.*

25 *Agnati poſſidentes / Dñm directum poſſidentem* { *Si aſſerāt bona eſſe feudalia, quamuis nihil probent aduerſus fœminam inſtitutā eſſe contradictores nulli tenent.*

26 *Contrarium tamen nu. 26.*

Limita quando fœmina concurrit in ſuo fratre, tunc enim excluditur à parte fratris, qui cum ea æqualiter concurrit, vel etiam excluditur à toto, quando feudum eius eſt conditionis, vt fœminæ non admittantur extantibus agnatis pari gradu, vt num. 34.

27 *Bona in dubio præſumuntur allodialia.*

28 *Res qualibet à principio erat libera.*

29 *Probanti ſibi incumbentia non eſt iuris auxilium denegandum.*

30 *Legis noſtræ beneficium, vt rectè intentetur*

*tentetur teſtamentum eſt oſtenden-
dum, & probanda defuncti poſſeſ-
ſio tempore mortis.*

36 *Feuda licet feminea, vt plurimum
eius ſint conditionis, vt fœminæ
non admittantur exiſtentib. marib.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando agnati poſsident, & ſimpliciter dicunt bona eſſe feudalia nihil ſe probaturos in continenti offerentes.

AFfirmatiua ſententia videtur amplectenda nempe legitimos eſſe contradicto-
res, & immiſſionem impedire.
17 Primo, quia † non eſt concedenda immiſſio in eà bona in quibus certum eſt pe-
18 tentem immiſſionem ſuccedere non poſſe, tum quia † leges nihil fruſtra faciunt,
§. *quibus prima conſtit. C.* cum alijs alibi deductis, ſuntque circuitus inutiles euitan-
19 di, tum quia † doli mali obſtat exceptio, certum eſt enim petentem immiſſionem in
talia bona illud petere, quod ſtatim eſt reſtituturus, quod ſine dolo malo fieri ne-
quit; ideo exceptione ſupradicta remouetur *l. 1 C. de doli mali except. cum vulgari-
bus.* At quando agnati poſſidentes aſſerunt bona eſſe feudalia femina petit bona,
quæ ſtatim reſtitutura eſſet ergo in illis ſuccedere non poteſt; Minor probatur, quia
20 certum eſt † feminam regulariter à ſucceſſione rerum feudalium arceri, *c. 1. § hoc au-
tem notandum, & ibi Doctores de his qui feud. dare poſſ. c. 1. §. filia verò, de ſucceſſ.
feud. c 1. in fin. de feud. Marſil. Pariſ. conſ. 20. nu. 18. lib. 1. cum innumeris allatis per
Srad. de feud. par. 7. c. 4. num. 1. & Menoch. conſ. 443. nu. 37. & fuit dictum à Rota in
vna Brixienſ. feudi 1. Iulÿ 1592. coram R. P. D. Pamphilio.* At quando bona ab
21 agnatis poſſidentur aſſerentibus eſſe feudalia † talia præſumuntur, quia res in du-
22 bio talis naturæ præſumitur qualem poſſeſſor aſſerit, † & ideo cum agnati poſſiden-
tes aſſerant bona eſſe feudalia, talia præſumuntur niſi qui dicit è contra allodialia
eſſe id probet, ita in terminis *Bellon. conſ. 10. nu. 8. Roland. conſ. 2. num. 113. vol. 1. in
terminis Intrigliol. de feud. q 43. nu. 37. Roſſental. de feud. c. 12. concl. 14. nu. 65. Me-
noch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 91. nu. 43.* qui inter præſumptiones, ex quibus cli-
cinnus rem eſſe feudalem enumerat confeſſionem poſſidentis, *Idem in conſil. 191.
nu. 57.* vbi multorum auctoritatibus confirmat; fœmina igitur à ſucceſſione talium
bonorum arcetur.
Secundo, quia non eſt locus huic beneficio, vbi aliqua altam indaginem requi-
23 rentia ſunt probanda, verum fœminæ eſſet probandum bona eſſe allodialia, † ſiqui-
dem agenti aduerſus alium poſſidentem incumbit onus probationis *ad l. qui accu-
ſare, C. de edend. cum vulgar. l. 1. §. ſi quis argentum, ff. depoſiti notat in l. Pomponius
ſcribit, ff. de negot. geſt. faciunt ad rem tradita à Bald. in c. 1. de vaſſallo, qui contra
24 conſtit. Lotharÿ benefic alien. ſub num. 2.* † ſtatuit enim ſi vaſſallus contra dominum
agat vaſſallum probare debere, Si dominus contra vaſſallum dominum, ſi alter cōtrū
contra tertium idem, Cum igitur fœmina agat vel aduerſus agnatum, vel aduer-
ſus dominum directum partes illius erunt probare rem eſſe allodialem, ideo ad iu-
dicium petitorium erit confugendum, & propterea ceſſabit immiſſio ex lege
noſtra.
25 Tertio, quia † ita tenet *Vulteus tit. 1. de feud. c. 9. nu. 60.* qui aſſerit agnatum in
poſſeſſionem, quam filia anteuertendo apprehendit, manutenendum eſſe, donec,
filia de iure ſuo plenius docuerit; hancque ſententiam melioribus rationibus ſub-
nexam, & à pluribus, atq; ſanioribus approbatam videri; Idem ante cum *Hartman.*

Piſtor.

Piſtor.q.34.num.37.lib.2.par.2. Idem videtur ſentire etiam *Menoch.de adipiſcend. remed.4.num.*380. vbi fratrem poſſidentem manutenendum aſſerit ſorore petente immiſſionem, quod ampliatur procedere in omnibus agnatis, ex mente *Decij in conſ.417.num.8. Gozad. conſ.50. num.26.* qui loquitur de omni agnato poſſidente aſſerens, *c.1. de feudis* habere locum quando nullus agnatus eſt in poſſeſſione, & ita eum tex. omnes feudiſtas intelligere affirmat alios allegat *Menoch.citato loco.*

26 In contrarium † eſt veritas, quæ probatur,

Primo, quia vbi bona præſumuntur allodialia nihil prohibet fœminam inſtitutam immitti, At quamuis bona poſſideantur ab aſſerente eſſe feudalia, nihilominus præſumuntur allodialia, ergo &c. Minor probatur ex tritiſſima regula,

27 † Bona in dubio præſumi potius allodialia, quàm feudalia, quam quidem omnes ſcribentes, tam legendo, quàm conſulendo ſequi teſtatur, *Bellon.conſ.10.nu.9.* optimaque probatur ratione.

28 Quia nimirum † à principio quælibet res erat libera vnde, qui vult dicere fuiſſe impoſitam ſeruitutem feudi probare debet, *l.altius, C.de ſeru. & aqua.* cum materia eandem regulam plenè firmauimus ſupra in eadem quæſtione, artic.1. in primo argumento.

29 Secundo, quia † probanti ſibi incumbentia, & recte ſuam intentionem fundanti non eſt negandum iuris auxilium *facit tex.in l.noſtra,* dum probanti teſtamentum, & poſſeſſionem defuncti tempore mortis immiſſionem concedit.

At fœmina etiam quando agnati poſſidentes aſſerunt bona eſſe feudalia probare poteſt ſibi incumbentia, & fundare ſuam intentionem pro obtinenda immiſſione
30 ex legis noſtræ beneficio, ergo &c. Minor † probatur, quia partes implorantis legis noſtræ beneficium ſunt oſtendere teſtamentum nō abolitum, & probare bona fuiſſe à teſtatore detenta, vt aperte ex tex. noſtro colligitur, traduntque abſque vlla cōtentione interpretes omnes, Idque tanquam manifeſtum ſupponit *Rota Romana in vna Areen.feud.27.Aprilis 1584. coram R.P.D.Bubalo* in illis verbis, Cum Dominus Thomas probauerit omnia requiſita ad effectum obtinendi in remedio, *l.fin, C.de edict.Diu.Adrian.toll.* nimirum teſtamentum, & poſſeſſionem patris, hæc autem ſupponenda ſunt probata, quando hic articulus perpendatur, ergo &c.

Tertio, quia ita tenuere *Iaſ.*quem videas *conſ.138.nu.1.verſ.non obſtat illud, & conſ.158.vol.4. Io.Andr.in addit.ad ſpeculat.tit.de teſtam. §.pen.col.fin.* dicens debere fœminam inſtitutam immitti in bona defuncti, etiam feudalia, ſequitur *Prapoſit.in d.c.1.§.inter filiam ſi de feud. fuer.controu. & Scheneb.ibi num.3.* intelligit .n. è veſtigio feudalia, quia cōſtituitur caſus in dubio, quando non conſtat de feudo, nam dubio pendente, filia habet præſumptionem pro ſe rem aſſerens non eſſe feudalem, quia interim allodialis præſumitur, & ſimpliciter in hoc caſu intelligendum eſſe *tex.in d.c.inter filiam tenet Iaſon ibid.num.1. ita & Iacob. de Beluiſ. & Afflict. ibid num.2. Aluarott.num.2. & Petrus Rauen.quos refert, & ſequi videtur* Roſental.*d.c.7.concluſ.49.in gloſ.6.*

31 Ad primum † cum tota vis argumenti in ea propoſitione poſita ſit bona feudalia præſumi ſi ea poſſidentes talia aſſerant, Reſp. primo hanc propoſitionem veram eſſe in damnum poſſidentium non vero abſolutè in damnum aliorum, & ita procedunt ſaltem tradita *à Menoch. lib.3.præſumpt.91.* quando dicit confeſſionem poſſidentis facere præſumptionem bona eſſe feudalia confeſſio enim confitenti nocet, *l. ſua mancipia ff.ad Velleian. Ruin.conſ.147.nu.3.lib.1.Seraph deciſ.487.nu.4.* nam creditur quatenus eſt contra illum non quatenus pro illo contra alium.

32 Secundo reſpondetur † rem feudalem præſumi ſi poſſeſſor id aſſerat quando non tunc aſſerit cum in controuerſiam à reo vocatur, & tunc cępit poſſidere; ſed cum antea, vel ipſe, vel illius anteceſſores poſſidentes id aſſerebant, & vt feudalem poſſidere profitebantur, tunc enim præſumitur feudalis; vnde ſi poſſidens probaret ad-

uerſus

confeſſum fuiſſe rem
uerſus Intentantem hoc remedium teſtatorem, dum poſſideret
eſſe feudalem vtique feudalis præſumeretur, ſecus quando ſumus in principio ne-
gotij, ita reſpondet rectè *Bellon. d. conſ. 10. num. 14.* quod maximè eſt aſſerendum,
quia alioqui nunquam daretur immiſſio fœminæ in bona, quorum poſſeſſionem
agnati obtinuiſſent; ſemper enim poſſent aſſerere rem eſſe feudalem, & ita deludere
fœminam hoc remedium iuſtè intentantem, quod eſt ridiculum, vt bene ſupradictę
rationi reſpondens conſiderauit *Rota Romana in d. Aſten. feudi 27. Aprilis* 1584.
coram Bubalo, ideo ſtatuit obiectionem procedere, ſi conſtaret de voluntate teſta-
toris, qui voluerit poſſidere huiuſmodi bona in feudum, & idem ante eam dixerat
Brun. conſ. 1. num. 3. in fin. quem *Rota* allegat, & confirmat.

Ad ſecundum facilis eſt reſponſio negandum enim fœminæ incumbere onus
33 probandi bona eſſe allodialia, † catenus. n. incumbit onus probandi actori quatenus
ſuam fundat intẽtionem, & ita procedit *tex. in d. l. qui accuſare, cum alijs deductis*,
ſecus quatenus ſpectat ad infirmãdam rei exceptionem; niſi ea exceptio fuiſſet pro-
bata, ad fundandam verò intentionem actoris ſufficit productio teſtamenti non
cancellati, & probatio poſſeſſionis, ſeu detentionis, a defuncto factæ iuxta legis no-
ſtræ diſpoſitionem, & paulo latius in ſequenti articulo in reſponſione ad tertium,
Secundo reſpondend. actori incumbere onus probandi quando non habet pręſum-
ptionem pro ſe iuris enim præſumptio eſt liquidiſſima probatio, *l. licet Imperator,*
vbi latè Alex. & Iaſon, ff. de leg. 1. gloſſ. in l. ſi tutor petitus, C. de periculo tutoris, latè
Alciat. in tract. præſumptionum, parte 3. num. 2. Surd. deciſ. 170. num. 8. At fœmi-
na habet præſumptionem pro ſe, bona nimirum eſſe allodialia, vt ſupra probatur
num. 27. & 28.

Ad tertium reſpondendum, vel enumeratos auctores in erronea eſſe ſententia, vel
intelligendas, quando conſtat bona eſſe feudalia, aut aghati ſe incontinenti id pro-
baturos aſſerunt, vt rectè aduertit *Roſental. de feud. c. 7. concl. 53. num. 1. Menoch. de*
adipiſcend. remed. 4. nu. 381. quomodo tamen id intelligendum ſeparatim in pro-
prio articulo attingemus.

Limitat † hanc ſententiam *Menoch. d. remed. 4. nu.* 380. *&* *Brun. conſ. 63. num. 3.*
34 quando fœmina cum fratre ſuo contendit; eam enim immittendam negant, quæ
tamen limitatio, vel cum moderamine eſt intelligenda, vt non ſit in totum immit-
tenda, fratre prorſus excluſo, ſed cum illo, cum enim in pari ſint gradu par debet eſ-
ſe eorum conditio, vel tunc cum feudum eſt eius conditionis, vt fœminæ non ad-
mittantur ex ſtantibus agnatis in pari gradu, † quod vt plurimum contingit cum
36 feuda licet fœminea non ſemper ad fœminas perueniant, ſed ſolum maribus ceſſan
tibus, qui iure feudorum, etiam in fœminis præferuntur, *c. 1. vbi Afflict. de benef.*
fam. Scrader. de feud. parte 7. cap. 4. num. 60. qua de re conſulantur feudiſtæ, ipſe
enim hæc ab illis petenda relinquo, quod de fratre dictum de ijs quoque agnatis
aſſerendum videtur, in quibus regulæ feudorum ſtatuunt, vt etiam in fœmineis,
fœminis excluſis immittantur, *d. c. 1. de feud. fam.* & ita intelligenda eſt eorum opi-
nio, qui vniuerſaliter agnatis poſſidentibus fœminam inſtitutam immittendam
negant.

S V M M A R I V M
Articuli ſexti.

37 *Agnati quando poſſident, & offerunt ſe in continenti probaturos bona eſſe feuda-*
lia legitimi ſunt contradictores aduerſus fœminam inſtitutam, licet non offe-
rant ſe incontinenti probaturos eſſe talia ad quæ fœmina admitti nequeat.

ARTI-

ARTICVLVS SEXTVS.

Quando agnati poſſident, & ſe offerunt incontinenti probaturos bona eſſe feudalia ſimpliciter, non verò abſolute talia, ad quæ fœmina admitti nequeat.

37 Affirmatiua † ſententia eſt tenenda in hoc articulo non minus, ac in quæſtione ſequenti articulo tertio, vbi dubitatur an fœmina ſit immittenda quando conſtat bona eſſe feudalia, & agnati poſſident, æquipollent enim hæc duo, & quod ab initio, conſtet bona eſſe feudalia, & quod agnati ſe id incontinenti probaturos profiteantur, vt eleganter tradit *GarZon. in ſuo tractatu de fam. ad feud. recipiend. vol. 25. artic. 26. reſtringitur Roſental. de feud. c. 7. concluſ. 51. in gloſſ. H. & concluſ. 52. num. 5. GoZad. conſil. 7. num. 20. & plures ab eod. Roſental. cumulati dict. cap. 70. concluſ. 52. in gloſſ. D.*

S V M M A R I V M
ſeptimi Articuli.

38 *Agnati* / *Dominus directus* { *quando poſſident, & offerunt ſe incontinenti probaturos, tum bona eſſe feudalia, tum talia ad quæ fœmina admitti nequeat legitimi ſunt contradictores aduerſus filiam inſtitutam.*
39 *Oblatio futuræ probationis incontinenti idem operatur, quod veritas ab initio patens.*

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Quando agnati, vel dominus directus poſſident, & offerunt ſe probaturos bona eſſe feudalia, & talia quorum fœmina ſit incapax.

38 Breuiter † determinandum legitimos eſſe contradictores, nam quando con-
ſtat bona eſſe feudalia, & agnati vlterius ſe probaturos offerunt, fœminam in-
capacem, immiſſionem impediunt, vt in quæſtione ſequenti, art. 4. Idem eſt dicen-
dum quando agnati offerunt ſe probaturos bona eſſe feudalia, & propterea non
39 ſpectare ad fœminas cum idem operetur † oblatio futuræ probationis incontinen-
ti, ac veritas ab initio per ſe patens, vt diximus in ſuperiori articulo, & fuit dictum
in *Rota in vna Signina bonorum feudalium 22. Iunij 1615. coram R. P. D. Andrea,*
tanto magis, quia ſi quando ſolum ſunt probaturi bona eſſe feudalia, & nihil vlte-
tius, ſi poſſident immiſſionem impediunt, vt in ſuperiore articulo, & quæſtione ſe-
quenti articulo tertio quanto magis idem erit dicendum quando non ſolum ſunt
probaturi bona eſſe feudalia, ſed eiuſmodi ad quæ fœmina non admittatur.

SVMMARIVM
Articuli octaui.

40 *Fœmina, quæ in bonis feudalibus alioqui admitteretur eo conſilio vt iudicio petitorio, poſtea diſcuterentur iura agnatorum, vel domini directi ſecundum multos non eſt immittenda, quando bona feudalia ſunt caſtra munita, arces, fortalitia difficilis recuperationis.*

Contrarium verius ſecundum Auctorem, num. 45.

Prima tamen ſententia quatenus vera, eſt limitanda quando facile eſt, vt per dominum directum cogantur poſſeſſores caſtra reſtituere, num. 53.

41 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*

42 *Fallit ex communi ſententia, quando ex reſtitutione irreparabile damnum ſequatur.*

Declara hanc limitationem, vt infra num. 50.

43 *Exemplum ponitur in caſtro munito.*

44 *Iudici reſiſtere licet, quando ſequitur irreparabile damnum.*

Declara, vt infra num 52.

46 *Incertum non debet certo nocere.*

47 *Caput primum, §. inter filiam, & §. defuncto milite ſi de feud. fuer. contro. inter agnat. & domin. Ponderatur.*

48 *Ius ſuum non eſt vni auferendum, ne alter incommodum ſuſtineat.*

49 *Fiat ius, & pereat mundus.*

51 *Spoliatus quamuis præſumatur bonum ius fouere in petitorio cogitur ad reſtituendum in pœnam delicti, & ita talis reſtitutio eſt fundata odio ſpoliantis.*

ARTICVLVS OCTAVVS.

Quando ſumus in aliquo ſuperiorum articulorum in quibus non eſſe contradictores ſtatuebamus verum bona feudalia ſunt caſtra munita, arces fortalitia difficilis recuperationis in quibus ſi fœmina in poſſeſſorio immiſſa forte in petitorio ſuccumberet ſequeretur damnum irreparabile.

Videtur dicendum legitimos eſſe contradictores, atque impedire immiſſionem in poſſeſſionem ita, vt prius cognoſcendum de cauſa proprietatis.

40 Probatur autem primo, † quia ita tenuit *Caſtrenſ. in l. 2. ſupra hac titulo, & in l. ſi de vi, ff de iudicijs, & poſt Iacobin. de S. Georgio Alexander in l. naturaliter, §. nihil commune, col. 16. ff. de acq. poſſ. Butrius c. ex parte de reſtit. ſpoliat. Rol. a Valle conſ. 1. num. 32. lib. 1. Gozad. conſ. 7. num. 11. & 20. Rubeus conſ. 23. num. 17.* Riminaldus *ſenior conſ. 21. num. 28. Menoch. d. remed 4. nu. 383.* Ro*ſental. de feud. cap. 7. concl. 53. num. 3.* R*iminald. iunior conſ. 69. num. 3.*

41 Secundo † à ſimili ſpoliati, in quo quamuis certa ſit regula ante omnia reſtituendum. *l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iuliam de vi, l. ſi colont, C. de agricol. & cenſit. l. ſi quis emptionis §. ſed hæc ſuper illis, C. de præſcript. 30. vel 40. ann c. nullus 2. q. 2. c in litteris, c. conquerente extra de reſtit. ſpoliat.* Rip. *in l naturaliter, §. nihil commune num. 47. & ibidem* R*ubeus num. 142. ff de acq. poſſ. Menoch. de recuperand. rem. 1. num. 12.* ſi nihilominus † ex reſtitutione irreparabile damnum ſequi poſſet non eſſe

42 reſtituendum communis eſt omnium ſententia teſte *Menoch. in tract. recuperand.*

remedio

remed.1.num.279.ita DD.in d.c. litteris, ext.de reſtit.ſpol.in l.naturaliter, §. nihil
commune.ff.de acq.poſſ. Iacob. Nouell.in praxi crim. in tit. ſpoliatus de facto, nu.49.
43 & 50. & ante omnes fuit ſententia Caſtrenſ. in l. 2. ſupra hoc titulo in fin. vnde † ſi
quis aliquo forti caſtro, vel oppido ſpoliatus eſt, non ante omnia reſtituitur, quia ſi
contingat contra eum ferri ſententiam in petitorio non ſine maximo diſcrimine,
ac detrimento poterit effectum conſequi ita Caſtrenſ. & Alex. in d.§. nihil commu-
ne, nu.21. Bolognet.nu.30. Rip nu.75.Claud.de Seyſſello, col.3.verſ. item circa 5.fal-
lentiam, & Tarſius nu.6. Iaſ.conſil.60.num.12.lib.1. & conſil.38.nu 2. lib.3. Ruinæ
conſil.37.nu.1.& 3.conſil.42.nu.10.lib.4.Gozad.conſil.1.nu.12, conſil.7.nu.6.conſ.9.
nu.69.conſil.10.nu.10. Lanfranc, Ortan.in rubr de cauſ.poſſeſſ.& propriet.col.7.ver-
ſic decima limitatio. Iacob.de S.Georgio, l.ſi de vi, nu.17.verſic.6.fallit, de indicijs,
Afflict.in comment. ad conſtit. Neapol.lib.1. Rubr.24.de violentijs circa poſſeſſiones,
nu.58.verſic.7.eſt caſus, Roland.à Valle, conſil.1.nu.79.vol.1.& latius ibi, num.32.
Rub.conſil.13.nu.17.& in d.§.nihil commune, nu.148. Pariſ.conſil.1.nu.177.conſil.
30.nu.85.conſil.22.nu.100.lib.1. Nenizanus inter conſilia Bru. conſil. 12. num.54.
Franc.de Marc.queſt.316 num.11.Boer.deciſ.218.col.antepenult.

44 Probatur tertio, quia † quando ſequitur irreparabile damnum licet Iudici ipſi re-
ſtere, c.non debet 11.q.3.c.non inferenda 23.q.1.Bart.in l.ſi altius, §.belliſsime in fi-
ne, quod vi, aut clam, Menoch.de recuper.rem. 1.nu.282.verſic.quare ad rem, Felin.
in c.ſi quando in fin.& c.literis, ext.de off.delegati, quem citat Rip.d.§.nihil commu-
ne, nu.75.in fin. Dec.in l.vt vim, nu.75.ff.de iuſt.& iur. Iaſ. conſil.20 col.2.in princ.
lib.3. Rip in tract. Peſtis de remed.ad conſeru.vber.nu.288. Boer.q.218.nu.3. Pote-
rit ergo in ſpecie noſtra agnatus Iudici immittenti fœminam reſtitere, quod ſi hoc,
multo eſt equius, vt ſit coram Iudice legitimus contradictor.

45 In contrarium † eſt veritas, vt opinor quam tenuere Contard. in l.vnica, limita-
tione 1.num.80.C.de moment.poſſeſsione, qui fatetur priorem ſententiam communi-
ter amplecti, ipſe tamen ab ea recedit Antonius Cucchus in tractat. de mentient.
circa poſſeſsionem à num. 340. vſque ad 356. qui contrariam ſententiam nec lege,
nec ratione probari affirmat, his accedunt Aret.Claud.de Seyſſello, Herman.Detius
relati infra num. 51. probatur autem.

46 Primo, quia † incertum non debet certo nocere; certum eſt profecto quantum ad
præſentem iuſtitiam fœminam eſſe immittendam cum ex iuris præſumptione do-
minium ad eam ſpectet, ſi vera eſt, ea præſumptio quam ſupra attulimus omnia bo-
na præſumi allodialia, & ab omni ſeruitute immunia, l. altius de ſeruit. & aqua,
incertum vero, an forte futurum ſit, vt aduerſarius probet talia bona eſſe feu-
dalia, hoc igitur incertum iuſtitiæ ſecundum præſentem ſtatum certæ præiudica-
re non debet.

47 Secundo, quia tex.in dicto §. inter fœminam, & §. defuncto milite, titulo ſi de
feud. fuer.controuer.inter domin. & agnat. loquuntur indiſtinctè, voluntque ſem-
per ad filiam poſſeſſionem pertinere donec probauerit aduerſarius rem eſſe feu-
dalem.

Tertio, quia vtcumque munitiſſimæ ſint arces, de quibus controuertitur nunquã
damnum abſolute eſt ſimpliciter irreparabile dari poſſe videtur, nulla enim arx
adeo munita reperiri poteſt, quæ non aliquando expugnari poſſit; etſi dicatur ma-
48 gno ſaltem labore, & periculo eſſe opus, reſpondendum † non eſſe alicui ius ſuum
auferendum, ne ſequatur, vt alter incommodum ſuſtineat ad l. id quod noſtrum,
ff. de reg. iur. vnde factum, vt reſcriptum Principis nunquam trahatur ad auferen-
dum ius alteri quæſitum, l.impuberum, ff.de adminiſtr.tut.l.2.§.merito, ff. ne quid
in loco publico, Salic.& Aret. in l.non plures, C.de ſacroſ.Eccleſ. quinimo vulgatiſſi-
49 mum eſt illud, † fiat ius, & pereat mundus, præterquam quod non eſt præſumendum
fœminam contra ius, & iuſtitiam arcem defenſuram quando cauſa cognita appare-

bit feudalis,& ideo non dicitur damnum irreparabile licet,illa immittatur,quia per ſententiam in petitorio reparabile eſt, quod ſi contingat ob contumaciā poſſidentis non poſſe reparari id eſt per accidens,quod rei eſſentiā nō mutat, *l.naturaliter, §.Apium, vbi Bart.ff.de acq.rer.domin.* nec attenditur nempe ſuppoſita malitia, & contumacia poſſidentis, quæ non eſt præſumenda, *l.merito, ff.pro ſocio.*

Non obſtant in contrarium allata, nam ad primum reſpondetur Authores contrariam ſententiam tenentes,falſis rationibus, motos, quas nihil facere ex ſequentibus reſponſionibus apparebit.

50 Ad ſecundum reſpondetur † non ſine aliqua difficultate procedere communem illam ſententiam,vt ſpoliatus non ſit reſtituendus, quando controuerſia eſt de fortalitijs difficilis recuperationis, ſunt enim grauiſſimi Authores, qui ab hac ſententia diſſentiunt,qui eam nullius iuris auctoritate munitam animaduertunt, *vt Aret. in dict.§.nihil commune,& ibi Claud.de Seiſſell. quos ſequutus eſt Herman. Dettus nu.40.vt refert Menoch.in tract.recuperand. remed.1.num.281.& 282.in fin.* Alij vero veram ſolummodo tunc eſſe rati ſunt quando ſpoliator antequam ſpoliauerit via iudiciaria fuerit vſus, non tamen Iudex voluerit iuſtitiam adminiſtrare, ita *Faber in d.§.nihil commune, num.52.* verum in tali ſpecie non euitat ſpoliator neceſſitatem reſtituendi ſimpliciter ob eam rationem, quia ſequatur damnum irreparabile,verum quia licuit tunc propria auctoritate poſſeſſionem inuadere,& ſibi ius dicere cum Iudicis auctoritate ius ſuum non conſequeretur, *l.2.C.quand.liceat vnicuique ſine Iudic.ſe vendic. Dec.late in l.qui iuriſdictioni,nu.12.ff.de iuriſd.omn. Iudic. pluribus Menoch.in tract.recuperand.remed.1.nu.282.& 283.* Iuſte ergo poſſidens non eſt cogendus ad reſtituendum,quando ſequitur damnum de quo ſupra non tamen hinc ſequitur, vt licet huiuſmodi damnum immineat, non ſit poſſeſſio ei tribuenda, cui de iure debetur, tantoque facilius videtur à dicta communi ſententia recedendum,quando iura,quibus vtuntur interpretes ad eam confirmandam non prorſus ad rem faciunt, loquuntur enim in damno prorſus, omnino, & ſimpliciter irreparabili; nam *tex.in l.2.ff.de appell. recip.* quo habetur ab interlocutoria appellari poſſe contra regulam, *l.2.C.quorum appell.* non recipiatur locum habet in ſententia interlocutoria quæſtionis fiendæ,& ſic torturæ, quæ infert damnum ſimpliciter irreparabile cum nunquam fieri poſſit, vt tortus non ſit tortus, & ſic vexatus,& male habitus tex.quoque *in c.litteras de reſtit.ſpoliat.* procedit in damno abſolute irreparabili,& quidem grauiſſimo nimirum peccato lhetali, cuius licet abſolutionem conſequi poſſimus, & ſic videatur reparabile non tamen vnquam fieri poteſt, quauis potentia ſumma, vt peccatum non fuerit commiſſum, perinde ac nunquam fieri poteſt, vt corrupta non fuerit corrupta, & ideo ſit Virgo, cum facta nullo modo poſſint reddi infecta *ad l.in bello, §.facta, ff.de capt.& poſt lim.reuerſ.*

Quod ſi forte admittamus in ſpoliatore veram eſſe communem ſententiam, eſt tamen adhuc differentia inter ſpoliatum,& fœminam noſtram, ille eſt reſtituendus non quia præſumatur ius habere in petitorio,nam,& prædo eſt reſtituendus, quem
51 certum eſt in petitorio nullum ius habere;† ſed in pœnam ſpoliantis,quia ei non licet ſibi ius dicere, *Coraſ.lib.2.miſcell.ff.iur.c.2.nu.20.* ideo reſtitutio ſpoliati in ſpoliantis odio dicitur fundata, ad tradita per *Menoch.de recuperand.poſſeſſ.remed.1.num.14.* Immiſſio autem noſtra in præſumpto iure filiæ; Quamobrem cum odia ſint reſtringenda,& pœnæ moderandæ, *c.odia, de reg.iur.in 6. Bart.in l.1.in fin.ff.qui pet.tutor. Socin.iun.conſ.16.num.34.vol.2. Surd.deciſ.48.num.13.* plus æquo grauior eſſet pœna inferenda ſpolianti, ſi cogeretur reſtituere quando ſequitur irreparabile damnum, non eſt mirum ſi non cogatur reſtituere, ſecus in ſpecie noſtra, in qua non in pœnam aduerſarij immittitur fœmina, ſed ob ſuum ius, quod non deficit, etiam ſi damnum ſequatur irreparabile.

Ad

52 Ad tertium patet reſponſio ex iam dictis, † procedit enim, ſi damnum per ſe, & ſimpliciter ſit irreparabile, ſecus ſi per accidēs, & ſecundum quid, vt in caſu noſtro, Secundo licet Iudici reſiſtere inferenti damnum irreparabile, ſi præter, aut contra iuris diſpoſitionem illud inferrat, & ita directè, ſecus ſi ita iure diſponente, & oblique, & in conſequentiam, vt in caſu noſtro, vbi fœminam immittit Iudex lege ſic diſponente, vt in rationibus affirmatiuæ ſententiæ firmatur, & damnum per accidens infert, nempe fœminam includendo, & per conſequens illum excludendo cum incluſio vnius ſit excluſio alterius, *c. nonne de præſumpt. l. cum prætor in princ ff. de iudic. l. Tribunus, §. fin. ff. de teſtam. milit.* non vero eum primario excludit, ſed ei iura ſua reſeruat talia, qualia in petitorio diſcutienda.

53 Quatenus † autem ob auctoritatem communis opinionis numerum authorū ſequentes affirmatiuam ſententiam amplectamur nimirum immiſſionem impediendā ob difficilem recuperationē; ea ēſt limitanda primo, qn̄ facile eſt vt per dn̄ium directum cogantur poſſeſſores caſtra reſtituere; *ita Claud. Aquenſ. in d. §. nihil cõe, col. 3. & Herman. Deſius nu. 12. Rol. à Val. conſ. 1. nu. 77. vol. 1. Rim. iun. d. conſ. 69. nu. 23.*

Limitatur ſecūdo ex nonnullorum ſententia, quando ambæ partes nempe actor, & reus ſunt ſub dominio Imperatoris, vel ſub vnico alio Principe, tunc. n. hæredi nō videtur deneganda immiſſio in fortalitia, & caſtra munita, ſi in non munitis concedenda fuiſſet, & hoc fuit originale dictum *Angeli in l. 2. in fin ff. qui ſatiſd. cog. ſequitur Iacob. de S. Georgio in l. ſi de vi. ff. de iudic. Gozad. conſ. 7. num. 22. Gabriel. commun. opin. lib. 5. de reſtit. ſpoliat. concl. 1. num. 13. Menoch. de recup. remed. 1. nu. 314. Collegium Papienſ. reſp. 3. in cauſa Finarienſ. nu. 28. Achil. Perſonal. in tract. de adipiſc. num. 107. Antonius Cucchus in tract. de mentiente circa poſſeſſ. num. 356.*

Hanc tamen limitationem communiter reprobatā tradit *Burſat. conſ. 129. nu. 6. ex auctoritate Alex. in d. l. 2. ff. qui ſatiſd. cog. Cacheran. deciſ. Pedemont. 26. num. 6. Menoch. d. remed. 1. num. 285.* Videtur tamen ſaltem vera quando non eſſet veriſimile partem habentem plurima bona ſub territorio d. Principis velle in caſu ſuccumbentiæ caſtrum quantumuis munitum contra domini ſui voluntatem retinere, *vt Grat. conſ. 10. num. 28. & ſeqq. vol. 1. Gabriel. d. concluſ. num. 140.*

Eſt tamen omnino ab ea recedendum, quando caſtrum eſſet difficilis recuperationis reſpectu eiuſdemmet Principis, & Domini, quia non poſſet ab eo fieri recuperatio abſque maxima impenſa, & incommodo, ita *Iaſon. conſil. 38. vol. 3. Socin. conſil. 87. num. 34. vol. 3. Boer. deciſ. 238. num. 5. col. fin. Anton. Gabriel. d. lib. 5. de reſtit. ſpol. concluſ. 1. num. 139. Cacheran. d. deciſ. 26. ſub num. 6. Burſ. d. conſ. 129. nu. 61.*

DECIMANONA QVAESTIO.

AN dominus directus, vel agnati legitimi ſint contradictores, filia fœmina hærede inſtituta quando conſtat bona eſſe feudalia, vel quia id notorium, vel fœmina id fateatur, vel ex inueſtitura manifeſtè id appareat, & nihilominus fœmina immiſſionem prætendat, aſſerens, nihil ei obſtare quamuis bona ſint feudalia, continet autem articulos ſex.

Primus, Quando agnati non poſſident, & ſuam fundantes intentionem in eo ſolum, quod conſtat bona eſſe feudalia nihil vlterius ſe incontinenti probaturos offerunt.

Secundus, Quando agnati non poſſident, & non ſolum ſuam fundant intentionem in eo, quod bona ſint feudalia, verum vlterius ſe probaturos offerunt, ad fœminam pertinere non poſſe.

Tertius, Quando poſſident, & ſuam fundantes intentionem in eo ſolum, quod bona feudalia, nihil ſe incontinēti probaturos offerunt, quod fœminarum ſit excluſiuū.

Quartus, Quando poſſident, & non ſolum ſuam fundant intentionem in eo, quod

planum eſt bona eſſe feudalia, verum etiam ſe incontinenti probaturos offerunt ad fœminam ſpectare non poſſe, vel ex forma inueſtituræ; vel ex alia cauſa.

Quintus articulus quando conſtat aliqua caſtra eſſe feudalia, & talia, in quę fęmina non ſit immittenda, in territorio tamen horũ caſtrorum prædia reperiuntur, quæ fuerunt à defuncto poſſeſſa in quæ tamquam allodialia vellet fœmina immitti, contradicant verò agnati, aut dominus directus aſſerentes eſſe feudalia, eiuſdemque conditionis, cuius prædicta caſtra.

Sextus, Quando conſtat eſſe feudum, non tamen concurrunt eæ circonſtantiæ, per quas ſi eſſet feudum ſeculare fœmina impediretur, quominus beneficio vteretur legis noſtræ, verum feudum eſt Eccleſiaſticum.

SVMMARIVM
Articuli primi.

1 *Fœminæ ex qualitate feudi ad feudum admittuntur, tale autem eſt feudum fœmineum.*

2 *Feudum à fœmina emptum eſt fœmineum, atq; in eo fœminæ ſuccedunt, licet ſpeciali pacto cautum non fuerit, vt fœminæ non ſuccedant.*

3 *Feudum nullum perſonale ſeruitium requirens, quod per fœminas preſtari non poſſit fœmineum eſt.*

4 *Fœminæ non extantibus maſculis ex conſuetudine in Regno vtriuſque Siciliæ ad feuda admittuntur.*

5 *Item in feudis Galliæ.*

6 *Item in Delfinatu vbi feuda ſunt ad inſtar allodialiũ in Sabaudia quoque, & Monferrato ibidem.*

7 *Doctori de conſuetudine atteſtanti non eſt in iudicio abſolutè credendũ cũ deponat tãquã teſtis nõ iuratus.*

8 *Maximè quando atteſtatur de conſuetudine loci in quo ipſe nõ verſat.*

9 *Illius tamen dicta ſatis coadiuuant probationem conſuetudinis.*

19 *Fœminæ ex forma inueſtituræ, non raro ad feuda admittuntur, vel tacitè, vel expreſſè.*

11 *Fęmina in feudo ſuccedit ſi in inueſtitura pacto fuerit expreſſum, vt ſuccedant.*

12 *Fœmina in feudo admittitur ſi alienandi poteſtas fuerit data inueſtitura, & facultas faciendi quicquid collibuerit.*

13 *Clauſula pro ſe filijs, & nepotibus, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus, & ſucceſſorib. in perpetuum fœminas ad feuda includit.*

14 *Fœminæ veniunt appellatione filiorum, & nepotum.*

15 *Dictio in perpetuum facit, vt feudũ tranſmittatur ad fœminas in caſu; in quo alioqui ſuccedere non poſſent.*

16 *Clauſula coniungens hæc tria pro hæredibus, & ſucceſſoribus, et in perpetuum fœminas abſque omni dubio ad feuda includit.*

17 *Fœminæ ex priuilegio aliquando ad feuda admittuntur.*

18 *Doli mali exceptio habet locum in iudicijs poſſeſſorijs adipiſcendæ.*

Feudum præſumitur maſculinum, & ideo fœmina excluditur donec contrarium probet.

19 *Talis tamen præſumptio de facili eliditur, cum regula, vt fœminæ ad feuda non admittantur plurimas patiatur exceptiones; ideo talis præſumptio non induit onus probandi contrariũ in aduerſariũ, ſed ſolũmodo reddẽdi rẽ dubiã, vt infra n. 57.*

20 *Præſumptio inducit onus probandi in contrarium.*

21 *Præſumptionem, qui pro ſe habet dicitur*

citur intentionem habere fundatã.

22 *Præſumptum eo ipſo dicitur probatum, quod non probatur contrariũ.*

23 *Legis noſtræ beneficium habet locum in ſola ſucceſſione teſtamentaria.*

Competit tamẽ etiam pro illis rebus, de quibus non poterat defunctus teſtari, vt num. 58.

24 *Venientibus ab inteſtato non competit remedium legis noſtræ.*

25 *Teſtandi ius non pertinet ad feudalia de quibus nemo teſtari poteſt, aut inſtituendo, aut legando, aut fidei committendo.*

26 *Feuda etiam fœminea maſculis extantibus nõ ſolẽt ad fœminas pertinere.*

27 *Fœminę in Regno Siciliæ non ſimpliciter in feudis ſuccedunt, ſed maſculis non extantibus.*

28 *Fœminæ in Regnis, Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus, & Baronijs non ſuccedunt niſi maſculo eiuſdem gradus deficiente.*

Si tamen allegent quid, quod poßit reddere dubium Iudicẽ, an talia feuda ſint fœminea non eſt à legis noſtrę beneficio excludẽda, vt infra n. 59.

29 *Exceptiones de proprietate, quæ vel notoriè apparent, vel incontinenti probari poſſunt in remedijs poſſeſſorijs adipiſcendæ.*

30 *Remediũ legis noſtræ eſt adipiſcẽda.*

31 *Caput 1. §. inter filiam, & §. defuncto milite non habet locum vbi ceſſat præſumptio bona eſſe allodialia.*

Contrariũ videtur verius, vt n. 60.

32 *Titulum habens ſi ab initio cõpareat nullo poßidẽte impedit immißionẽ.*

33 *Poſſeßio, quæ petitur vigore inueſtituræ eſt magis priuilegiata, quã ea quę petitur ex legis noſtrę remedio.*

Declara quando talis inueſtitura non redditur dubia ab eis, quę in cõtrariũ allegãtur à prætendente immißionẽ vigore teſtamenti, vt nu. 61.

34 *Inueſtitura oſtenſa, vaſſallus oſtendẽs eſt immittẽdus nõ minus, ac immittitũ hæres ex legis nr̃æ remedio.*

35 *Agnatos / Dominum directum } non poßidẽtes, & ſuam fundantes intentionem in eo, quod bona eſſe feudalia conſtat non eſſe legitimos contradictores aduerſus fœminã inſtitutã ſi nihil incontinenti ſe probaturos offerant qui arbitrẽtur.*

Contrariũ verò tenẽtes infra nu. 54.

Conciliantur autem horum opiniones, vt ſi aliquæ vigeant rationes ſuadẽtes fœminam poſſe eſſe capacem, ita vt ſaltem reddatur dubius Iudex, & agnati non ſint cõtradictores; ſi verò nulla vigeat rõ id perſuadens ſint legitimi cõtradictores, vt n. 55.

Hæc diſtinctio ex quibus DD. & quomodo eliciatur, num. 56.

36 *Agnatus nõ poßidẽs quãuis feudum prætẽdat nõ eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem inſtitutum.*

Fallit, ſi per modum actionis agat petens poſſeßionem vigore inueſtituræ, neque prætendens vi teſtamenti probabili, aliqua ratione reddit dubium eius inueſtituram, vt nu. 62.

Fallit ſecundo ſi tanquam titulum habens nullo adhuc poßidente ab initio aduerſus immiſſionem contendat, vt colligitur ex num. 63.

37 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habet.*

38 *Poſſeßio defuncti nõ trãſit in hęredẽ.*

39 *Ad eum tamen ſpectat, & fingitur in eum continuata.*

40 *Nec debet illa priuari antequam declaratum ſit rem ad eum non pertinere.*

Hac tamen declaratione non eſt opus quando ab initio præſumptione inconcuſſè apparet de eius bono iure, & non iure hæredis, vt num. 64.

42 *Remedia poſſeſſoria complectuntur omnia, quæ nuda detentione ad defunctum ſpectabant.*

Sexto fallit ſi ab initio ſit manifeſtum ad quem talia bona pertineãt, & ille immißioni contradicat, vt num. 65.

43 *Etiam de quibus non potuit defunctus teſtari.*

44 *Agnati non habent ſuam intentionem fundatam aduerſus fœminam hæredem in bonis feudalibus inſtitutam niſi probauerint ſe eſſe proximiores.*

45 *Item niſi probauerint ſe inueſtitura comprehenſos.*

46 *Seruitus minor in dubio eſt præſumenda.*

Declara, vt num. 66.

47 *Fœmina non ſolum immittitur quando aſſerit allodium, ſed etiam quando aſſerit libellarium.*

48 *Fœmina regulariter non admittitur in libellarijs.*

49 *Feminæ in poſſeſſorijs ad bona, etiam feudalia admittuntur quando poteſt dari caſus in quo ſemina poßit reperiri capax.*

50 *Seruari rem cuius intereſt in ea conditione ponendus, vt rem ſaluam reddere poßit, & ſuo periculo conſulere.*

51 *Actio furti datur creditori pignore ſurrepto, & fulloni repolliendα ſurrepta, & ſarcinatori reſarcinanda ſubtracta.*

52 *Vaſſallus ad rei feudalis cuſtodiam tenetur.*

53 *Hæres teſtamentarius in omnem defuncti obligationem ſuccedit.*

54 *Hæredis partes ſunt bona feudalia, quæ à defuncto poſſidebantur domino directo, vel agnato præſtare.*

Declara, vt num. 67.

54 *Bona etiã feudalia in iudicio petitionis hæreditatis veniũt reſtituenda.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando agnati non poßident, & ſuam fundant intentionem in eo ſolum, quod bona eſſe feudalia conſtat, & ideo nihil ſe in continenti probaturos offerunt.

PRæſciendum pro faciliori dilucidatione articulorum, qui ſub hac quæſtione ponuntur non raro contingere poſſe, vt fœminæ, vel ex qualitate feudi, vel ex cõſuetudine, aut ſtatutis locorum, vel ex forma inueſtituræ, vel ex peculiari priuilegio
1 ad feuda admittantur ex † qualitate quidem feudi, nam ſi feudum ſit fœmineum,
2 quia forte à fœmina primo emptum ſit, fœminæ ſuccedunt, licet ſpeciali pacto non fuerit ſancitum fœminas ſuccedere debere, *Bald. in c. 1. nu. 1. de benef. ſeu feud. fœmin. Afflict. in prælud. num. 105. Aluarott. deciſ. 7. Laudenſ. Nicolaus de Neapoli. Iacob de Beluiſ. Petrus* Rauen. *Præpoſit. Frideric. Scenib. d. art. 1. de benef. ſeu feud. fœmin.* R*oſental. in tract. de feud. cap. 2. concluſ. 6. Cardinalis Mantica de coniecturis contract. lib. 23. tit. 15. num. 45.*

3 Si † quoque feudum ſit huiuſmodi, vt nullum perſonale ſeruitium requirat, quod

per

per fęminam præſtari non poſſit fęminas admitti veriſſima eſt ſententia,& commu
nior licet aliqui diſſentiant *Bald.in c.1.tit. Epiſcopum, vel Abbatem, & in c.1.§. &
quia videmus,nu.19.de his qui feud.dare poſſ.& ibid.* Afflict.*nu.24.verſ.quinto fal
lit, Dec.multos allegans,conſ.211.nu.4.in princ.Sehrader.de feud. par 7.c.4 nu.11.*
teſtatur hanc opinionem communem, licet ipsè conſentiens cum minori numero
contrarium teneat. *Clar.in* § *feudum, q.73. verſic.ulterius quæro,& ſeq.lib.1. Me-
noch.pleniſsimè conſ 65.nu.12.& 16.cum pluribus ſeqq. Peregrin.latiſsimè conſ 9.
nu.25.& 26.lib.1.& conſ.22.n.3.lib.2.Surd.conſ.308.nu.13.et latiſsimè conſ 384.
nu.18.& 19.*ita in praxi. teſtatur ſeruari Clarus, vbi ſupra hancque opinionem ſe-
quitur Rota Romana (quicquid aliquando vi audiui tenuerit Camera) & ſecundũ
eam fuit decisum *in Aſten.feudi coram* Rubeo *deciſ.41.par.1. diuerſorum, et Bri-
xien.feudi, coram Bubalo* 16.*Maij* 1583. vbi de communi, *et in Vicentina decima-
rum feudalium* 16.*Nouemb.*1592.*coram Gypſio latiſsimè in alia* Brixien.*feudi pri
ma* Iulij 1592 *coram Card.Pamphil. et in eadem* 13.Ian. 1595.*coram Card.Seraph.
tradit nouiſsimè Illuſtriſs. Mantica de coniect.contract.lib.23. tit.15.et 16. nu.44.
verſ.et ſi feudum vbi pleniſsimè;*Conſuetudine vero,vel ſtatutis,conſtat enim mul
4 ta eſſe loca, vbi ex altero iſtorum fęminæ ad feuda admittuntur † in regno enim,
vtriuſque Siciliæ fęminas non extantibus maſulis ſuccedere ſecundum illius regni
conſtitutiones tradit *Mandoſ.in addit.ad* Rom.*conſ.367.ſub num.12.in littera C. in
uerſ.non ſuccedere,*vbi innumeros allegat, & de cõſuetudine huius regni *Tiraquel.
5 in tract.le mort ſaiſit le uif. par.4. declar.5.nu.25.* † In feudis quoque Galliæ idem
teſtatur *d.Mandoſ.* vbi ſupra, & de conſuetud. Galliæ feuda eſſe redacta ad inſtar
allodialium tradit. *Illuſtriſs.Tuſchus in litt.F.concluſ.128.nu.3.Boer.deciſ.264.nu
mero 9.et deciſ.123.nu.8.Caſſan.conſ.66.nu.1.Guidopap.deciſ.59.n.2. idem conſ.18.
nu.7.et 176.nu.2.*propè finem *Tiraq.de retract.§.1.gloſſ.3.n.10. uerſ.et hoc Gugliel.
de* Benedict.*in c.*Raynut.*in uerbo mortuo teſtatore il 2.ſub num.30. Caſſan.pleniſsi-
mè in conſuetudine* Burgund.*Rub.3.§.5.in princ. et infra ſub nu.26.et 30.uerſ.que
6 feuda;* in † delfinato quoque fęminas ſuccedere in feudis,quia feuda ſunt ad inſtar
allodialium teſtatur *Franciſ.* Marc.*deciſ.316.nu.5.uol.1. Vincent.de Franch.deciſ.
7.Theſaur.de feudo empto Tiraq.de retract.Lign.§.1.gl.3.n.12.uerſ.et hoc quidem,*
in patria quoque ſabaudiæ vigere cõſuetudinem, vt homines de bonis feudalibus,
æque ac de allodialibus teſtari,& diſponere poſſint teſt. *Guidopap.conſil.*18. *num.*3.
nam hodie feudialia quo ad ius ſucceſſionis redacta ſunt ad inſtar patrimoniorũ per
Ioan.Fabr.in Auth.ingreſſi. Item de conſuetudine Montisferrati, quod feuda ſint
alienabilia, quantumuis antiqua, & prouenientia ex pacto & prouidentia anteceſ-
ſorum teſtatur *Surdus conſ.*105.*nu.* 14.*et ſub nu.*15.conſuetudinem hanc generalẽ
inquit allegans *Io.Fabrum, et Guidopap.* qui de vniuerſali,vbique locorum conſue
7 tudinis huius, & obſeruantia atteſtantur obiter tamen nota † Doctoribus huiuſmo
di atteſtantibus de conſuetudine non eſſe in iudicio abſolute credendum cum de-
ponant tanquam teſtes non iurati *Mohedan.deciſ.2. et 3.de conſuet.* & fuit dictum
in una Romana,*ſeu Marſicana theſauraria* 7.*Iulij* 1606. *coram Illuſtriſs.Ludoui-
ſio Cardin. creato dum anterior pars huius operis tam eſſet impreſſa, et Camerinenſ.
ſpolij* 2.*Iunij* 1610. *coram* Reueren.*Sacrato, et pleniſſimè in Placentina feudorum
8 4.Iulij* 1597. † maxime quando atteſtantur de conſuetudine loci in quo ipſi non
verſantur *d.Camerinen.coram d.Reuer.* Archiepiſcopo *Damaſceno.* vbi plures alle-
9 gat illorum † tamen dicta ſatis coadiuuant probationem conſuetudinis, vt de com
muni *Rota in una Narnien.dotis* 13.*Maij* 1591.*coram* Penia.

10 Formam † quoque inueſtituræ talem eſſe poſſe, vt fęminæ non excludantur, ſua-
dent plures clauſulæ fęminas aut expreſſe,& in ſpecie,aut tacitè,& in genere admit
11 tentes, expreſſe † quidem ſi pactum fuerit factum vt fœminæ ſuccedant,de quo *Al-
uarott.in c.1.de nat.ſucceſs.feud.num.3.et* Afflict.*in præludijs,num.125.cap.1.§.1.
uerſic.*

verſic.hoc autem,& ibi concordant de his qui feud.dar.poſſ.& c.1.de nat.ſucceſsio.
12 feud.Roſental.de feud.c.2.concl.7.qui alios refert; tacite † vero ſi enim in inueſtitu
ra facta fuerit alienandi poteſtas,& quicquid recipientibus collibuerit faciendi ta-
lis clauſula, ſeu facultas conceſſa operatur, vt etiam fœminæ admittantur, vt poſt
13 Iaſon.& Soc.iun.tradit Rol.conſ.1.n.70.vol.1. Rurſus † ſi in inueſtitura adſit clau-
ſula pro ſe,& filijs ac nepotibus,& deſcendentibus legitimis,& naturalibus, & ſuc-
14 ceſſoribus in perpetuum talis clauſula fęminas complectitur, tum quia † appellatio
ne filiorum, & Nepotum veniunt etiam fęminæ, & multo magis deſcendentium,
vt in cauſa feudali Soc.conſil.257.col 4.verſic.aliquando, & ſecundo lib.7. Pariſ.con
ſil.4.nu.35.lib.1.et conſil.23.nu.38.eod.lib. Dec.conſil.269. nu.4. Gabriel.de verb.
ſignif.concl.6.nu.58.& 59. qui alios cumulat. ſequitur Rota in ſupradicta Brixien.
15 feud.coram Pamphil.in verſic.addebant etiam Domini; Tum † quia dictio in perpe-
tuum efficit,vt feudum transmittatur ad fęminas in caſibus in quibus alioqui ſucce-
dere non poſſent Corn.conſil.16.nu.22.vol.1. Petrus de Greg.de conceſſ feud.par.4.
q.4.verſic.idem dicendum Curt.iun. conſil.4.num.24.
16 Tum † quia tanto magis, ſi ſimul hæc coniuncta pro hæredibus, & ſucceſſori-
bus,& in perpetuum, vt de tali clauſula fuit deciium in una Brixien. feudi 13.Ian.
17 1595. coram Seraphino, † ex priuilegio tandem peculiari fęminas ad feuda aliquan-
do admitti docet Roll. à Valle poſt Brun. & Campeg.d.conſil.1.nu.20.lib.1.

Affirmatiua ſententia videtur amplectenda,nimirum agnatos eſſe legitimos con
tradictores.

18 Primo quia obſtat † doli mali exceptio, cum conſtet fęminam obtēta feudorum
poſſeſsione ſtatim reſtituturam ad regulam l.1.ff.de dol.mal.except. quæ in iudicijs
poſſeſſorijs adipiſcendæ locum habet Bartol.in l.carbonianum,§.cauſæ, num.1.ff.de
carbon. edict.

Quod autem fęmina ſtatim ſit reſtitutura,& ideo ſi poſſideret aduerſus eam com
peteret actio probatur.

19 Primo quia † ſuppoſita ſeruitute feudi ſtatim intrat præſumptio maſculinum eſ-
ſe,& ideo fęminam illud obtinere non poſſe,donec contrarium probetur, tex.eſt in
c.1.de natura ſucceſſ.ibi niſi ex pacto ubi Bald.et in c.1.§.fin.quid ſit inueſtitura, &
ibi Iauaens,num.10.cęterique ſequuntur Aluarott.in c.inter filiam,nu.3.vbi dicit fi
liam patri licet ſuccedat in bonis matrimonialibus, & allodialibus, in feudo tamen
ſuccedere non poſſe ſi de feud.defunct.fuer.controu.Curt.de feud.par.3.membro 1.
nu.1.Bart.Soc.conſil.19.nu.30.par.1.Iaſ.conſil.87.nu.10. & conſil 114.num.2.lib.1.
Dec.conſ.517.nu.5.Soc.iun.conſil.65.nu.1.vol.1. Menoch.conſil.543.nu.39. Cacher.
deciſ.Pedemont.26.nu.2. Myſing. conſ.22.decad.2. Roſental qui enarratos congerit
20 in tract.de feud.c.2.q.8.nu.3.& c.7.q.52.nu.4.Bero.conſ.101.nu.36. † Præſumptio
enim inducit onus probandi in contrarium tex.eſt notab.et ibi gloſſ.in l.fin. in verſ.
præſumptioni,ff.de eo quod met.cauſ.l.ſiue poſsidetis 16. C.de prob. & vtrobique Do-
21 ctores Roſental.in tract.de feud.c.2.q.18.et c.7.q.52.in gloſſ.C.& † qui pręſumptio
nem pro ſe habet dicitur habere intentionem fundatam Cephal.conſ.4.n.31.Andr.
22 Gayl.obſeruat.pract.lib.2.obſeruat.128.† nu.12. & præſumptum eo ipſo probatum
dicitur,quod non probetur contrarium Alciat. de præſumpt.reg.3.præſumpt.3.ter-
tia partis, num.3.

23 Secundo quia † legis noſtræ beneficium locum habet in ſucceſſione teſtamenta-
ria,eſt enim neceſſe oſtendere teſtamentum non abolitum,&c. vt in tex. vnde com
24 muniter interpretes in eam iuere ſententiam † venientibus ab inteſtato huiuſmodi
beneficium non competere, vt de communi ſententia teſtatur Roſental.in tract.de
feud.c.7.q.50.nu.2.et Rolan.conſil.1.nu.5.lib.1.noſq. ſupra ſuo loco expoſuimus ve
25 rum in feudis non datur ſucceſſor teſtamentarius cum † ius teſtandi non pertineat
ad ea, quę conſtat eſſe feudalia neque de his quiſquam teſtari poſſit, aut hæredem
inſti-

inſtituendo, aut legando, aut fideicommittendo, vt pluribus *Roſental. in tractat. de*
feud. c. 7. q. 2. nu. 2. et 3. Conſequens, ergo eſt vt in illis quæ conſtat eſſe feudalia,
nulli competat legis noſtræ beneficium, & ideo ne quidem feminæ.
Tertiò quia, etiam ſi feudum eſſet femineum adhuc agnati videntur habere ſuā
26 intentionem fundatam in eo, † quod maſculis extantibus feuda etiam feminea non
ſolent ad feminas pertinere *Schrader. de feud. par. 7. c. 4. nu. 69. Afflict. in c. 1. de be-*
27 *nef. fæmin.* † hinc videmus in Regno Siciliæ non ſimpliciter feminas in feudis ſuc-
cedere, ſed maſculis non extantibus, *vt Mandoſ. ad Rom. conſ. 367. ſub nu. 12. litte-*
tera C. in verſic. ſuccedere, vbi innumeros cumulat, *Iſer. in c. 1. nu. 2. de eo qui ſibi, &*
hered. ſuis, & in c. 1. §. ſed quia verſic. velut in Regno Siciliæ, ſub num. 4. de his qui
28 *feud. dare poſſ. Bald. in Rubr. nu. 1. ff. de Senat.* & regulariter † in Regnis Ducati-
bus, Comitatibus, Marchionatibus, & Baronijs femina non admittitur, niſi Maſcu
lo eiuſdem gradus deficiente, ita opinatur *Cyn. in Auth. poſt fratres, C. de legit. hæ-*
red. Abb. in c. delectis per eum text. d. arbitr. num. 2. poſt. Hoſtien. & Io. *Andr. ibidem*,
idem tenent innumeri alij congeſti à *Molin. de Hiſp. primogen. nu. 5.* faciunt tradita
à Roſental. c. 7. concl. 40. nu. 7. & ſeq. Vide ibi gloſſ. in litt. Q. Ideo cum dentur ma-
res agnati, vt in quæſtione ſupponitur feuda non ſpectabunt ad feminas, & ideo fe-
minæ, non erunt immittendæ.
29 Quartus, quia † in remedijs adipiſcendæ poſſeſsionis non excluduntur exceptio
nes de proprietate, quæ vel notoriè apparent, vel incontinenti probati poſſunt, *l. no*
ſtra vbi Bart. in verſic. ſin autem, num. 1. Rolan. à Valle, conſ. 1. nu. 25. lib. 1. & nos
30 alibi latius firmauimus, at † legis noſtræ beneficium, vt per ſe notum, & omnes vno
ore fatentur eſt adipiſcendæ, ergo nō excluditur exceptio proprietatis; talem autē
eſſe exceptionem aduerſus feminam oppoſitam rem eſſe feudalem conſtat ex iam
traditis in primo argumento, nempè feudum præſumi maſculinum, eſtque ſatis ma
nifeſta, & vulgaris regula feminas a feudalibus excludi, *c. 1. §. et quia videmus qui*
feud. dare poſſ. Alciat conſ. 43. lib 9. num. 1.
Quinto quia, quando conſtat bona eſſe feudalia ceſſat ratio ob quam videtur ſta
31 tutum feminam, etiam in feudalibus immitti iuxta † *text. in cap. 1. §. inter filiam, et*
§. defuncta milite ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. ratio enim eſt, quia in dubio
bona præſumuntur allodialia ceſſante autem ratione ceſſare, quoque diſpoſitionem
pluſquam vulgatiſſimum eſt, *c. cum ceſſante extr. de appellat. l. adigere, §. quamuis,*
ff. de iur. patron. cum vulgaribus.
32 Sexto, quia † titulum habens, ſi ab initio compareret nullo adhuc poſſidente impe
dit immiſſionem ex legis noſtræ beneficio ita *Zuchard. in l. noſtra nu. 380. Menoch.*
de adipiſcen. remed. 4. nu. 572. Roſental. de feud. c. 7. q. 51. in gloſſ. G. at agnati in bo-
nis feudalibus habent inueſtituræ titulum, ergo &c.
Septimo, quia ſunt immittendi agnati in bona quæ conſtat eſſe feudalia, ergo
ſunt legitimi contradictores contra filiam; conſequentia probatur, quia incluſio
vnius eſt alterius excluſio, non enim poſſunt dari duo eiuſdem rei poſſeſſores inſoli-
dum, *l. ſi ut certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. commodati*, Antecedens vero redditur
33 manifeſtum, † quia ita eſt priuilegiata poſſeſſio, quæ petitur vigore inueſtituræ, ac
ea, quę petitur *ex l. noſtra remedio, vt. poſt Iſern. et Aluarott. trad. Rol. à Valle conſ. 1.*
num. 51. vol. 1. At l. noſtræ vigore immittitur hæres ex ſola inſpectione teſtamenti
34 non aboliti, ergo † & prætendens vigore ipſiuſmet inueſtituræ inueſtitura oſtenſa
erit immittendus in poſſeſſ. ita poſt *Aluarott. argumentat. Roland. à Vall. conſil. 1,*
num. 52. vol. 1.
35 Octauò, quia † ita tenuere *Cardinalis Alexandrinus, Martinus Landen. Andr.*
de Iſern. Bald. Schenche in c. 1. §. inter filiam ſi de feud. defunct. etc. Bero. conſ. 67.
num. 64. vol. 1. verſic. præterea, quando etiam eſſet quæſtio, et conſil. 45. num. 19. vo-
lum. 3. vbi contrariam opinionem aſſerit communiter reprobatam, *Rolan. conſil. 2,*
num. 32.

*num.32.uol.3.*qui teſtatur communem *Gozad. conſil.50. num.26. & ſeq.poſt* Imol.
*conſ.1.num.65. Vulteius lib.2.cap.1.num.28. & lib.1.cap.19.num.60. Platinus in
l ſi quando num.111.C.vnde vi Brun.conſil.18, num.12.* Abb.*conſ.78.num.16.Iaſ.
conſ.138.nu.12.uol.4. Iacob hic nu.49. Dec conſ.467.nu.8.& 9.*vbi vult fœminam
immitti,quia res allodialis præſumitur, ideo ſecus, ſi conſtet feudalem.

Ruiſus negatiua ſententia videtur amplectenda nempè legitimos non eſſe contradictores.

Primò quia ſæpius ex l.noſtra repetitum non poſsidentes non eſſe legitimos cō-
36 tradictores, quod † ſpecialiter in agnato feudum prætendente traditum eſt *à Rol.
à Valle,conſil.1.num.71.vol.1.Cacher.deciſ.26.nu.21.Laurentius Vinconius communo.opinio.centur.1.concl.2.*qui communem aſſerit,vt refert, *Roſental. in tractat.
de feud.cap.7.q.52.in gloſſ.C.*

Secundo,ex mente *Grati conſ.10, num.2.* in hæredem debet transferri quicquid
37 ad defunctum ſpectabat † cum hæreditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius,quod defun
ctus habebat; *l.nihil aliud eſt hæreditas.ff.de verborum ſignif. l.hæreditatis appella-
38 tio.ff.de reg.iur*, cum vulgaribus,& ideo † quamuis poſſeſſio defuncti non tranſeat
39 in hæredem, *l.cum hæredes, ff.de acqu.poſſ.* † nihilominus ad eum ſpectat, quinimo
40 fingitur continuata poſſeſſio in filiam,vt ex *Bald.Ruin,conſ.18.num.20.lib.1.* † *nec*
debet illa priuari antequam ſit declaratum rem ad eam non pertinere, & ſic antequam in petitorio non fuerit conuicta, diciturque habere fundatam ſuam intentio
41 nem in eo,quod hæres, ad quā ſpectat quicquid ad defunctum pertinebat, † quod
eo magis aſſerendum,quia ratio, *cap.inter filiam,* tribuentis fęminæ poſſeſſionem
bonorum feudalium vnica ratione nititur nempè, quia hæres,quæ ratio, cū vigeat
etiam quando conſtat bona eſſe feudalia,eſt in cauſa, vt fęminæ ſit tribuēda poſſeſſio etiam quando conſtat bona eſſe feudalia, hinc *Aluar.in d.c.1.§.inter filiam in 1.
not.* rationem afferens quare filia obtinere debeat, inquit, quia hæres conſeruari
debet in ea poſſeſſione in qua erat defunctus, refert, & ſequitur *Peregrin.conſil.4.
num.51.volum.1.*

42 Tertio quia † in poſſeſſorijs, veniunt,quæcumque nuda detentione ad defunctū
ſpectabant R*oſental.in tract.de feud.c.7.concl.8. in gloſſ.1.* vbi refellit eorum diſtinctionem, qui fœminam tantum in feudo hæreditario non vero ex pacto immittendam cenſēt,
43 † quinimo veniunt etiā ea de quibus, quis non potuit teſtari,vt *Ruin.
conſil.45.num.71.quod Bald.in c.1.nu.5.de ſucceſſ.feud.* auctoritate confirmat,afferens exemplum in rebus commodati,& depoſiti, P*eregr.conſ 4.num.52.vol.1.per l.
item uidendum,§.fin. & l.ſequen.ff. de petit.hæred.per gloſſ.in l.noſtra in uerſic.fuerat Petrus,Cynus,Bartol.in l.1.C.quorum bonorum Salic.in* Rubr. *&* Rip.*in l.1.in
fin.ff.eod.*

44 Quarto quia † quamuis conſtet bona feudalia eſſe,non tamen agnati habent ſuā
intentionem fundatam,ita apertam,vt quemquam excludere poſſint ad hoc enim,
vt excludant probare debent ſe eſſe proximiores P*erſonal.in tract.adipiſc.num.113.
& 476.*R*oſental.in tract.de feud.c.7.concl.52.in gloſ. A. in fine.* Item debent oſtendere ſe eſſe comprehenſos in inueſtitura, *Cacher.deciſ.26. num.16.in fin. idem* R*oſental. in d.gloſſ.A.* cum itaque hæc non ſupponantur probata in terminis quæſtionis noſtræ conſequens eſt fœminarum immiſſionem ab his impediri non poſſe,
45 † quinimo neque etiam ſi probauerint ſe proximiores, & in inueſtitura comprehen
ſos,habent intentionem fundatam cum feudum videatur præſumendum fęmineū
46 ſi † quidem minor ſeruitus præſumenda videtur, & ideo videamus *in d.§. inter fi-
47 liam,& §.defuncto milite* † fœminam non immitti ſolum, quando aſſerit allodiū,
ſed etiam quando aſſerit libellarium, & ratio eſt, nam quemadmodum in primo caſu res præſumitur libera ita in ſecundo caſu præſumitur minor ſeruitus, & ſic potius libellaria quam feudalis.

Quinto,

Quinto ex mente eiuſdem *Grati d.conſ.10.nu.4.* ponderatur *tex.in d c.1.* §.*inter*
filiam quatenus in eo habetur, quod ſi fœmina fateatur libellarium, nihilominus
48 immittenda cum † enim libellarij quoque ſit fęmina regulariter incapax, neque ad
eam ſoleat ſpectare, vt inquit Grat. conſtat fęminam immitti etiam in ea, quæ regu
lariter incapax eſt; ideo nihil prohibet quominus etiam in bona feudalia immitta-
tur, & ratio fortè eſt, quia cum talis fęminæ incapacitas quoad bona feudalia, & li-
bellaria complures recipiat limitationes, quarum aliquam concurrere facillimum
ſit, ſœpeque contingat intentionem aduerſarij fundatam in regula tantas limitatio
nes, tam facile recipere, non dicitur habere fundamentum, adeo firmum; vt poſſit
euertere fundamentum fœminæ in eo poſitum, quod hæres eſt, ad quem omnia quę
ad defunctum ſpectabant peruenire debent, non enim videtur quis iure ſuo priuan
dus, niſi plane, & certitudinarie conſtet bonum ius non fouere, id autem non con
ſtat, quamuis bona eſſe feudalia ſit in confeſſo cum facillimè horum quoque poſſit
49 eſſe capax, hinc *Pariſ.conſil.98. num.15. par.2.* inquit in † poſſeſſorijs fęminas ad
mitti ad bona feudalia, quoniam dari poteſt inſtantia, & caſus in quo fœmina poſ-
ſit reperiri capax illorum bonorum, vnde colligimus non excludi à poſſeſsione bo-
norum feudalium, niſi conſtet in fęmina propoſita nullam poſſe dari inſtantiā, aut
caſum, quo reperiatur capax, vnde ſequitur agnatis probandam fœminæ incapaci-
tatem relinqui etiam ſi conſtet bona eſſe feudalia.
50 Sexto, † is qui de iure tenetur bona feudalia ſalua præſtare, & ita cuius intereſt
ea ſeruari, eſt in ea conditione ponendus, vt ea ſalua reddere poſsit, vel ſaltem ſuo
damno ex eo quod alij teneatur conſulere, *facit text. in* §.*furti*, §.*ſi fullo Inſtit. d.*
51 *oblig.quæ ex delict.* vbi creditori pignore ſurrepto, & fullone † re polienda ſurrepta,
& Sarcinatori reſarcinanda furto ſubtracta datur actio aduerſus furem, quia eorū
intereſt rem non eſſe ſubtractam, tenenturque ad eam Domino reſtituendam, At
hæres tenetur quatenus bona feudalia culpa, aut dolo defuncti deteriora effecta sūt
aut deperdita, ergo eſt in ea conditione ponendus vt ſalua ſeruare poſsit; Minor
52 probatur cum enim certum ſit † Vaſſallum ad rei feudalis cuſtodiam obligatum
eſſe, *Prepoſ.in c.1.de Inueſt de re alien.furt.*§.*quid ergo n.1.per l.pen. & l.ſi cuius,ff.*
53 *de uſufruct.Bald.ibid.n.3. Roſental.in tract.de feud.c.8.concl.2.nu.7.* & † hæredem
teſtamentarium in omnem defuncti obligationē ſuccedere, *l.nihil aliud eſt hæredi-*
tas ff.de reg.iur. ſequitur hunc hæredem pro quocunque feudi detrimento obliga-
tum, erit igitur hæres, & ſic fœmina in ea conditione ponenda, vt rem ſaluam red-
dere poſsit agnato, vel domino directo, quod quidē contingere nequit, niſi teſtato-
re mortuo in poſſeſsionem feudorū mittatur proptereaq; ea ſeruare, aut ad priſti-
nam conditionem reſtituere, quis non poteſt quorum poſſeſsio ab alio detineatur
eſt ergo fęmina in poſſeſsionem feudorum etiam ſi conſtat feudalia immittenda.
54 Confirmatur, quia † hæredis partes ſunt bona feudalia, quæ à defuncto poſside-
bantur domino directo, vel agnato præſtare, vt indicat *Roſental. de feud.c.7.conſil*
51.num.7. At non poteſt præſtare, niſi ea teneat, *ad l.nemo plus iuris ff.de reg.iur.*
ergo illi tradenda poſſeſsio erit.
Septimò, quia etiam feudalia bona in iudicio petitionis hæreditatis veniunt re-
ſtituenda, vt poſt antiquos notarunt *Bart.*Bald.*Angel. & Paul.in l.item uidendum*
§.*fin.ff.de petit.hæred.* Idem ergo erit dicendum *in l.noſtra iudicio*, vt rectè arguit
Peregr.conſ.4.num.53.uol.1.
Octauo, quia ita tenuere innumeri propemodum Auctores quorum pleroſque
recenſebo, ſunt autem *Guido de Suzza*, & poſt eum *Ioan.Andr. in addit.ad ſpecu-*
lat.tit.de teſtamentis,§.*ſequitur videre circa finem, in vltima addit.* *Iacob.de Bel-*
uiſ.& Prepoſit. Mediolanenſis *in capit.1.*§.*inter filiam ſi de feud.fuer. controuer.*
Alexand.in l.noſtra,num.30.verſic.aliud notabile dictum, Iaſon.num.26.uerſic.no-
ta etiam vltra Bart.*Campeg.inter concil. Bruni conſ.2.nu.9.verſ.3.in hoc patrimo-*
nio

nio Bellem. *conſ.*29.*col.*5. *in fin.* Aſſlict.*deciſ.*119.*num.*4. *Brun.conſ* 1.*num.*12. qui inquit quemadmodum fœmina immittitur, quando dubium an bona allodialia, nec ne ita admittenda, quando dubium, an fęmina, quæ feudum prętendit, feudi ſit capax *Dec.conſil.*424.*num.*10.*verſic.& iſta concluſio*, qui tenet ſororem eſſe immittendam, quando conſtat bona eſſe feudalia, & poſtea tueri ſe poſſe, quando poſſeſſionem obtinuit, vel conſuetudinę loci, quæ poſtulet, vt fœmina in feudalibus immittatur, vt num. 13. vultque poſtquam fœmina immiſſa eſt, vt tunc diſputetur de iure, ſi quod agnatis competat, *Idem conſ.*467.*num* 9.*verſic.& iſta concluſ.* qui dicit fęminam debere mitti in poſſeſſionē bonorum feudalium, & poſtea agnatos petere debere, ſi prætendant, *Idem conſ.*498.*num.*3. *&* 4. *idem conſ.*588. *viſo puncto, colum.*2. *Soc.iun.conſil.*75.*num.*28.*& conſ.*77.*nu.*1.*lib.*1.Cran.*conſ.*822. qui latiſſime contra Iaſon. probat dictum Io. *Andrea*, ad eius mentem intelligendum, quando plenè conſtat, vel fœmina fatetur bona eſſe feudalia *Gozad. conſ.*7.*nu.*13. qui hāc ſententiam inquit probari, *in d §.defuncto milite ſi de feud.defunct. fuer.contr511.* *idem conſil.*10.*num.*44. Dec.*in l.noſtra,num.*40, *Sapia num.*92.*Zuchard.num.*486. *Menoch.in tract.adipiſcen.remed.*4.*num.*379. *&* 381. *Vrchembecius*, qui incidenter tradita *à Menoch.* totidem verbis repetit, *conſil.*92.*num.*9.*& conſ.*1.*numero* 62. *Oſaſch. à Menoch.allatus deciſ.*26.*num.*14. qui dicit fœminam quando conſtar bona eſſe feudalia, ſi dicat ſe capacem, vel ex forma inueſtituræ, vel ex conſuetudine loci debere mitti in poſſeſſionem *Pariſ.late, conſil.*22.*num.*65. *lib.*1. *idem conſ.*98. *num.*15.Rolan.*conſil.*1.*num.*65.*volum.*1.*idem conſil.*2.*nu.*26. *cum ſeq.lib.*3. vbi inquit filiam in omnibus bonis, incluſis feudalibus eſſe immittendā, neque agnatos eſſe legitimos contradictores poſt miſsionem vero uenire cognoſcendum, & definiendum, an conſuetudo, vel aliud ius iuuet filiam, ſi enim iuuabit defendetur etiā in feudo alias aſsignabitur agnatis, & hanc eſſe communem ſententiam teſtatur. *Iaſon conſil.*152.*nu.*6.*verſic.*2. & notabilius reſpondetur, *lib.*4.*licet à Menoch.* allegetur pro contraria parte, inquit enim dictum Io. *Andrea* procedere, quando agitur remedio legis noſtra *Cephal.conſil.*251.*num.*11.*lib.*2. *idem conſil.*645. *nu.*15. *lib.*5.Riminald.*iun.conſ.*64.*num.*14.*vol.*1.*Petrus Ducn.reg.*309 *nu.*8. *Burſat.conſil.*89 *num.*30.*et* 31.*communem affirmant Natta conſ.*8.Baro *Atantemberg.in d.§, inter filiam.num.*3.*Grat.conſil.*10.*num.*4.*Curt iun.conſ.*41.*num.*1. *et conſ.*276.*numero* 29.*lib.*3.*Cacher.in pedem.deciſ.*26 *nu.*3.*deciſ.*23.*num.*36.*et conſ.*42.*nu.*7. *Oldrad.conſ.*270.*Bald conſ.*397.*vol.*4. *Alex.conſil.*15.*col.*17.*vol* 4. Ruin,*conſ.*18. *numero* 20.*vol.*1.*idem conſ.*45.*nu.*11.*vol.*1. Peregr.*conſ.*4. *num.*51.*vol.*1.

55 † In tanta, & Doctorum & rationum contrarietate ad aliquam diſtinctionem, quaſi fieri poſsit, & DD, ſententiæ concilientur, & argumentorum contentio ſedetur deueniendum eſſe pro certo habeo.

Arbitror autem hac diſtinctione opus eſſe, aut quando conſtat eſſe bona feudalia, adhuc aliqua credendi viget ratio fœminam eſſe capacem ita, vt Iudex non ſit plenè certus eſſe incapacem, aut vero quando conſtat bona eſse feudalia nulla ſeſe offert ratio, quæ ſuadere poſsit fœminam eſse capacem, ita vt ne quidem iudicem aliqua ex parte dubium reddat, ſed omnino certus ſit & bona eſſe feudalia, & fœminam incapacem.

Primo caſu non eſſe contradictores, ſed fœminam immittendam deinde in petitorio eius capacitatem diſcutiendam ſentio.

Secundo, eſſe contradictores & fœminam arcendam, quæ ſi quid poſtea prætendat, immiſsis agnatis petet iudicio ordinario.

56 Videtur † hæc diſtinctio amplectenda, quia ſatis conformis opinioni multorum ex illis auctoribus, qui immittendam fœminam profitentur, etiam ſi conſtet bona eſse feudalia, videtur enim ita ſentire, quando fœmina feudalium poſseſsionē prętendens rationem aliquam allegat, quæ non ſit palam falſa, ſed Iudicem ſaltem

dubium

dubiũ reddere poſſit, an ſit feudi capax, ita vr̃ ſentire *Cãpeg. inter conſ. Brun. conſ. 2. n. 10.* inquit. n. ẽt ſi conſtet bona eſſe feudalia locũ eſſe inter filiã, cũ concordãtibus qñ fęmina allegat, ſe debere admitti ad bona feudalia, vel ex conſuetud. vel alia ex cauſa probabili, quę poſſit Iudicẽ reddere dubiũ, an talia bona ad ipſã ſpectare poſſint; eod. mõ vr̃ ſentire *Gozad. conſ. 7. n. 13.* vult. n. fęminã in poſſeſs. admitti ẽt, qñ cõſtat bona eſſe feudalia, ſi mõ alleget ſe immittendã, aut ex cõſuetudine, aut ex pacto, aut habilitar. à Principe obtẽta de cuius vi erit petitorio diſſerendũ, qđ eo magis ex mente *Gozad.* ſentiendũ, ne ipſũmet ſibi in contrariũ fuiſſe perſuasũ habeamus, vt fortè ad pauca reſpiciẽs falſo ei exprobrauit *Menoch. de adipiſc. remed. 4. n. 379. in cõſ. 50. n. 26.* Sentit fęminã nõ eſſe immittendã, qñ conſtat bona eſſe feudalia, intelligendus. n. eſt *in d. cõſ. 50.* qñ fęmina nihil allegabat, vnde Iudicẽ in dubio cõſtituere poſſet, vti in ſpecie in eo cõſilio pertractata cõtingebat, *Oſaſch. quoq. deciſ. 26.* idẽ ſentire vr̃, licet. n. qñ conſtat bona eſſe feudalia, vel agnati ſe id incõtinẽti probaturos offerũt, quod æquipollet, vt ſup. diximus, ſentiat fęminã immittendã, niſi amplius probetur feudũ eſſe rectũ, & ſic fęminarũ excluſiuũ, nihilominus qñ inquit probandũ feudum eſſe directũ, addit prout ẽt in dubio præſumitur, vnde tũc probandũ ſentit feudũ rectũ, qñ tale nõ præſumitur, certũ eſt. n. præſumptionẽ releuare ab onere probãdi, vt diximus in primo argum. pro negatiua, nõ præſumitur autẽ tale, qñ probabile aliquid à fęmina allegarur, quod poſſit reddere dubiũ Iudicem *Brun. quoq; conſ. 1. n. 12.* idẽ videtur ſentire, dum inquit quẽad. fęmina immittitur quando dubiũ an bona allodialia, nec ne, ita immittẽda qñ dubium, an fęmina, quæ feudũ prætendit, eius ſit capax nec ne, cum. n. regulariter nõ ſit dubiũ, an fęmina ſit feudi capax, nã ſolet excludi, ſed tunc demũ dubitemus ſi aliquid probabile alleget ſequitur eſſe immittendã, cum aliquid probabile allegans rẽ dubiã facit, ſecus ſi nihil probabile afferat, vnde dubiã rẽ efficiat. *Pariſ. quoq; conſ. 22. n. 66.* eodẽ modo intelligendus videtur, inquit. n. fęminã eſſe immittendã in poſſeſs. rerũ feudalium, ẽt quando ipſa fęmina faretur bona eſſe feudalia, ſi tñ aſſerat ſe habilẽ ad ſuccedendũ in illis, puta quia vocetur in inueſtitura, ſi ergo fęmina debet ſe aſſerere habilem id profecto intelligendũ ex cauſa probabili, qualis ea quã *Pariſ.* affert, quia nẽpè dicat ſe in inueſtitura vocari, quod ſanè eſt intelligendum, quando talis cauſa non eſt notoriè falſa, & ideo quia poſſet vera eſſe, reddit dubium Iudicem.

Pro eadem diſtinctione allegantur, vltra enumeratos *à Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 51. in gloſſ. B. Cacheran. deciſ. Pedemont. 26. num. 21. Roland. à Valle, conſ. 1. num. 67. & ſequen. volum. 1.* qui ait mittendam ſi ipſa aſſerat, vel ex conſuetudine, vel ex habilitate, vel ex alia iuſta cauſa eſse capacem, *Vulſembreuis, conſ. 93. nu. 28. Vulteius, lib. 2. de feud. cap. 1. num. 24. uerſ. non obſtat, quod fœmina, idem Roſental. lib. 1. cap. 9. nu. 6. & plerosq. ita ſentire indicat d. concluſ. 51. num. 2.*

Arbitror autem eam cauſam Iudicẽ dubium reddere poſse in hac materia, quæ non ſit notoriè falſa, ita vt ab initio conſtet ſaltem poſse fieri, vt uera ſit, ſecus ſi ab initio conſtaret ne quidem ueram eſse poſſe, puta, quia allegaret conſuetudinẽ fœminas admittere in eo loco, vbi notorium eſset conſuetudinẽ omnino contrariari, vel tenorem inueſtiturarum allegaret, cum tamen inueſtituræ eſsent claræ eam ſuccedere non poſse patefacientes rem ita à plerisque intelligi refert *Roſental. in tractat. de feud. cap. 7. concl. 51. num. 20.*

Secundo hanc diſtinctionem amplectendam teor, quia ea poſita ceſsare videntur argumenta hinc inde propoſita.

Ad primũ. n. pro negatiua cuius vis cõſiſtit in præſumpt. & regula, vt feuda ad fę
57 minas nõ ſpectent, reſponden. † talẽ præſumptionẽ de facili elidibilem cũ regula, vt fęminę ad feuda nõ admittãtur ampliores recipiat limitationes, & quidẽ ſæpiſsimè ita eueniar, vt nõ ſolũ non ſit neceſsariũ fęminas excludi, ſed cõtingens potius, & tale quidẽ, quod abſolutè contingens appellati poteſt cum non videatur magis ad

vnum quam ad alterum ſe habere, hinc allegatio huius præſumptionis non eſt eiuſdem roboris, cuius allegationes aliarum præſumptionum fortiorum; Vnde quamuis in alijs præſumptiones inducant onus probandi in contrarium, & qui præſumptionem pro ſe habet dicit habere intentionem fundatam; vt in primo argumento dicebamus, in re noſtra tamen non inducit onus probandi contrarium, ſed reddendi ſolummodo rem dubiam, vt data ambiguitate præſumptio ceſſet habere rationem præſumptionis, & ſic fœminæ non officiet.

58 Ad ſecundum † facilis eſt reſponſio, quamuis enim legis noſtræ beneficium competat tantum ex teſtamento non vero ab inteſtato, competit tamen etiam in illis bonis de quibus non poterat defunctus teſtari, ita vt non ſit neceſſe, teſtatum eſſe quoad ea bona in quæ petitur immiſſio, ſed ſufficit in communi teſtatum, vt in omnia quæ à teſtatore detinebantur poſſit fieri immiſſio, hinc competit hoc beneficium in rebus apud defunctum depoſitis ei commodatis, & conſimilibus, vt ſupra vidimus de quibus manifeſtum eſt teſtari non poſſe.

59 Ad tertium † reſpond. fœminā tunc immittendam, qñ aliquid allegat, quod poſſit reddere dubiū Iudicem nō ſolū, an feudum ſit fœminarū, ſed an ad ipſam pertineat.

Ad quartum, quod in poſſeſſorijs adipiſcendę non excludantur exceptiones proprietatis, Reſp. verum eſſe in exceptionibus, quæ non requirunt altiorem indaginem, vt præſcriptionis *Bart. in d. l. fin. verſ. ſin autem n. 1. C. de edict. D. Adrian. toll.* ſecus in requirentibus altiorem indaginem *per tex. in d. l. fin. cuiuſmodi* hæc pręſumptio feudi maſculini, quę requirit probationes, vel agnatos comprehenſos eſſe in inueſtitura, vel ad illos pertinere, vel ad filiam quorum inſpectio nimis altam requirit indaginem, & eſt in terminis quæſt. noſtræ, vt pro affirmatiua in argumento.

60 Ad quintum † reſpondendum rationem quare fœminæ in feudalia admittantur non eam eſſe abſolutè quia allodialia, ſed quia cum ad hęredem pertineant quęcunque ad defunctum ſpectabant non eſt hęres illis priuandus, donec conſtet non eſſe capacem ex eo autem, quod bona ſint feudalia non conſtat fœminam eſſe incapacem, ſi quid probabile alleget, quod dubium Iudicem reddere poſſit.

Ad ſextum reſpondendum non conſtare vtrum agnatus habeat titulum, cū enim fœmina alleget rationem probabilē ob quam credi poſſit feudum ad eam ſpectare non poteſt dicere agnatus, ſe pro certo habere tit. inueſtiturę, donec aliqua viget pręſumptio ad fœminā pertinere poſſe, adde tit. exceptionē debere eſſe breuiſsimę probationis, vt pręſcript. & ſimiliū q̃ in cōtinēti offertur *d. l. fin. C. eo.* ſecus in hac q̃ a pōt excludi hęc exceptio pbabilitatē cōſuetud. &c. & iō nō eſt cōcludēs probatio.

61 Ad ſeptimum dicendum † eſſe immittendum agnatum vi inueſtituræ, quando ea non redditur dubia ab ijs quæ à fœmina allegantur, ſi enim for tè eſſet capax ſtaret inueſtitura pro fœmina non pro agnato.

Aduerſus negatiuam tenentes reſponden. intelligend. iuxta diſtinctionem propoſitam, quod ſi aliqui ſimpliciter negatiuā teneant nō admiſſa diſtinct. in erronea eſſe ſentētia cū longè plures in contrariū iuerint, quos rectius ſentire credendū vr.

62 Ad primū, † vel reſponden. licet nō detur legitimus contradictor qui per modū exceptionis directè contradicat, dari tñ indirectum contradictorem, qui nēpè vigore inueſtituræ poſſeſs. prætendat, cui ea tribueretur fœmina excluſa, niſi ea ſuā capacitatē allegans prob. bili aliqua rōne munita quæ dubiū reddat Iudicē, in poſſeſs.

63 obtinēda præualeat, vel ſecūdo † reſpōd. non poſsidentē tunc eſſe legit. contradictorem qñ ſcilicet congruo munitus tit. allegationeq. aduerſarij ſuſpecta, vel irrita reddita nondum poſsidenti cōtradicit, iuxta tradita ſup. in 6. pro negatiua argum.

64 Ad ſm̄ reſpon. † non eſſe opus, vt in petitorio declaretur rē ad hęredē nō ſpectare qñ ab initio præſūptione incōcuſſa de alieno iure, & nō iure hęredis apparet, iō argūi procedere, quando præſumptio aduerſus hæredē eſt infirmata per allegationem coloratæ rationis, quæ Iudicem reddat dubium, tunc enim, quia non abſolutè

conſtat

conſtat de incapacitate hæredis non eſt priuandus iiſ, quæ ad defunctum ſpectabant, donec in petitorio conuictus, & manifeſtè apparuerit de hæredis incapacitate.

65 Ad tertium dicendum † in poſſeſſorijs venire quæcunque ad defunctum ſpectabant nuda detentione, quando non eſt ab initio manifeſtum ad quem pertineant, ſed aliqua diligenti indagine eſt opus, quæ enim requirunt altam indaginem non morantur immiſsionem, ſecus ſi plene conſtet ad quem bona à teſtatore detenta pertineant, in claris enim, & apertis quod vnius eſt alteri non tribuendum, conſtat autem ad agnatos feudalia pertinere non ad fœminas incapaces, niſi capacitatem allegantes aliqua ratione haud impoſsibili munitam, dubium reddant Iudicem, ideo argumentum concludit ſuppoſita allegatione probabilis rationis, ſecus ea remota.

Ad quartum dicimus in quæſtione ſupponi habiles terminos nempe conſtare contradicentes fœminæ eſſe proximiores agnatos, & tales ad quos fœmina excluſa, feuda ſpectarent, in quantum vero dicebatur præſumi minorem ſeruitutem, &
66 eſſe feudum potius fœmineum † animaduertendum minorem ſeruitutem præſumi inter plures diuerſi generis ſeruitutes, aſt certo ſeruitutis genere ſuppoſito eæ cõditiones præſumi debent, quæ tali ſeruituti magis propriè conueniunt, magis autem proprium feudi eſt, eſſe fœminarum excluſiuum cum regula ſit ſupra late firmata, in dubio fœminas a feudis excluſas præſumi, nihil facit rem potius libellarij, quam feudalem præſumi, niſi ſimus in diuerſo genere ſeruituris, at in re noſtra ſupponimus certam feudi ſeruitutem, deinde quid de conditionibus, ſeu qualitatibus.

Ad quintum reſpondetur fœminam non ideo obtinere, quod fatebatur libellarium cum admittatur etiam in ea, quæ ad contradictorem ſpectant, ſed quia cõtradictor allegabat falſam rationem nempè feudum eſſe cum libellus eſſet; ſi enim agnatus dixiſſet prædium libellarium, & fœmina id fuiſſet falſa, non inquit tex. fœminam immittendam quemadmodum ſi fuiſſet faſſa eſſe feudum nõ inquit immittendam, ſed ſi à contrario textum ponderemus, totum oppoſitum concludit.

Quod vero in quinto argumento de opinione *Pariſ. conſ. 98. num. 15. par. 2.* refertur rectè concludit in terminis propoſitæ diſtinctionis.

67 Ad ſextum † reſpõdendum in quantum feudum erit tempore quo de poſſeſsione dubitatur ſaluum, impoſterum nõ amplius teneri hæredem de detrimento, aut peremptione, ſi quidem tenetur tantum de dolo, aut culpa defuncti, vel ſua in quantum vero viuente defuncto fortè deterius euaſerit, habebit quidem hæres actionem aduerſus deterius reddentes, quia cum ille teneatur, eius intereſt dari actori, non tamen ſequitur, vt pro ea parte, qua feudum ſaluum quicquam prætendere poſsit cum pro illa parte nullum detur illius intereſſe.

Ad confirmationem animaduertendum teneri hæredem præſtare bona feudalia agnatis, vel domino feudi, quando per eos non fit, quin hæres ea præſtare poſsit, At quando agnati, vel dominus directus contradictores impediunt, quominus hæres poſſeſsionem feudi obtineat, ſunt in cauſa, quominus ea conſignare queat, ideo non tenetur hæres ad talia feuda conſignanda.

Ad ſeptimum facilis reſponſio DD. affirmatiuam ſententiam tenentes eſſe intelligendos iuxta propoſitam diſtinctionem; multi enim ſatis opportunè eam indicant, alij vero ſi non indicant, ſaltem non contradicunt quod ſi aliqui ab ea eſſent apertè alieni, in erronea eſſe ſententia videtur aſſerendum.

SVMMARIVM ſecundi Articuli.

68 *Remedium legis noſtræ habet locum in omnib. bonis quæ detinebãtur à teſtatore tẽpore mortis quãuis neq; de his teſtari poſſet, et eſſent perſonalia, ita vt quantũ ad proprietatẽ nullo mõ ad heredẽ tranſire poſſint. Declara, vt num. 75. & 76.*

69 *Agnatos non poſsidentes ſuam tamẽ intentionem fundantes non ſolum in eo, quod conſtet bona eſſe feudalia, verum etiam in eo quod ſint talia ad quæ fœmina admitti nequeat, idque incontinenti ſe probaturos offerentes eſſe legitimos contradictores nonnulli tenent.*

Contrarium tamen eſt verius quam opinionem tenent relati, nu. 74.

71 *Doli mali exceptio admittitur aduerſus legis noſtræ beneficiũ, quando certum eſt illud intentantem bona ſtatim reſtituturum.*

72 *Lex non debet eſſe iniquitatis vinculum.*

73 *Agnati vi ſuæ inueſtituræ in rebus feudalibus ſunt immittendi, vbi nullus dubitandi locus eſt relictus an inueſtituræ ſufficientes ſint pro agnatis ad excluſionẽ aduerſariorũ.*

73 *Exceptiones de dominio, & iure excipientis, et de non iure aduerſarij, quando ſunt incontinenti liquidabiles admittuntur in poſſeſſorijs adipiſcendæ.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Quando agnati non poſsident, & non ſolum ſuam fundant intentionem in eo, quod bona eſſe feudalia conſtat, verùm ſe incontinenti probaturos offerunt, eſſe talia ad quæ fœmina admitti nequeat.

VIdetur negatiua ſententia tenenda nempè non eſſe contradictores.

68 Primò quia † cum vt hæres ſit immittenda in omnia bona, quæ à defuncto tempore mortis detinebantur, etiam ſi de ijs teſtari non poſſet, vt diximus de rebus commodatis, & depoſitis, quinimo in poſſeſſionem quoque eorum bonorum deuenire poſſit, quæ perſonalia erant, ita vt certum eſſet nullo modo ius aliquod ad heredem tranſire poſſe, vt ſunt bona in quibus ſolus vſusfructus defuncto competebat, ſequitur etiam in bona feudalia immittendam, ita vt nudem ſaltem detentionem poſt mortem defuncti obtineat, licet certum ſit nullo modo ius aliquod in eã tranſferri poſſe, ideo fruſtra aduerſus talem immiſſionem iuſtè prætenſam contradicunt agnati.

69 Secundo quia † hanc ſententiam videntur tenere *Rol. à Valle, conſ. 1. nu. 71. volum. 1. & Cacher. deciſ. 76. n. 21. & Laurentius Kirchouius commun. opin. Centuria 1 concluſ. 2.* qui in genere tenent non poſsidentem non eſſe legitimum contradictorem, & per conſequens poſſidente non dato immiſſionem impediri non poſſe quinimo communem eſſe ſententiam, vt non poſsidens in genere non ſit legitimus cõtradictor *tradit Kirchouius* in citato loco vt refert *Roſental. de feud. cap. 7. q. 52. in gloſſ. E.* eandem videtur tenere *Cacheran. deciſ. pedem. 26. nu. 21.* vbi ſtatuit ſi agnatus non poſsidet immiſsionem impedire non poſſe, ſi vero poſsidet & incontinenti probet feudum eſſe rectum, & fœminarum excluſiuum, neque quicquam boni fœminæ allegant tunc immiſsionem impediri.

70 In contrarium † eſt veritas ſunt enim legitimi contradictores,

Proba-

71 Probatur primo † quia vbi certum eſt petentem immiſsionem rei, eã ſtatim reſti-tuturum obſtat doli mali exceptio, quominus eam conſequatur, vt ſæpius monitum, aduerſus enim eum agentem obſtat exceptio aduerſus quem poſſidentem daretur actio, *l. vindicantem, ff. de except.* At certum eſt in terminis articuli propoſiti ſi fœmina poſſeſſionem obtineret ſtatim ad reſtituendum coactam fore, ergo &c.

72 Secundo, quia † lex non debet eſſe iniquitatis vinculum, neque calumnioſe agentes ſunt in iudicio admittendi, *l. meminerint, C. vnde vi, l. ſatis apertè C. ad l. Cornel. de falſ. Peregr. conſ. 73. nu. 18. uol. 1.* eſſet autem lex iniquitatis vinculum ſi fœminæ poſſeſſionem tribueret earum rerum quas nullo modo ad eam ſpectare eſt manifeſtum, calumnioſeq́. pro certo agit, qui rem petit, quam certum eſt nullo modo, aut iure ad eum ſpectare poſſe, præterquam quod circuitus inutiles ſunt euitandi, *l. dominus teſtamento, ff. de cond. indeb. clem. auditor de reſcript. non autem euitantur ſi fœminæ tribueretur poſſeſſio.*

73 Tertio quia † agnati ſunt immittendi, ergo excludunt fœminam, & per conſequens ſunt legitimi contradictores, conſequentia eſt per ſe nota. Antecedens probatur, quia non minus eſt fauorabilis immiſſio ſub titulo inueſtituræ, quam teſtamẽti, potiſſimum vbi nullus eſt relictus dubitandi locus, quin inueſtitura ſufficiens ſit, offerente inueſtito ſe omnia incontinenti probaturum neceſſaria, quæ ab initio nõ patent, ita vt perinde ſit, ac ſi ab initio omnia neceſſaria paterent, cum a qui parentur incontinenti probanda, & ea quæ ab initio appatent vt ſupra.

73 Quartò, quia † in poſſeſſorijs adipiſcendæ admittuntur exceptiones de dominio, & iure excipientis, & de non iure aduerſarij, quando ſunt incontinenti liquidabiles notant omnes in *hac l. noſtra, & in l. 1. C. quorum bonorum, & in l. ſi de vi, ff. de iudic. & in terminis noſtris tradit Peregr. conſ. 40. num. 56. vol. 1.*

74 Quinto, quia † ita ſentiunt à fortiori quicunque in primo articulo huius quęſtionis pro prima opinione ſunt relati, qui arbitrantur fœminam non eſſe immittendam, & agnatos eſſe legitimos contradictores quando ſolum conſtat bona eſſe feudalia, tanto enim magis hanc videntur tueri debere ſententiam, quando vlterius conſtabit eſſe talia ad quæ fœmina non admittitur, eandem opinionem tenent quicunque diſtinctionem in eiuſdem articuli determinatione propoſitam amplectuntur, ſi enim nolunt immitti fœminam, quando conſtat bona eſſe feudalia, & fœmina nihil boni pro ſe allegat idem profecto ſentiunt, quando agnatus incontinenti eſt probaturus fœminæ nullum ius competere poſſe, eandem quoque tenent plerique eorum qui in eodem articulo fœminam immittendam cenſent, nec ab agnato poſſe impediri; profitentur enim eam ſententiam veram, quia non ſufficiat conſtare, aut incontinenti probari bona eſſe feudalia, niſi etiam incontinenti probetur ad fœminas peruenire non poſſe, ſi igitur id quoque probatum fuerit, abſque aliqua contentione fatetentur fœminam non immittendam. Videantur huiuſmodi auctores in ſuperiori articulo citati; non enim hic repetẽdos teor, eo magis quia numero, aut congerie auctorum in hoc articulo non eſt opus, cum in apertis eius terminis nullus ſit qui ab hac ſententia recedat, vt rectè *Roſſental. d. feud. cap. 7. concluſ. 52. num. 1.* in illis verbis, quæ limitatio omnium conſenſu, & nemine penitus diſcrepãte approbata eſt, non enim pro contraria parte ſupra allati in terminis articuli noſtri ſunt intelligendi, vt in reſponſionibus attingemus, videatur *Peregrin. conſ. 4. numero 55. uol. 1.* qui plures huius ſententiæ Auctores in puncto refert.

75 Ad primum reſpondendum † hæredem immittendum in omnia quæ à defuncto detinebantur in quibus certum eſt nullum, ius ad hæredem tranſire poſſe, quñ cõcurrit hæres cum contradictore directo, ſc per formam exceptionis opponẽte, ſecus vero ſi concurrit cum eo, qui indirectè petit immiſsionem fundando ſe in iure diuerſo ab hærede, vt in caſu noſtro contingit, vbi agnatus vigore ſuæ inueſtituræ immiſsionẽ prætendit, tunc enim, quia vnius incluſio, eſt alterius excluſio cũ duo non

poſſint dari eiuſdem rei poſſeſſores,l.ſi vt certo,§.ſi duobus vehiculum,ff.commod. incluſo agnato neceſſario fœmina excludetur.

76 Secundo, dicendum † hæredem immitti in bona, quæ haud certum eſt ad illum ſpectare; quando ab initio non planè conſtat ad quem iura proprietatis pertineāt, tunc enim, quia aliqua opus eſt indagine diligenti, interim non eſt impedienda im miſſio; ſecus quando planè ab initio conſtat ad quem iure proprietatis pertineant; conſtat autem ab initio feuda ad agnatum ſpectare, quando & fœmina fatetur feudum eſſe, & agnatus incontinenti ſe probaturum offert ad fœminam ſpectare non poſſe, cum æquipolleant, vt ſæpius dictum rem per ſe manifeſtam, vel incontinenti probandam.

Ad ſecundum reſpondendum præfatos Auctores tenere in contradictore formali, vbi directè, & poſſeſſionem poſtulat; ſecus in indirecto vi ſuarum inueſtiturarum immiſſionem petente.

Vel ſecundo firmare quidem regulam in communi, non tamen congruas limitationes negare, congrua autem limitatio eſt, quando non poſſidens venit titulo opportuno munitus ad contradicendum, hunc enim legitimum contradictorem ſæpe ſæpius repetitum.

SVMMARIVM Articuli tertij.

77 *Singula quæ non proſunt, nec cumulata iuuant. Contrarium habetur infra num.81.*

Conciliationem huius Brocardici, vide infra num 88.

78 *Poſſeſſio quæ ad defunctum pertinebat hæredi eſt tribuenda, neque ea priuandus donec planè, & omnino de illius incapacitate conſtet.*

Declara id intelligendum de poſſeſſione vacante non verò de ea quæ fuit legitimè occupata, vt num.89.

79 *Agnati poſſidentes, ſuamq; fundantes intentionem in eo ſolum, quod conſtat bona eſſe feudalia, quamuis non ſint incontinenti probaturi ad fœminam ſpectare non poſſe ſunt tamen legitimi contradictores aduerſus prædictam fœminam hæredem inſtitutam.*

Et ita tenent relati infra nu.87.

Fallit ſi agnati iniuſtè poſſeſſionem obtinuerint, & modo illicito, perinde eſt enim, ac ſi non poſſiderent, vt infra num.90.

Fallit ſecundo, quando ſumus in locis vbi fœminæ, ex conſuetudine, vel vi ſtatutorum ad feuda admittuntur, vt infra num.91.

80 *Vincula duo magis ligāt, quā vnum.*

82 *Actori incumbenti onus probādi rem ad ſe pertinere, alioqui ſuccumbit.*

83 *Poſſeſſionis commodum transfert onus probandi in aduerſarium.*

84 *Fauor vltimæ voluntatis non eſt ita extendendus, vt cuiquam fiat iniuria.*

85 *Poſſeſſio in iudicio legis noſtræ acquiritur ei qui legitimis modis potiora iura oſtendit.*

Caput primum, §.inter filiam, & §. defuncto milite tit. ſi de feud. fuer. controu. iterum ponderatur.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando agnati poſſident, & ſuam fundant intentionem in eo, quod conſtat bona eſſe feudalia, non tamen ſe probaturos offerunt feuda eſſe maſculina, & talia, quæ ad fœminas pertinere non poſſint.

NEgatiua ſententia videtur amplectenda, nempè non eſſe contradictores, aut aliquo modo eam impedire legitimè poſſe.

77 Primo, quia † quæ ſingula non proſunt, nec cumulata iuuant, *Bart. in l. 1. § ijdem Cornelio ff. de quæſtion.* At ſola poſſeſſio non prodeſt agnatis ad fœminam excludendam; vt in ſuperiori quæſtione determinatum art. 6. Ad hæc non prodeſt, quod conſtet bona eſſe feudalia, vt in hac quæſt. artic. 1. ergo neque proderit, ſi vtrumque coniungatur, poſſeſſio ſcilicet, & certitudo quod bona ſint feudalia.

Secundo, quia fœmina videtur probare omnia in hoc iudicio neceſſaria, vt obtineat nempè & teſtamentum, & defuncti detentionem, quæ duo ſola ſufficere antea ſtatutum, vt intentans hoc remedium obtineat.

Tertio, quia in hæredem transferuntur quæcumque ad defunctum pertinebant,
78 ideo † poſſeſſio ei tribuenda videtur, neque ea priuandus donec planè, & omnino conſtet eum incapacem eſſe, & ſic fuerit in petitorio conuictus iuxta ea, quæ ſupra tradita ſunt in eadem quæſtione, art. 1. argum. 2. pro negatiua.

Quarto, Quia ita tenet *Brunus conſil. 1. num. 4. & 12. Rol. conſ. 2. num. 31. vol. 3. Alex. in l. noſtra, & Curt. num.* 48.

79 In contrarium † eſt veritas nimirum agnatos poſſidentes eſſe contradictores legitimos, Probatur autem.

80 Primo, † quia duo vincula magis ligant, quam vnum, *l. cum in adoptiuis, verſic. ſi verò vbi not. C. de adopt. §. ſed hodie, Inſtit. de adopt.* At in ſpecie noſtra duo vincula concurrunt nempè, & poſſeſſio agnati, & quod conſtat bona eſſe feudalia, ideo quãuis ſi poſſideat, & non conſtet bona eſſe feudalia, non impediatur fœmina, quominus ex hac lege poſſeſſionem conſequatur, vt in ſuperiori quæſtione, art. 6. determinauimus, Deinde quamuis conſtet bona eſſe feudalia, & non poſſideant agnati non impediatur fœmina regulariter, quin poſſeſſionem conſequatur, nihilominus ſi vtrumque ſimul coniungatur, & poſſeſſio nempè agnati, & certitudo, quod bona
81 ſint feudalia immiſſio fœminæ impedienda videtur, eo magis quia † quæ ſingula non proſunt cumulata tamen iuuant, *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.*

82 Secundo, quia † actori incumbit onus probandi rem ad ſe pertinere alioqui ſuccumbit, *l. qui accuſare, C. de edend. cum vulgar.* At fœmina eſt actrix, cum aduerſarius iam ſit in poſſeſſione cõſtitutus, ergo ad eam ſpectat onus probandi bona ad ſe ipſam pertinere, ergo debet probare feudum eſſe fœmineum, eiusque ſe capacem eſſe, & per conſequens hoc ea non probante erit agnatus in ſua poſſeſſione manutenendus, & iuſtè dicetur fœminæ contradicere.

Tertio, quia ex parte agnati poſſidentis plures vigent rationes ob quas legitimè videatur contradicere, pauciores vero ex parte fœminæ ob quas videatur immittenda
83 non attenta contradictione. Si quidem ex parte agnati primo viget † poſſeſſionis commodum, quod regulariter transfert onus probandi in aduerſarium, *§. commodũ, Inſtit. de interdict.* ex quo fit, vt in pari cauſa melior ſit cõditio poſſidentis, *l. in pari, vbi Dec. Mayner. Cagnol. & alij, ff. de reg. iur.* Viget ſecundo præſumptio bona, vt ſunt feudalia eſſe talia ad quæ fœmina non admittatur, quàm præſumptionem ſupra firma-

firmauimus in hac quæſtione artic. 1. in primo argumento, ex parte autem fœminæ
84 viget tantum † vltimæ voluntatis fauor, cuius gratia legis noſtræ beneficium introductum, quod tamen non eſt extendendum, vt cuiquam fiat iniuria, & vt quis teme-
85 re ſua prouiſione priuetur, cum † præſertim in hoc iudicio ei poſſeſſio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura oſtenderit per textum legis noſtræ, verſiculo ſin autem, Si igitur agnatus aduerſus fœminam petentem immiſſionem eſt manutenendus, conſtat legitimum eſſe contradictorem.
86 Quarto, quia † textus *in c.* 1. §. *inter filiam, &* §. *defuncto milite*, ſæpius pro fœmina allegati apertè loquuntur, quando agnati, aut dominus directus non poſſidet, & fœmina negat bona eſſe feudalia, ſecus ergo ijs poſſidentibus, & fœmina non negante bona eſſe feudalia.
87 Quinto, quia † infraſcripti Auctores ita ſentiunt.

Primo quicunque agnatos etiam non poſſidentes legitimos eſſe contradictores tenent, quorum pleroſque enarrauimus in hac eadem quæſtione art. 1. octauo argumento, Si enim agnatos non poſſidentes legitimos eſſe contradictores ſentiunt, & ſic eo ſolum mouentur, quod bona ſint feudalia, quanto magis ſuppoſita etiam agnatorum poſſeſſione idem aſſerent?

Secundo, Quicunq; agnatis poſſidentibus fœminam non eſſe immittendam tenent, etiam ſi non ſit certum bona eſſe feudalia, ſi enim eo ſolum, quod agnati poſſident immiſſionem, fœminæ negant, quanto magis ſi & poſſideant, & conſtet bona eſſe feudalia idem arbitrabuntur huius ſententiæ auctores enumerauimus in ſuperiori quæſtione, artic. 6.

Tertio, Aliqui in ſpecie, qui illis poſſidentibus, ſi conſtet bona eſſe feudalia fœminam immittendam negant, huiuſmodi *Vueſemben. conſil.* 1. *num.* 26. qui agnato poſſidente fœminam non eſſe immittendam ſtatuit, niſi dubitetur ſit res allodialis, an feudalis necne, & hanc eſſe communem ſententiam affirmat, quare cum in ſpecie noſtra non dubitetur, ſed certum ſit feudalia eſſe non immittenda ſentit, *Dec. quoque conſil.* 517. *nu.* 8. vbi maſculo in poſſeſſione exiſtente non vult fœminam immitti, niſi dubitetur ſitne res feudalis, an allodialis necne, *Iaſon. conſil.* 152. *nu.* 8. *vol.* 4. expreſsè vult agnato poſſidente ſi conſtet eſſe feudum fœminam non immitti, *Alciat. conſil.* 257. *num.* 7. *in antiquis, vel conſil.* 43. *num.* 12. *vol.* 5. *idem videtur ſentire Garzon. in tract. de fœminis ad feuda recipiend. col.* 25. *verſic. vigeſimo ſexto reſtringitur, & Brun. conſil.* 18 *in cauſa vertente nu.* 12. ita quoque tenent quicunque, *d. c. inter filiam, & c. defuncto milite*, rationem eam ſentiunt, quia bona in dubio allodialia præſumuntur, ceſſat enim hæc ratio vbi plane conſtat eſſe feudalia.

88 Ad primum reſpondendum † regulam, quæ ſingula non proſunt &c. eſſe brocardicam, eiuſque diſtinctionem hanc afferendam, aut quæ ſingula non proſunt nullo modo proſunt, nequidem tamquam cauſæ partiales tendentes ad eum de quo agitur effectum producendum, & vera eſt negatiua ſententia, Si vero ſaltem proſunt, vt cauſæ partiales tendentes ad eum de quo agitur effectum producendum, licet ſingulæ ſeparatim, vt minus ſufficientes, effectum de quo agitur producere nequeant, coniunctæ tamen ſi tot vniantur, quot neceſſariæ, vt vnitæ vnicam totalem cauſam conſtituunt affirmatiua ſententia eſt vera, Res ſit manifeſta huiuſmodi exemplo, Duæ Mulæ ſi ſeparatim conſiderentur, & ſingulariter lecticam ferre nequeunt, nec vna enim, nec altera feret, ambæ vero opportunè geſtabunt, quia ſingulæ tanquã cauſæ partiales concurrunt, ambæ vero vt cauſa totalis, hinc videmus vbi iudicandum ex varijs coniecturis multæ coniecturæ ſimul iuuant, quæ ſingulæ non prodeſſent, ita *Natta conſil.* 460. *num.* 22. *in fin.*

Ad ſecundum reſpondendum fœminam probare ſibi incumbentia quantum ad actionem inſtituendam, verum quia ex aduerſo manifeſta ſunt, quæ conferunt ad exceptionem pro actione elidenda, fœmina ſuccumbet, niſi replicationem

rectè

rectè inſtruat ad exceptionem elidendam, & niſi probet ſe feudorum capacem.

89 Ad tertium † poſſeſſionem rerum vacantium ad hæredem pertinere, At rerum, quarum poſſeſſio legitimè fuerit occupata nequaquam, quia talis poſſeſſor eſt legitimus contradictor, *Bartol.in l.cum ſolum in fin.ff. de vſucap. Bald. in l.fin. quæſt.5. verſ.quinto opponendo,* allegans *tex. in l.ſi ſtrelas, §.fundum, ff. de contrahen. empt. Curt.iun. hic num.72. & cum.* in pari cauſa potior ſit conditio poſſidentis, vt ſupra tanto magis, quia in agnato cumulantur poſſeſſio, & dominium ſaltem præſumptũ, *Curt iun.hic in l.noſtra,nu.72.* cum enim præſumptio ſit fœminas in feuda non ſuccedere conſtat dominium rerum ad agnatos ſaltem præſumptiuè ſpectare, Ideo dicuntur habere ius fortius, vt tradit *Socin.in l.rem,quæ nobis in quæſt.91.verſic.circa ſecundum,& Dec.conſ.517.num.8.* quinimo ius proprietatis abſorbet poſſeſſionem, *c.cum dilectus extra de cauſa poſſeſſ.& propriet, Abb.in c.in conſultationibus in verſic.vltimo quæritur de iurepatron. Dec.conſil.517.num.8.*

Ad poſtremum dicitur Bruni, & aliorum in eo enarratorum ſententiam eſſe communiter reprobatam, & erroneam.

90 Fallit † tamen hæc ſententia primo ſi iniuſtè poſſeſſionem agnati obtinuerint, & modo illicito, perinde enim habendi ſunt, ac ſi non poſſiderent, nemini enim delictum, aut fraus patrocinari debet, *l.ita demum de recept.arbitris*, facitque ſæpius à nobis hæc firmata ſententia, Vitioſam poſſeſſionem non facere legitimum contradictorem, oportet enim contradicentem legitimè detinere, vt in textu, An autem, & quando agnati rerum feudalium poſſeſſionem iuſtè, vel iniuſtè obtineant, non eſt noſtri inſtituti perpendere; nimis enim extra propoſitam materiam vagaremur, Conſulantur qui de modis acquirendæ poſſeſſionis agunt, non enim de acquirenda poſſeſſione quantum ad legis noſtræ remedium ſpectat nobis tantum agendum propoſuimus.

91 Fallit ſecundo ſi † ſimus in illis locis vbi fœminæ ex conſuetudine, vel vi ſtatuti ad feuda admittantur, tunc enim perinde eſt, ac ſi agnatis poſſidentibus non conſtaret bona eſſe feudalia, quo caſu fœminam immittendam ſupra ſtatuimus quæſtione ſuperiori artic.6. nihil enim facit an conſtet feudalia necne, cum non minùs feudalium ſit capax, quàm allodialium, & hanc ſententiam tenuere *Dec. conſil.424. num.12. & conſil.467. num.12. Senatores Mantuani inter conſilia Montisferrati conſil.1.nu.55. Colleg.Bon.inter eadem conſil.Montisferrati conſil.14.nu.33. D.Hieron.Lucenſ.conſil.1.num.22.& 25. Rol.conſil.2.num.31.lib.3.*

S V M M A R I V M
Articuli quarti.

92 *Agnati quando poßident, & ſuam fundantes intentionem in eo, quod conſtat bona eſſe feudalia ſi ſe incontinenti offerunt probaturos bona ad fœminam ſpectare non poſſe, legitimi ſunt contradictores aduerſus dictam fœminam hæredem inſtitutam, & immißionem petentem.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Quando non ſolum ſuam fundant intentionem agnati, quod planum eſt bona eſſe feudalia, & poſſident, verum etiam ſe incontinenti probaturos offerunt ad ſeminam ſpectare non poſſe, vel ex forma inueſtituræ, vel ex alia cauſa.

92 AFfirmatiua † ſententia diſputatione omiſſa eſt amplectenda nimirum legitimos eſſe contradictores, & manutenendos, quam tenet *Gozad. d. conſ. 7. nu. 2.* qui tenet etiam agnatis non poſſidentibus *poſt Andr. de Iſern. Card. Alexandr. & Martinum Laudenſ.* Idem tenent *Zuccard. hic num. 486. poſt Campeg. intra conſilia Brun. conſ. 2. nu. 9. Port. Imol. conſ. 1. nu. 65. Oſaſch. deciſ. 26. nu. 3. & 14. Rol. à Valle conſ. 2. nu. 38. in fine lib. 3. Bero. conſ. 67. num. 64. verſ præterea illud lib. 1. Iacobin. à S. Georgio hic nu. 49. verſic. ſed quando, Menoch. d. remed. 4. nu. 381.* & ratio eſt, quia in iudicijs ſummarijs exceptiones de dominio, & proprietate admittuntur ſi incontinenti ſint liquidabiles, vt ſæpius monuimus.

Ampliatur, vt procedat etiam in ijs locis, vbi de conſuetudine ad feuda fœminæ admittuntur, ceſſat enim conſuetudo vbi vel forma inueſtituræ, vel aliud quidpiam opportunum contra conſuetudinem fœminas excludit.

SVMMARIVM Articuli quinti.

93 *Dominus directus / Agnati* } *quando conſtat aliqua caſtra eſſe feudalia, fœminamque non eſſe in ea immittendam, in eorum tamen territorio reperiuntur prædia, quæ fuerunt à defuncto poſſeſſa, ſi fœmina velit in ea immitti tamquam allodialia, Agnati verò aſſerant ea quoque eſſe feudalia, eiuſdemque conditionis, cuius prædicta caſtra ſunt legitimi contradictores aduerſus prædictam fœminam in illis caſibus in quibus feudalia præſumuntur, in illis vero in quibus feudalia non præſumuntur non ſunt legitimi contradictores.*

94 *Bona ſita in territorio caſtrorum feudalium an, & quando feudalia præſumantur remiſſiuè.*

95 *Poſſidere præſumitur ex titulo præambulo de quo apparet.*

96 *Poſſidere præſumitur titulo inueſtituræ quis, quando de inueſtitura, & eius poſſeſſione conſtat, nec de alio apparet titulo.*

97 *Inueſtitura facta de caſtrorum pertinentijs omnia comprehendit ſita in territorio caſtri.*

Contrarium verius nu. 109.

Declara, vt prima opinio procedat vbi inueſtitura exprimit in particulari bona cum ſuis finibus; ſecus ſi in genere, vt num. 106.

Quæ declaratio maximè vera eſt, quando intra prædictos fines adſunt alia bona ad particulares ſpectantia, vt num. 107.

Item eſt indubitata ſi verba inueſtituræ ſint prægnantia, addita tamen clauſula ad ipſas partes ſpectantia, vt infra num. 108.

98 *Poſſeſſione declarantur verba generalia inueſtituræ.*

Con-

Contrarium num. 110.
Declara tamen, vt nu. 111. *et* 112.
99 *Feudalia præſumuntur bona ſita in territorio caſtri ſi reperiantur à vaſſallo poſſeſſa.*
100 *Feudale præſumitur quicquid eſt intra fines caſtri.*
Contrarium infra num. 114.
101 *Poßidentis commodum transfert onus probandi in aduerſarium.*
102 *Inueſtitura ſtante cum clauſula prægnanti nempè cum terris pratis nemoribus, herbis, poſſeſſionibus, & omnibus iuribus, & pertinentijs agnati, vel dominus directus non ſunt legitimi cōtradictores aduerſus filiam petentem immißionem in bona ſita in territorio caſtri feudalis, tanquam allodialia, quãuis fateatur caſtrum ad ſe non pertinere.*
103 *Replicationem non tenetur actor probare, quando ſuam intentionem fundauit, donec reus ſuam exceptionem probauerit.*
104 *Bona eſſe feudalia non ſufficit allegare niſi probetur ad excludendum agentem legis noſtræ beneficio.*
105 *Bona in dubio præſumunt̃ allodialia.*
106 *Bona præſumuntur feudalia quando conſtat apertè, vt talia fuiſſe antea poſſeſſa, & nunc venit aliquis, qui contradicat, ſecus ſi non conſtat antea fuiſſe, vt feudalia poſſeſſa, & ſumus in principio negotij.*
113 *Argumentum deſumptum à ſitu bonorum intra fines caſtri non eſt tutum ad probandum ea eſſe feudalia.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando conſtat aliqua caſtra eße feudalia, & talia in quæ fœmina non ſit immittenda, in territorio tamen horum caſtrorum prædia reperiuntur, quæ fuerunt à defuncto poſſeſſa, in quæ tanquam allodialia velit fœmina immitti, contradicant vero agnati, aut dominus directus aſſerentes eſſe feudalia euiſdemque conditionis, cuius prædicta caſtra.

PEndet huius articuli determinatio à ſatis ampla quæſtione, An, & quando bona
93 ſita in territorio caſtrorum feudalium præſumantur feudalia, vel allodialia, † ijs enim caſibus, quibus feudalia præſumuntur, idem erit dicendum, quod de caſtris feudalibus, nimirum agnatos eſſe contradictores, ijs vero, quibus allodialia præſumentur idem dicendum quod de allodialibus, nimirum non eſſe legitimos contradictores, hos autem caſus explicare magis ad proprium feudorum, vel ad vniuerſalem coniecturarum tractatum pertinet, ideò eorum explicationem omittimus, Vi-
94 deatur † de hac materia *Bald. in c.* 1. *de Capitaneo qui veniam vendiderit, nu.* 6. *cum pluribus ſeqq. Ruin. conſ.* 22. *nu.* 7. *verſ. quanto magis, & conſ.* 40. *nu.* 13. *&* 14 *vol.* 1. *Idem Ruin. conſ.* 108. *nu.* 22. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 27. *nu.* 4. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 517 *nu.* 9. *Crauetta conſ.* 55. *nu.* 9. *& in reſponſ. pro genero latiſſimè num.* 426. *Brunus conſ.* 1. *Menoch. in tractat. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 101. *num.* 10. *&* 41. ne tamen prorſus hanc materiam ſubterfugere videamur vnicam quæſtionem iuxta quandam determinatam facti ſpeciem in Rota Romana deciſam examinabimus, à cuius determinatione quid in ſimilibus, vel contrarijs ſentiendum videatur facile viri ſtudioſi, & prudentes percipient, fuerat quidam in caſtro inueſtitus, erantque verba inueſtituræ

præ-

prægnantiſſima nimirum cum clauſula, Cum terris pratis, nemoribus, herbis poſſeſſionibus, & omnibus iuribus, & pertinentijs, Deceſſerat vaſſallus relicta filia hærede inſtitura, relictis agnatis, Is & Caſtrum feudale poſſidebat, & in eiuſdem territorio prædia, eo mortuo conuenerat caſtrum feudale eſſe, & filiam in illud non eſſe ex legis noſtræ beneficio immittendam. De prædijs in territorio ſitis controuerſia erat, fœmina immiſſionem prætendebat quaſi eſſent bona allodialia, agnati contradicebant quaſi feudalia.

Primo aſpectu videbatur reſpondendum pro affirmatiua agnatos eſſe contradictores, & impedire quominus fœmina immitteretur, quaſi dicta prædia eſſent feudalia, probatur autem.

95 Primo, quia † præſumitur quis poſſidere ex titulo præambulo de quo apparet, & per conſequens ex titulo inueſtituræ, niſi contrarium probetur, *l. quædam, vbi gloſſa in verbo ſufficiebat, & Bart. ff. de rei vendicat. l. 2. C. hoc titulo, Decian. conſil. 118. nu. 24. lib. 2. Curt. iun. conſ. 184. ſub nu. 8. verſic. ex iſta diſtinctione, Natta conſ. 460, nu. 22. & conſ. 514. nu. 31. & conſ. 520. nu. 6. & ſeqq.* Cum † igitur appareat de titulo

96 inueſtituræ, & de poſſeſſione defuncti præſumitur titulo inueſtituræ poſſidere, cum de alio titulo non appareat, ita in terminis noſtris determinat *Dec. d. conſ. 517. nu. 9. Pariſ conſ. 27. nu. 14. lib. 1. Curt. iun. conſ. 140. nu. 10. cum ſeqq. & conſ. 184. num. 8. in fine, & ſeq. Ruin. conſ. 108. ſub nu. 22. in fine verſic. ex quibus apparere dicitur, lib. 2. Goz. ad. conſ. 50. nu. 27. verſiculo ad ſextum, Aymon. conſ. 54. num. 9. Abbas conſ. 164.*

97 *num. 7.* † Quinimo quando facta eſt inueſtitura de caſtro, & additum eſt cum pertinentijs omnia comprehenduntur ſita in territorio caſtri, Vnde quemadmodum caſtrum eſt feudale ita, & ſita in ejus territorio *ad Iaſ. in l. quominus, num. 120. ff. de flumin. Corn. conſ. 321. col. penult. num. 8. vol. 4. Socin. conſ. 47. col. 2. & 3. vol. 1. Dec. conſ. 517. num. 9. Iſern. in c. 1. §. quadam tamen verſic. ea vero de contract. inter maſc. & fœmin. Canoniſta in c. cum ad ſedem, extra de reſtitut. ſpoliat. Bellon. qui enarrata refert conſil. 10. nu. 7.* At in illis quæ feudalia præſumuntur non immittitur fœmina, ergo &c. niſi probet non eſſe feudalia &c.

98 Confirmatur, † quia ex poſſeſſione declarãtur verba generalia inueſtituræ, *vt Alba conſ. 64. nu. 70. qui allegat Curt. iun. d. conſil. 140. nu. 20. & Pariſ. conſ. 27. num. 14. lib. 1.* Cum igitur prædia in territorio caſtrorum contenta poſſideantur, vt feudalia à reo, declarantur verba illa generalia inueſtituræ, vt videantur eorum virtute dicta

99 prædia in feudum conceſſa, Vnde ſentiunt aliqui, ſi † bona in territorio infeudati ſita reperiuntur ab eo poſſeſſa, feudalia præſumi ita ſentientes refert *Rolan. à Valle conſil. 46. num. 38. vol. 3.*

100 Secundo, quia † quicquid eſt intra fines caſtri præſumitur feudale, *Ruin. conſ. 22. nu. 7. verſic. quanto magis, vol. 1. & conſ. 40. num. 14.* Cum igitur huiuſmodi prædia ſint intra fines caſtri, præſumentur feudalia, & per conſequens fœmina non erit immittenda.

101 Tertio, quia † agenti regulariter incumbit onus probandi, *l. qui accuſare, C. de edend.* cum alijs deductis in ſuperiori articulo, commodum enim poſſeſſionis transferre onus probandi in aduerſarium, *§. commodum, Inſtit. de interdict.* cum ſimilibus, & in terminis noſtris hoc voluit *Dec. conſil. 517. col. fin. num. 6. verſ. & non videtur, quem refert Bellon. d. conſ. 10. nu. 7. in fine. Idem Dec. conſ. 146. col. 5. Barbat. conſ. 17. præclarè col. 11.* At fœmina agit cum aduerſarius poſſideat, ergo debet probare bona eſſe allodialia, at id non probat fœmina in his enim terminis quæſtio diſputatur, quinimo neque videtur probare poſſe, cum probatio huiuſmodi requirens altiorem indaginem non ſit ventilanda in ſummarijſſimo poſſeſſionis iudicio, ſed in petitorium ſit transferenda, ergo &c.

102 Contrarium † fuit dictum *à Rota in vna Aſtenſi feudi 27. Aprilis 1584. coram Bubalo.*

Pro-

Probatur autem talis deciſio.

Primo, quia quando actor habet fundatam intentionem ſuam, reus tenetur con-
cludenter probare ſuam exceptionem, quemadmodum enim reus non tenetur pro-
103 bare ſuam exceptionem, quouſq; actor ſuam probauerit intentionem, † ita nec actor,
cuius intentio eſt fundata, tenetur aliquid probare ad elidendam exceptionem rei;
quouſque exceptio ſit bene probata, vt bene declarat *Aegid. deciſ. 67. num. 4.* At fœ-
mina quæ eſt actrix bene fundauit ſuam intentionem quando probauit teſtamentũ,
in quo extat inſtituta, & poſſeſſionem teſtatoris, neq; reus probauit ſuam exceptio-
nem nempè bona hæc eſſe feudalia, quod probatum oportuit, non. n aduerſus agen
tem legis noſtræ beneficio ſufficit allegare bona eſſe feudalia niſi probetur *ad tex. in
cap. 1. §. inter filiam, & §. defuncto milite, & ibi DD. ſi de feud. fuer. contrauerſ. cum
alijs allegatis per Duen. reg. 309. num. 8. & late Cephal. conſ. 387. num. 8. cum ſeqq.*
Cum igitur fœmina rectè fundauerit ſuam intentionem, reus vero non fundaue-
rit ſuam exceptionem, ſequitur fœminam immittendam non attenta aduerſarij
contradictione.

105 Confirmatur, † quia fœmina habet regulam pro ſe, bona enim in dubio præſu-
muntur allodialia, & non feudalia, *c. 1. vbi gloſſ. 1. de controuerſ. inter maſcul. & fæ-
min. vbi DD. Alex. conſ. 129. num. 1. lib. 1. cum alijs ſupra deductis*, erit igitur in hæc
bona tanquam teſtamenti allodialia immittenda.

106 Ad primum reſpondetur † illam opinionem, vt ex verbis prægnantibus inueſti-
turæ, & ex poſſeſſione bona præſumantur feudalia, procedere vbi inueſtitura expri-
mit bona in particulari cum ſuis finibus, ſecus ſi in genere, qua illa expreſſio genera-
lis non fundat intentionem niſi melius probetur bona in particulari eſſe compre-
henſa, vt bene in his terminis deducit *Brun. conſ. 1. nu. 2. & 3. quem ſequuntur Nat-
ta conſil. 514 num. 29. cum ſeqq. & conſil. 520. num. 5. Aymon conſil. 54. ſub num. 9. &
conſil. 253. nu. 7. Boſſ. in practic. crimi. tit. princ. nu. 253. circa finem, Rolan. conſil. 82.
num. 10. vbi de communi, & ſeq. lib. 2. & conſil. 98. nu. 16. & num. 25. lib. 3. vbi aſſerit
extare communem Doctorum Scolam, & de communi etiam teſtatur Decian. conſ. 33.
107 num. 53. lib. 1.* vbi inquit, † quod ab eo nemo diſcrepat vbi intra fines adſunt alia
108 bona ad particulares ſpectantia, † quæ quidem ſententia maximè eſt tenenda, quan
do verba quidem inueſtituræ ſunt prægnantia, quæ dicat, cum terris &c. Verum
addita ſint verba illa, quæ vt plurimum addi ſolent ad ipſas partes ſpectantia, vt re-
cte *Aymon. d. conſ. 54. num. 9. in fin. & conſ. 293. num. 4. in fin. & nu. 5. Rol. d. conſ. 82.
nu. 18. lib. 2.* Huic argumento ita reſpondet plenè *Rota Romana in vna Aſtenſi feu-
di 27. Aprilis* 1584. *coram Bubalo*,

109 Id quod vero † dicebatur inueſtituram de Caſtro cum pertinentijs omnia com-
prehendere ſita in territorio caſtri animaduertendum in contrarium eſſe communẽ
opinionem, vt quamuis dicatur de Caſtro, & pertinentijs, omnia præſumantur allo-
dialia niſi aduerſarius probet bona de quibus contenditur eſſe de pertinentijs, vt
multis auctoritatibus probat *Bellon. d. conſil. 10. num. 11. verſic. nam primo.*

110 Ad † confirmationem reſpondetur Curt. iun. & Pariſ. illud non dicere ad quod
allegantur ab Alba, ſed bene firmare illam concluſionem quod quando in inueſti-
tura ſunt appoſita illa verba cum pertinentijs &c. omnia præſumi feudalia, quę con-
cluſio ab omnibus reprobatur, vt ſupra dictum, ita reſpondet *Rota in d. deciſ. Aſtenſ.
111 feudi 18. Iunij 1584. coram Bubalo*, † Et quatenus poſſeſſio declararet verba gene-
ralia inueſtituræ, intelligendum non de ea quę nunc intrat, & de cuius qualitatibus,
& conditionibus dubitatur, ſed de poſſeſſione anteceſſorum, Vnde diſtinctio *Bellon.
112 conſ. 10. nu. 14.* † Aut bona poſſeſſa fuerũt tamquam feudalia, & hoc apertè conſtat,
& nunc venit aliquis qui dicit allodialia, & tunc præſumuntur feudalia, quia poſſeſ-
ſionem declarat, Aut non conſtat antea fuiſſe, vt feudalia poſſeſſa, & ſumus in princi-
pio negotij, & tunc talis poſſeſſio non poteſt inferre rem eſſe feudalem, quam diſtin-

dum, & vna cum illo deuoluantur nulla ſeparatione, aut ſolutione facienda, an verò ſaltem talium acquiſitionum æſtimatio, ſit rependenda, ſi.n. feudales non euadant Agnati, aut dominus directus non erunt legitimi contradictores, ſi verò euadant feudales, vtique, Hoc igitur erit à nobis perpendendum, An ſint feudales necne.

Quartus, Quando fœmina petit immiſſionem in melioramenta quando fuit conuentum, vt omnes meliorationes feudales euaderent, atque finito feudo ad dominum directum deuoluerentur abſque aliqua pretij reſtitutione.

Quintus, Quando fœmina petit immiſſionem in melioramenta conuentione ſtante, ne vaſſallus feudum melius facere poſſit.

Sextus, Quando in confeſſo eſt melioramenta, vel ſeparanda, vel pretium reſtituendum, Dominus tamen directus iuſtam feudi poſſeſſionem obtinuit, vel etiam agnati ad quos meliorationes non pertinent,

SVMMARIVM Articuli primi.

1 *Poſſeſſorio iudicio non eſt admittendus is, quem certum eſt in petitorio nullum ius fouere.*

2 *Poſſeßionis nullum eſt commodum quando certum eſt aduerſarium in petitorio optimum ius fouere.*

3 *Immiſſio in bona etiam feudalia non eſt impedienda, aut retardanda, quando ſunt allodialibus permixta.*

4 *Bonorum feudalium, & allodialium diſcußio non eſt facienda in poſſeſſorio, ſed reſeruanda ad petitorium, quando ſunt ad inuicem commixta.*

5 *Altam indaginem requirentia, nec diſcutiūtur in iudicijs ſummarijs, nec faciunt legitimū contradictorē.*

6 *Feudalibus in bonis, vbi melioramenta dantur conceditur immiſſio hæredi etiam incapaci feudi, nec bona ab illo reuocantur niſi melioramentis ſolutis.*

7 *Poſſeſſionis commodū in quo conſiſtat.*

ARTICVLVS PRIMVS.

Quando conſtat aliqua in hæreditate dari bona feudalia in quibus fœmina ius non prætendit, ſunt tamen allodialibus coniuncta, & nondum ſeparatio, aut liquidatio eſt facta.

1 Videtur dicendum † legitimos eſſe contradictores, quia quando in confeſſo eſt quem in petiturio nullum ius fouere, neque in poſſeſſorio eſt admittendus; ſolet enim de poſſeſſorio agi gratia petitorij *ad l. ordinary iuris, C. de rei vendicat.* commodum enim poſſeſſionis in eo poſitum, vt aduerſario ſuum ius non probante res maneat apud poſſidentem, ceſſaret, *contra §. commodum, Inſt. de interdict.*

2 † Verum quando certum eſt ad quem in petitorio ius ſpectet, cum non poſſit contingere, vt actor in ſuo iure probando deficiat, nullum commodum ne quidem ſpe huiuſmodi poſſeſſorium continet, vnde fruſtra videtur immitti fœmina, nullum ex hac immiſſione commodum perceptura ſequitur ergo, vt iuſte, & opportune contradicant agnati ad eam excludendam.

3 In contrarium † eſt cōis interpretum ſnīa, qui arbitrantur quotieſcunq; in hæreditate reperiūtur aliqua bona allodialia, vel ſaltem dubitari poteſt, an aliqua eiuſdem hæreditatis ſint allodialia, vel feudalia non eſſe retardandam miſſionem in poſſeſſionem omnium bonorum, tam feudalium, quam allodialium, *ita Curt. iun. conſ.*

116 Secundo, quia † nihil certius eſt, quam fœminas ad feuda Eccleſiaſtica non admitti niſi conſuetudo ſingularis in Epiſcopatu, Abbatia, aut Præpoſitura extet *Roſental. de feud. c. 7. concluſ. 31. num. 7. ad fin.*

117 Tertio, quia † ſtatutis, & regulis laycorum non ligantur Eccleſiaſtici *ad Iaſon d. conſ. 152. num. 9.* ergo quamuis in prophanis fœminæ de iure admitti poſſint, non videtur idem ius habere locum in feudo Eccleſiaſtico.

118 In † contrarium eſt opinio *Roſental. c. 7. concluſ. 53. nu. 2.* qui nullum diſcrimen in hac re inter feuda Eccleſiaſtica, & ſecularia interponendum arbitratur, cui quidem ſubſcribendum reor, Probatur autem

119 Primo, quia † fœminæ in feudis Eccleſiaſticis maximè videntur admittendæ, cōſtat. n. eas admitti ad ea feuda ad quæ clerici admittuntur, pari. n. paſſu ambulant *not. in c. 1 ſi mutus, vel alias imperfectus, & in c. 1. de feud. fœmin.* plura adducuntur
120 in vna *Brixienſ. feud. 1. Iulij* 1592. *coram Card. Pamphil.* † At clerici, vt tales nullo modo cenſeri poſſunt excluſi à feudo Eccleſiaſtico; *Iaſon. conſil. 117. num. 4. vol. 4. Oſaſch. deciſ. 77. nu. 17. Nat. conſ. 600. nu. 23. Rol. conſ. 76. nu. 13. lib. 3. Et fuit pleniſſimè deciſum in d. Brixienſ. feud. 24. Aprilis* 1592. *coram Card.* Pamphilio.

121 Secundo, quia † frequentius continget feuda Eccleſiaſtica eſſe fęminea, quàm nō eſſe ad *Roſental. c. 7. concl. 53. nu. 2. verſic. ſed non video*, Si ergo in prophanis fœminæ admittantur, multo magis in Eccleſiaſticis admittentur,

Ad primum dicendum Menoch. errore lapſum, neque Iaſ. illud ſentire ad quod à Menoch. allegatur, hinc recte eum refellit *Roſſental. citato c. 7. q. 53. num. 2.*

Ad ſecundum eſſe quidem opus conſuetudine, vel conceſſione ſpeciali ad hoc, vt
122 fœminæ ad feuda Eccleſiaſtica admittantur; verum ferè † vbiq; eam dari conſuetudinem, ita vt vbique fœminæ ferè ad feuda Eccleſiaſtica admittantur, vt idem *Roſental. dict. c. 7. concluſ. 31.* quod ſi conſuetudo deficiat, nihilominus conceſſione ſpeciali facilius Prælatos fœminas ad feuda admittere, quàm in alijs per dominos ſeculares fuerint admiſſæ, *vt idem Roſental.* Vnde fit vt verum ſit quod ſupra in 2. argumento pro affirmatiua diximus frequentius contingere, vt feuda Eccleſiaſtica ſint fœminea, quàm alia.

Ad tertium licet ſtatutis ſecularium non contineantur Eccleſiaſtica non tamen ſequi quin proprijs ſtatutis, aut conſuetudinibus peculiaribus fœminæ admittantur ad feuda Eccleſiaſtica, quemadmodum in ſecularibus ijſdem modis admitti poſſunt.

QVAESTIO VIGESIMA.

AN dominus directus, vel agnati ſint legitimi contradictores, quando in confeſſo eſt bona eſſe feudalia, eorumque fœminam omnino incapacem, quæ licet bonorum quidquam ad ſe iure feudi ſpectare non prætendat ob aliquod, tamen aliud ius immiſſionem *ex l. noſtræ beneficio* prætendat, eamque petat, continent verò Articulos ſex.

Primus, quando conſtat aliqua in hæreditate dari bona feudalia in quibus fęmina ius non prætendit, ſunt tamen allodialibus coniuncta, & nondum ſeparatio, aut liquidatio eſt facta.

Secundus, quando ob ſolam melioramentorum rationem fœmina immiſſionem prætendit.

Tertius, qn̄ immiſſionem prætendit fęmina non in feudo principali, cuius ſe incapacē fatetur, ſed in quaſdam meliorationes tantum, & acquiſitiones factas feudo, vt feudo, nempe eo animo, vt euadant feudales, quas tales eſſe inter partes conueniat, Vis quęſtionis in eo conſiſtit, an tales acquiſitiones euadant feudales, naturamque feudi aſſumant; ita vt cum ipſo feudo ad quoſcumque tranſeant ad quos tranſit feu-

reſtituere, is enim reſtituit, quando poſſeſſionẽ obtinuit, pariter verò auferri, quando antequam poſſeſſionem conſequatur, expectat vt alter poſſidens auferat, præterea cum iure receptum ſit, vt competat legis noſtræ beneficium pro rebus, etiam de quibus non poterat defunctus teſtari, vt ſupra dictum quæſt. 19. num. 58. conſtat illud quoque cautum, vt competat pro rebus feudalibus.

Ad ſecundum reſpõdendum iure exceptionis repellere aliquem, importare poſſeſſionem repellentis, quaſi ſe in poſſeſſione tueatur, vnde ſequitur poſſeſsionem
25 primo à parte excipientis eſſe debere † nihil facit exceptionem non eſſe modum poſſeſsionis acquirendæ, animaduertendum enim hãc exceptionem referri ad obligationem proprietarij, qui non ipſo iure tenetur ad has meliorationes reficiendas, ſed tantum ope exceptionis, & ideo ſi dum rem vindicat non opponatur melioratio num exceptio, non poteſt Iudex illum condemnare ad earum æſtimationem, quamuis ei conſtet impenſas factas, vt rectè idem *Schrader. in loco in argumento citato*, non verò referri hanc exceptionem ad modum, quo melioramenta prætendens ea conſequi poſsit, certum enim eſt etiamſi non poſsideat iuſtè meliorationes prætendere, & tamen tunc nulla ei prodeſſet exceptio, vnde conſtat etiam actionem competere poſſe, vt etiam ſupra admonuimus.

Ad tertium dicendum non omnino maiorem vigere rationem, vt dominus immittatur, quam fœmina ſiquidem in ea quodam pacto videtur continuari poſſeſſio defuncti, licet enim verè noua poſſeſsionis acquiſitione ſit opus acquiſita tamen fingitur eadem cum priori, vnde videtur poſſeſsio, quaſi iuris fictione continuari, *vt ex Bald. & Ruin. adnotauimus quæſt. 19. nu. 39.* cum tamen in domino noua omnino requiratur; facilius autem † eadem poſſeſsio continuatur, quam noua acquiratur, *ad regulam legis patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. cum vulgar.*
26 nino requiratur; facilius autem † eadem poſſeſsio continuatur, quam noua acquira
27 tanto magis, quia regula eſt ſatis trita † poſſeſsionem defuncti ad hæredem transire debere, neq; ab eo auferendam, donec ius aliquod in re habet vt ſupra etiam adnotauimus *d. quæſt. 19. nu. 40.* Vnde re diligenter conſiderata plures rationes, & maioris ponderis ſuadent poſſeſsionem hæredi magis, quàm domino directo concedendam.

Ad quartum negandum fœminæ ſatis congruè conſultum ſi eidem negetur immiſsio, reperirentur enim caſus in quibus ratione melioramentorum competit quidem exceptio non verò competeret actio, *vt rectè Roſental. d. cap. 7. concluſ. 54. numero 6.* præterquam quod etiam ſi ſemper non poſsidenti actio competeret non tamen eodem modo eſſet conſultum, quo ſi concedatur immiſsio in poſſeſsionem,
28 plus † enim cautionis eſt in rem quam in perſonam, *l. plus cautionis, ff. de regul. iur. cum vulg.*

29 Ad quintum reſpondendum † acceſsorium quidem non trahere ad ſe principale formaliter, ſed quidem ſecum illud retinere poſſe, ſi valde connexa ſint, vt ſeparari nequeant, & acceſsorium ita firmiter radicatum, vt euelli nequeat, huiuſmodi ſunt melioramenta; adeo enim ad heredem meliorantis pertinent, vt nullo modo, non data æſtimatione ſint ab eo auferenda, ſed maximè eorum poſſeſsio ei concedenda, quamobrem cum a feudo nolimus ea ſeparari, neceſſe eſt, vt hæres feudum retineat, donec æſtimatio ſoluatur, & hoc eſt quod indicat tex. dum inquit. Aut patiatur ædificium auferri; quaſi dicat, aut patiatur melioramenta ſeparari, aut ſoluat æſtimationem, ſupple, ſi abſque ſeparatione feudum prætendat.

30 Secundo reſpondendum † meliorationes quidem ſecundum ſe conſideratas eſſe acceſsorium feudi, at conſideratas ad ius exigendi, & honeſtatem poſtulantem, vt ſuum cuique tribuatur nempè, & meliorationes melioranti, ſeu illius hæredi, & feudum domino meliorationes præſeferre ius à feudalibus rebus ſeparatum, in quibus maior æquitas poſtulat, vt melioranti debeantur, quam feudum domino ita enim alliciuntur homines ad res augendas, & meliores reddendas, quod valde

de Reip. intereſt, vnde quantum ad rem noſtram attinet non videntur acceſſorij, ſed principalis rationem habere.

SVMMARIVM
Articuli tertij.

31 *Feudo non videtur accreſcere, quod à vaſſallo feudo addictum eſt ſi tale ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit.*

32 *Quamuis feudo, vt feudo quæſitum.*

Contrarium verius, vt infra numero 63.

33 *Seruitus feudo acquiſita pars feudi euadit, ſi feudo vt feudo acquiſita.*

34 *Vaßallo, aut illius hæredi eſt reſtituendum precium rerum etiam inſeparabilium feudo adiunctarum.*

35 *Fundus non fit feudalis, aut hortus iuxta fundum, aut domum feudalem emptus.*

Declara, vt num.67.

36 *Aceeſſio diſcreta non fit feudalis.*

37 *Acceſſiones ſeparabiles ſpectant ad hæredem vaſſalli, inſeparabiles vero non ſpectant, niſi reſpectu precij.*

Declara, vt ſeparabilitas conſideretur iuxta voluntatem acquirentis; non verò rei naturam, vt numero 68.

38 *Acquiſitio facta ſub nomine dignitatis non facit res acquiſitas tranſire in feudum.*

Declara, vt num.69.

39 *Marchionibus donata, non tamen fiunt de Marchionia.*

40 *Donatum alicui ſub nomine dignitatis, puta Regię dignitati Regno acquiſitum dicitur.*

41 *Acquiſita feudo quamuis ei cedant, ſi tamen facto, & induſtria Vaſſalli fuerint acquiſita, & per eum, vel ad ius eorum ſupplicationum feudo vnita fuerint ſi ſundum deuoluatur ad dominum directũ per defectum generationis, aut ſeparanda, aut eorum æſtimatio ſoluenda.*

Declara, vt num.70.

42 *Vaſſallus meliorem feudi conditionem facere poteſt.*

43 *Quod intellige vt poſſit facere conditionem meliorem, feudi formaliter accepti, non materialiter, ita vt feudo deuoluto commodum ſpectet ad dominum non ad hæredes vaßalli.*

44 *Lex debet eſſe de dubitabili.*

45 *Burgenſatica res à vaßallo empta exiſtens in territorio feudali burgenſatica remanet in perſonam emptoris.*

46 *Fallit ſi poſtquam rem burgenſaticam emit de ipſa ſoluat ſeruitium per annos triginta.*

47 *Burgenſaticam rem vaßallus feudalem facere poteſt.*

48 *Burgenſaticam rem in reintegratione ſui feudi ponens inuentario bonorum feudalium eam feudalem facit.*

49 *Maioratui res adiecta ſi per ſe ſubſiſtat non ſequitur maioratum.*

50 *Etiam ſi ſit acceſſoria, ita ut res addita, & res maioratus vnica fiat.*

51 *Fallit ſi expreſſè, & ſcienter à poſſeſſore maioratus eo animo addita ſit,*

reſtituere, is enim reſtituit, quando poſſeſſionẽ obtinuit, patitur verò auferri, quando antequam poſſeſſionem conſequatur, expectat vt alter poſſidens auferat, pręterea cum iure receptum ſit, vt competat legis noſtræ beneficium pro rebus, etiam de quibus non poterat defunctus teſtari, vt ſupra dictum quæſt. 19. num. 58. conſtat illud quoque cautum, vt competat pro rebus feudalibus.

Ad ſecundum reſpõdendum iure exceptionis repellere aliquem, importare poſſeſſionem repellentis, quaſi ſe in poſſeſſione tueatur, vnde ſequitur poſſeſſionem
25 primo à parte excipientis eſſe debere † nihil facit exceptionem non eſſe modum poſſeſsionis acquirendæ, animaduertendum enim hãc exceptionem referri ad obligationem proprietarij, qui non ipſo iure tenetur ad has meliorationes reficiendas, ſed tantum ope exceptionis, & ideo ſi dum rem vindicat non opponatur melioratio num exceptio, non poteſt Iudex illum condemnare ad earum ęſtimationem, quamuis ei conſtet impenſas factas, vt rectè idem *Schrader. in loco in argumento citato,* non verò referri hanc exceptionem ad modum, quo melioramenta prætendens ea conſequi poſsit, certum enim eſt etiamſi non poſsideat iuſtè meliorationes prætendere, & tamen tunc nulla ei prodeſſet exceptio, vnde conſtat etiam actionem competere poſſe, vt etiam ſupra admonuimus.

Ad tertium dicendum non omnino maiorem vigere rationem, vt dominus immittatur, quam fœmina ſiquidem in ea quodam pacto videtur continuari poſſeſſio defuncti, licet enim verè noua poſſeſsionis acquiſitione ſit opus acquiſita tamen fingitur eadem cum priori, vnde videtur poſſeſsio, quaſi iuris fictione continuari, *vt ex Bald. & Ruin. adnotauimus quæſt. 19. nu. 39.* cum tamen in domino noua omnino requiratur; facilius autem † eadem poſſeſsio continuatur, quam noua acquira-
26
tur, *ad regulam legis patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. cum vulgar.*
27 tanto magis, quia regula eſt ſatis trita † poſſeſsionem defuncti ad hæredem tranſire debere, neq; ab eo auferendam, donec ius aliquod in re habet vt ſupra etiam adnotauimus *d. quæſt. 19. nu. 40.* Vnde re diligenter conſiderata plures rationes, & maioris ponderis ſuadent poſſeſsionem hæredi magis, quàm domino directo concedendam.

Ad quartum negandum fœminæ ſatis congruè conſultum ſi eidem negetur immiſsio, reperirentur enim caſus in quibus ratione melioramentorum competit quidem exceptio non verò competeret actio, *vt rectè Roſental. d. cap. 7. concluſ. 54. numero 6.* præterquam quod etiam ſi ſemper non poſsidenti actio competeret non tamen eodem modo eſſet conſultum, quo ſi concedatur immiſsio in poſſeſsionem
28 plus † enim cautionis eſt in rem quam in perſonam, *l. plus cautionis. ff. de regul. iur. cum vulg.*
29 Ad quintum reſpondendum † acceſsorium quidem non trahere ad ſe principale formaliter, ſed quidem ſecum illud retinere poſſe, ſi valde connexa ſint, vt ſeparari nequeant, & acceſſorium ita firmiter radicatum, vt euelli nequeat, huiuſmodi ſunt melioramenta, adeo enim ad heredem meliorantis pertinent, vt nullo modo, non data æſtimatione ſint ab eo auferenda, ſed maximè eorum poſſeſsio ei concedenda, quamobrem cum à feudo nolimus ea ſeparari, neceſſe eſt, vt hæres feudum retineat, donec ęſtimatio ſoluatur, & hoc eſt quod indicat tex. dum inquit. Aut patiatur ædificium auferri, quaſi dicat, aut patiatur melioramenta ſeparari, aut ſoluat ęſtimationem, ſupple, ſi abſque ſeparatione feudum prætendat.
30 Secundo reſpondendum † meliorationes quidem ſecundum ſe conſideratas eſſe acceſſorium feudi, at conſideratas ad ius exigendi, & honeſtatem poſtulantem, vt ſuum cuique tribuatur nempè, & meliorationes melioranti, ſeu illius hæredi, & feudum domino meliorationes præferre ius à feudalibus rebus ſeparatum, in quibus maior æquitas poſtulat, vt melioranti debeantur, quam feudum domino ita enim alliciuntur homines ad res augendas, & meliores reddendas, quod val-

de

de Reip. intereſt, vnde quantum ad rem noſtram attinet non videntur acceſſorij, ſed principalis rationem habere.

SVMMARIVM
Articuli tertij.

31 *Feudo non videtur accreſcere, quod à vaſſallo feudo additum eſt ſi tale ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit.*

32 *Quamuis feudo, vt feudo quæſitum.*

Contrarium verius, vt infra numero 63.

33 *Seruitus feudo acquiſita pars feudi euadit, ſi feudo vt feudo acquiſita.*

34 *Vaßallo, aut illius hæredi eſt reſtituendum precium rerum etiam inſeparabilium feudo adiunctarum.*

35 *Fundus non fit feudalis, aut hortus iuxta fundum, aut domum feudalem emptus.*

Declara, vt num.67.

36 *Acceſſio diſcreta non fit feudalis.*

37 *Acceſſiones ſeparabiles ſpectant ad hæredem vaſſalli, inſeparabiles vero non ſpectant, niſi reſpectu precij.*

Declara, vt ſeparabilitas conſideretur iuxta voluntatem acquirentis; non verò rei naturam, vt numero 68.

38 *Acquiſitio facta ſub nomine dignitatis non facit res acquiſitas tranſire in feudum.*

Declara, vt num.69.

39 *Marchionibus donata, non tamen fiunt de Marchionia.*

40 *Donatum alicui ſub nomine dignitatis, puta Regię dignitati Regno acquiſitum dicitur.*

41 *Acquiſita feudo quamuis ei cedant, ſi tamen facto, & induſtria Vaſſalli fuerint acquiſita, & per eum, vel ad ius eorum ſupplicationum feudo vnita fuerint ſi fundum deuoluatur ad dominum directũ per defectum generationis, aut ſeparanda, aut eorum æſtimatio ſoluenda.*

Declara, vt num.70.

42 *Vaſſallus meliorem feudi conditionem facere poteſt.*

43 *Quod intellige vt poſſit facere conditionem meliorem, feudi formaliter accepti, non materialiter, ita vt feudo deuoluto commodum ſpectet ad dominum non ad hæredes vaßalli.*

44 *Lex debet eße de dubitabili.*

45 *Burgenſatica res à vaßallo empta exiſtens in territorio feudali burgenſatica remanet in perſonam emptoris.*

46 *Fallit ſi poſtquam rem burgenſaticam emit de ipſa ſoluat ſeruitium per annos triginta.*

47 *Burgenſaticam rem vaßallus feudalem facere poteſt.*

48 *Burgenſaticam rem in reintegratione ſui feudi ponens inuentario bonorum feudalium eam feudalem facit.*

49 *Maioratui res adiecta ſi per ſe ſubſiſtat non ſequitur maioratum.*

50 *Etiam ſi ſit acceſſoria, ita ut res addita, & res maioratus vnica fiat.*

51 *Fallit ſi expreſsè, & ſcienter à poſſeſſore maioratus eo animo addita ſit,*

ſit, vt perpetuò ipſius maioratus efficiatur.

52 *Additamentum efficitur feudale, quando expreſsè additum fuit cum qualitate prioris rei.*

53 *Iurisdictio acquiſita non venit in Caſtro ad fauorem ſucceſſorum in eo, niſi acquirens expreſsè id dixerit.*

54 *Maioratus titulo præſcripta ad maioratum ſpectant.*

55 *Præſcriptio contractus, & pacti uim habet.*

56 *Maioratui ſeruitus empta maioratui accreſcit ſoluta eius æſtimatione.*

Et ſi empta fuit eo animo, vt maioratui perpetuo acquiratur accreſcit abſque precij ſolutione.

58 *Feudi antiqui naturam ſortiuntur de nouo acquiſita ſi vniantur per eum qui poſſit facultate regali, vel per modum meliorationis feudum augere.*

59 *Feudalia quolibet modo effecta, ſiue mobilia, ſiue immobilia ex eiſdem cauſis amittuntur ex quibus feudum, ſiue per ſe ſubſiſtere poſſint, ſiue non.*

60 *Bona vndecumque Regi obuenta cõuertuntur in corpus Regij patrimonij perindeq; habentur, ac ſi eßent numerata ab initio fiſcalibus in prædijs.*

61 *Feudo ſuperiori additum, abſque animo conſolidandi cum feudo non conſolidatur animo vero concurrente vbique.*

62 *Marchiæ pars non efficitur Arx noua Marchioni conceſſa, ſed inter Marchionis hæredes diuidenda, niſi nominatim Marchiæ oduretur.*

64 *S.e contrario titulo de inueſtitura de alien. fact. in vſibus feud. declaratur.*

65 *Acceſſoria ſui principalis naturam ſequuntur.*

66 *Feudo res acquiſita ſi voluntate acquirentis per ſe non ſubſtat, quia feudo vnita, vt per ſe non cenſeatur, ſiue natura ſua ſubſiſtat, ſiue non feudalis euadit, & commodum eius feudo finito ſpectat ad dominum directum, ſi verò voluntate acquirentis per ſe ſubſiſtat, ſiue natura ſua per ſe ſubſiſtat, ſiue non, non cedit omnino feudo, ſed vel ſeparanda, vel pretium reſtituendum.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Quando immiſſionem prætendit fœmina non in feudo principali, cuius ſe incapacem fatetur, ſed in quaſdam meliorationes tantum, & acquiſitiones factas feudo vt feudo, nempè eo animo, vt feudales euadant, quas tales eſſe inter partes conueniat.

1 VIs quæſtionis conſiſtit in eo, an tales acquiſitiones euadant feudales, naturamque feudi aſſumant, ita vt cum ipſo feudo ad quoſcunque tranſeant, & vna cum illo deuoluantur nulla ſeparatione, aut ſolutione facienda, an vero ſaltem talium acquiſitionum æſtimatio ſit rependenda, ſi enim feudales nõ euadant, agnati, aut dominus non erunt legitimi contradictores, ſi verò euadant feudales vtique.

que. Hoc igitur erit à nobis perpendendum, an ſint feudales, necne.

Primo aſpectu negatiua ſententia videtur tenenda bona huiuſmodi non fieti feu
dalia, ſed ſpectare ad commodum vaſſalli; & eius hæredum, ideo horum ratione, &
poſſeſſionem, & multo magis retentionem fœminæ concedendam, donec æſtima-
tio reſtituatur, Probatur autem.

31 Primo, *per † text. in §. econtrario de inueſtit. de re alien. fact.* in vſibus feudorum,
vbi habetur ſi quid feudo à Vaſſallo additum ſit, ſi quidem tale quod per ſe ſubſiſte
re poſſit, ideſt vt per ſe cenſeatur, vt prædium, id non accreſcit feudo, ecce res quæ-
ſita, & addita feudo non accreſcit feudo, ideo non fit feudalis, qnamobrem ad hæ-
32 redem vaſſalli finito feudo ſpectabit † neque videtur dicendum talem rem ſimplici
ter eſſe quæſitam non vero feudo, vt feudo. Videntur enim repugnare illa verba, ſi
quid feudo à vaſſallo additum, ex quibus colligitur non ſimpliciter rem emptam,
ſed feudo, & vt eſſet feudalis, fruſtra enim feudo fuiſſet addita, præterea loquitur
tex. de fundo eodem modo acquiſito, quo de ſeruitute; vtrumque enim complecti-
33 tur ſub illis verbis, ſi quid feudo à vaſſallo additum ſit, determinat autem † ſeruitu-
tem feudo, accedere, & ſicut partem feudi diſponendam, ita ut conſtet partem feu-
di euaſiſſe, quod tamen non eſſet dicendum, niſi feudo quæſita eſſet; loquitur ergo
etiam de feudo, feudo vt feudo acquiſita. Quod autem neque de ſeruitute quidem
niſi feudo, vt feudo queſita ſit, illud aſſerēdum, vt pars feudi euadat, probatur opti-
mè *per tex. in §. ſi vaſſallus tit. hic finitur lex, &c.* vbi determinat auctor, ſi vel do-
mus in feudo ædificata, vel ſeruitus feudo acquiſita, dominum debere æſtimationē
reſtituere feudo finito, vnde cum de ſeruitute idem dicat, quod de domo conſtat, ſi
non fuerit feudo, vt feudo quæſita non fuiſſe feudalem, & ad hæredem vaſſalli feu-
do finito pertinere, & quamuis in eodem tex. In fine habeatur quoſdam aliter de
ſeruitute ſentire, quaſi ea fiat abſolutè feudalis, etiam ſi non fuerit feudo, vt feudo
acquiſita priorem tamen ſententiam amplectitur auctor cum determinatè loquatur
in illis verbis, idem dico ſi precio ſeruitutem feudo acquirat, & ita *cum text. declarat gloſſ. ibi in verſic. ſoluat precium in fine,* vbi inquit, illi vero qui dicunt omnino
ad dominum pertinere ſine dubio ineptè locuti ſunt; eandem ſententiam confir-
mat auctoritas *Baldi Iſern. Aluar. & aliorum in tit. de inueſtitura, de re alien. fact.*
34 *Kip. reſponſ. 3. num. 6.* qui † ſentiunt hæredi vaſſalli refundendum precium rerum,
etiam inſeparabilium feudo additarum; hinc hos duos tex. coniungendo talis in
hac materia videtur diſtinctio conſtituenda, aut res fuit ſimpliciter quæſita feudo,
& tunc, ſiue per ſe ſubſiſtat, ſiue non nunquam fit feudalis, ſed ſemper precium re-
ſtituendum, §. ſi vaſſallus titulo hic finitur lex, &c. Aut fuit quæſita feudo, vt feu-
do, & tunc diſtinguendum, aut per ſe conſiſtere poteſt, & hoc caſu debet dominus
pati, vt auferatur, vel ſeparetur, vel precium reſtituere, aut per ſe conſiſtere nequit
cuiuſmodi ſeruitus, & fit pars feudi, ſeu vt inquit text. ſicut pars feudi diſponenda
eſt, vnde argumentum concludit, ea quæ per ſe ſubſiſtunt feudo, vt feudo quæſi-
ta non fieri feudalia, licet contrarium concludat in ijs quæ per ſe ſubſiſtere ne-
queunt.

Secundo rem videtur determinare, *Bald. in l. 1. quæſt. 6. verſic. 6. quæro, num. 6.*
35 *ff. de rer. diuiſ.* qui ſtatuit, † ſi quis iuxta fundum feudalem alium emerit in conſe-
quentiam illius, vel iuxta domum feudalem emerit hortum, non erit fundus, aut
36 hortus feudalis, & rationem addit † quia acceſſio eſt diſcreta, non concreta, quia
ſeparatarum rerum ſeparatum eſt dominium, ex qua ratione elicitur hęc præpoſi-
tio, acceſſio diſcreta non fit feudalis, at prædia per ſe conſiſtentia, licet feudo, vt feu
do quæſita ſunt acceſſio diſcreta; ergo prædia per ſe conſiſtentia licet feudo, vt feu-
do quæſita non fiunt feudalia, hinc iure merito idem Bald. in d. §. e contrario aduer
tit diſcretionem dominij inter feudalia, & allodialia, quaſi eo quod diſcreta ſunt,
& ſeparata, eorum quoque ſit diſcretum dominium.

Tertio

37 Tertio facit † regula in hac materia inſignis, Acceſſiones ſeparabiles ſpectare ad hæredem vaſſalli; inſeparabiles verò non ſpectare niſi reſpectu pretij, quam *tradunt Bald. Iſern. Aluarott. & alijin dict. §. econtrario, Bero. quæſtione 96. numero 4.* ſemper ergo acceſſiones ſaltem mediante æſtimatione ad fœminam hæredem ſpectant.

38 Quarto, quia † acquiſitio facta ſub nomine dignitatis feudalis non facit res acquiſitas tranſire in feudum, At acquiſitio ſub nomine dignitatis dicitur facta feudo, vt feudo, ergo acquiſitio facta feudo, vt feudo non facit res tranſire in feudum, Maior probatur ex auctoritate *Bald. in cap. primo, §. præterea Ducatus nu. 8. verſic. ſed quid ſi Marchionibus de prohib. feud. alien. per Federic.* vbi in-

39 quit † non ſequi, res ſunt donatæ Marchionibus, ergo ſunt de Marchionia, illud enim ſecundum eum requiritur vlterius, vt fuerint vnitæ Marchioniæ, quæ vnio non præſumitur, cum ſit facti, *ad l. in bello, §. facta. ff. de capt. & poſt limen.*

40 *reuerſ.* Minor vero probatur, † quia quando donatio eſt facta alicui ſub nomine dignitatis, puta Regiæ, dignitati, Regno res dicitur donata, *l. quod principi, ff. de legat. 2. l. annua, §. Attico, ff. de annu. legat. Ripa reſponſ. 3. de iure gent. num. ſecundo*, Idem ſi ſub nomine dignitatis feudalis dicatur feudo, vt feudo facta acquiſitio.

41 Quinto, quia † etiam quando acquiſita, & vnita feudo eidem cedunt, ſi tamen facto, & induſtria vaſſalli fuerunt acquiſita, & per eos, vel ad eorum ſupplicationem feudo vnita ſi feudum deuoluatur ad dominium directum per defectum generationis ad æſtimationem, aut ſeparationem ipſorum caſtrorum conſtat dominum directum teneri ita *Ripa d. reſponſ. 3. ſub num. 60. verſic. cæterum allegat cap. ſi vaſſallus hic finitur lex Conradi Gloſſ. Andr. de Iſern. Aluarottum, & aſſerit communem feudiſtarum, cap. primo, §. pro contrario de inueſtitura de re alien. fact.* Confirmatur argumentum, quia Ripa primo totis viribus contendit caſtra de quibus erat controuerſia non fuiſſe impliciter vnita Comitatui, ſed cum ea qualitate, vt tranſirent ad hæredes, & ſucceſſores quoſcumque quod aduerſatur naturæ appanagij de quo ille agebat, & ideo ſtatuit non fuiſſe effecta de dominio, & appanagio, ſecundo vnionem non fuiſſe pleno iure factam, ſed tantum quoad gubernationem, & protectionem, ideo vnitorum non eſſe eandem naturam, Tandem inquit ſi pertinacius quam deceat inſtetur, quod hęc caſtra vnita cedant Comitatui, (& ſic ſupponit non attendi reſponſiones ſupra allegatas, ita vt ea ſimpliciter vnita eſſent, & pleno iure) nemo negabat, quod facto, cauſa, & induſtria dominorum Comitum fuerint acquiſita, & demum ad eorum ſupplicationem Comitatui vnita hinc infert Ducatum deuoluto ad Regem per defectum generationis maſculinæ ad æſtimationem, aut ad ſeparationem ipſorum caſtrorum vnitorum, Regem teneri, vnde hæc præpoſitio ex mente huius actoris reſultat, feudo vnita ſimpliciter, & pleno iure, eidemque feudo cedentia eo deuoluto ad dominum, aut ſeparanda, aut diuidenda eſſe, aut eorum æſtimationem à domino hæredibus vaſſalli reſtituendam.

In contrarium eſt veritas, & communis DD. ſententia, vt ex eorum dictis infra referendis apparebit, probatur.

42 Primo, quia † certi, & indubitati iuris eſt vaſſallum poſſe meliorem facere feudi conditionem, vt aperte habetur *in d. §. econtrario de inueſtitura de re alien. facta.* At nullus alius videtur poſſe dari modus faciendi conditionem feudi meliorem præterquam acquiſitio feudo, vt feudo facta eo conſilio, vt res vnita eiuſdem iuris cenſeatur cum ea cui vnitur, fiatque eodem modo feudalis, igitur acquirere feudo, vt feudo facit rem feudalem, & vt eiuſdem iuris ſit habenda, ac feudum.

KK Neque

43 Neque dicatur † ſeudi conditionem meliorem fieri poſſe, hoc eſt rerum feu-
dalium materialiter acceptarum, non tamen ita vt commodum ad feudum
formaliter acceptum pertineat, nec meliorationis commodum ſpectet ad do-
minum, ſed tantum ad vaſſallum, & feudo deuoluto ad illius hæredes, hoc
enim non eſſet verè feudi conditionem facere meliorem, ſed propriam vaſſalli,
preterea nimis certum illud erat, eo modo poſſe vaſſallum feudi conditionem fa-
cere meliorem, neque aliquo iure id exprimente erat opus, cum quemlibet ſibi
conſulere poſſe, & meliorem ſuam conditionem facere, nemo ſanæ mentis in du-
44 bium reuocet, † vnde text. ille fuiſſet de re indubitabili contra *l. quod labeo, ff. de
carbon. edict.*

Secundo idem probatur auctoritate multorum iuris interpretum, & impri-
45 mis *Afflict. in d. §. e contrario, vbi*, poſtquam ſtatuit † rem à vaſſallo emptam,
vti burgenſaticam, exiſtentem tamen in territorio feudi, burgenſaticam rema-
46 nere in perſona emptoris, † limitat, vt non habeat locum, ſi poſtquam emit rem
burgenſaticam de ipſa ſoluiſſet ſeruitium per annos triginta, & rationem affert,
quia voluit dictam rem burgenſaticam facere feudalem, quod patet, quia eſt in
augumentum feudi, in quaquidem ratione admodum clarè exprimit, poſſe vaſ-
ſallum, ſi vellet emendo rem burgenſaticam facere eam feudalem, certum eſt au-
tem velle, quando feudo, vt feudo emit, neque dicatur id verum eſſe, ſi pro
ea præſtet ſeruitium ſpatio triginta annorum, vt *Afflict.* nam licet illud ſit princi-
pale dictum *Afflict.* ratio tamen, quam affert, cui nos innitimur, dicto eſt vni-
47 uerſalior † continetque concluſionem vniuerſalem, poſſe vaſſallum rem burgen-
ſaticam facere feudalem, quod clarius paulo inferius exprimit afferendo alium
modum à ſuperiori diuerſum, quo rem feudalem vaſſallus efficit, cui modo can-
dem affert rationem, quia poteſt rem burgenſaticam facere feudalem, verba
48 ſatis apertè rem determinantia ſunt huiuſmodi † ſit ergo cautus vaſſallus, quan-
do fieri facit reintegrationem ſui feudi, vt non apponat in inuentario bono-
rum feudalium bona burgenſatica, quod per appoſitionem videretur voluiſſe,
quod res illa efficeretur feudalis, quod facere poteſt vt ſupra dixi, quod tene-
menti. Idem tradunt *Pariſ. de Puteo in tractat. de reintegrat feud. capitulo cen-
teſimo nonageſimo quinto, incipit Baro. habens feudum, numero primo, & ſecun-
do, Balzaranus dicto §. e contrario, columna penultima, circa medium, vbi alios
adducit, Ioannes Garzias de expenſ. & meliorat. capitulo vigeſimoſecundo, nu-
49 mero quarto, & ſexto.* Molin. † *de primogenit. Hiſpan. libro primo, capitulo
vigeſimoſexto, ſub numero tertio, verſiculo quod nedum*, vbi poſtquam do-
cuit rem maioratui additam ſi per ſe ſubſiſtere poteſt, non ſequi maioratum,
50 neque ei cedere, & ampliauit procedere, † etiam quando res maioratui ad-
51 dita eſt acceſſoria, ita vt res addita, ac res maioratus fiat vna; limitat † tamen
niſi expreſsè, ac ſcienter à maioratus poſſeſſore addita ſit cum eadem qualitate
maioratus, & vt perpetuo ipſius maioratus efficiatur.

52 Idem, ſub numero quarto ſtatuit † additamentum effici feudale, quan-
do expreſsè adiectum fuerit cum qualitate prioris rei, & ita ſtatuit intelli-
genda iura dicentia, acceſſoria, & adiacentia naturam rei principalis in
omnibus ſequi, *lege ſi quando cum ſimilibus*, C. *de bon. vacan. libro de-
cimo.*

53 Idem *ſub numero ſexto*, dicit † iuriſdictionem acquiſitam non venire cum
Caſtro ad fauorem ſucceſſorum in eo, niſi acquirens expreſsè id dixerit, ac
voluerit, & ibidem loquens de gabellis acquiſitis ſubiungit, ſi eo animo ac-
quiſiuit, vt maioratus naturam ſequantur, id diſponere, & exprimere de-
bet.

Idem

54 *Idem ſub numero ſeptimo* ſtatuit † ſi quid præſcribatur ex titulo maioratus, &
tanquam res maioratus licet id ex errore facti proceſſiſſet, nec verè res ipſa res
maioratus ſit ad ſucceſſoris tamen eiuſdem maioratus, non ad eiuſdem, qui præ-
ſcripſit, hæredes pertinebit, ex quibus conſtat planè præſcripta titulo maiora-
tus ad illud ſpectare, Idem dicendum de acquiſitis pacto, ſi maioratui expreſsè
quæſita, cum † præſcriptio contractus, & pacti vim habeat, *Bald. conſil.315.*
columna prima, volum.3. in materia feudi. Freccia libro tertio, in quarta differ-
entia feudorum fol. mihi trigenteſimo vigeſimo ſeptimo, in fine & ſequenti idem
56 *numero duodecimo*, ſtatuit, ſi † ſeruitus pretio empta, ac impoſita fuit, dicendum
57 erit eam maioratui accreſcere ſoluta maioratus poſſeſſori æſtimatione † niſi eo pa-
cto empta fuiſſet, vt maioratui perpetuo acquireretur, tunc enim accreſcit ma-
ioratui, abſque precij ſolutione *Melchior Pala &c. parte prima, quæſtione deci-*
58 *ma, numero quadrageſimo primo*, vbi † admittit de nouo quæſita ſortiri naturam
antiqui feudi, ſi vnirentur per eum, qui poſſit facultatem regali, vel per modum
meliorationis feudum augere, *numero autem quadrageſimo ſecundo*, docet ſuffi-
cere in acquirente fuiſſe animum coniungendi, qui probetur ex eo, quod ſimul
cum feudo poſſeſſum ſit, & ſub vno nomine appellatum, & quod requiratur ali-
quis actus facti per quem appareat, quod res nouiter requiſita vnitur veteri
Schrader. de feud. in ſecunda part. nonæ partis principalis, ſectione ſecunda, ſub
59 *numero decimotertio, verſiculo hæc tamen concluſio tradit*, † bona mobilia, vel im-
mobilia, quæ quolibet modo feudalia effecta fuerint ex eiſdem cauſis amitti ex
quibus amittitur feudum, ſiue bona per ſe ſubſiſtere poſſint, ſiue non, & quotieſ-
cumque inueſtitura, vel recognitione, vel præſcriptione feudalia, & augumen-
tum veteris feudi effecta fuerint, ex quibus elicimus non ſolum per inueſtitu-
ram, ſed per ſolam recognitionem, & per ſolam præſcriptionem poſſe aliqua
fieri feudalia, & augumentum feudi, adeo quidem, vt iiſdem cauſis amit-
tantur, quibus feudum, neque ipſa, aut eorum æſtimationem feudo deuoluto
ad hæredes pertinere. Idem repetit *eadem ſecunda parte, nonæ partis principa-*
lis, ſectione quarta, in octaua quæſtione, ſub numero ſeptimo, verſiculo hæc tamen
concluſio Renát. Choppin. de dominio Franciæ, libro primo, titulo ſexto, per totum,
60 qui † ab initio quidem docet per confuſionem bona vndecumque Principi obue-
nientia conuerti in corpus Regij patrimonij, perindeque haberi, ac ſi ab initio fi-
ſcalibus in predijs numerata eſſent, idem de priuatorum patrimonio, eorumque
feudis tradit numero octauo, ſuppoſito animo confundendi in patrefamilias,
61 hinc ex feudiſtarum † ſententia determinat inferri quidem feudum ſuperiori ad-
ditum, cum eo non conſolidari animo patrisfamilias deficiente, ſecus igitur eo
concurrente, idem ex ſententia, *Bald. capitulo primo, §. præterea Ducatus de pro-*
62 *hib. feud. alien.* ſtatuit † nouam Arcem Marchioni conceſſam Marchiæ partem
minimè æſtimari, ſed inter Marchionis hæredes diuidendam fore, niſi nomina-
tim Marchiæ oduretur, nominatim, ergo odurata Marchiæ pars erit, dicitur au-
tem odurata, quando feudo, vt feudo fuit acquiſita.
63 Ad primum † reſpondendum, quod additum feudo ſimpliciter ſi per ſe ſubſi-
ſtere poſſit, non accreſcit feudo, ſi vero non additum ſimpliciter, ſed feudo, vt feu-
do totum oppoſitum, vnde *text. in d. §. e contrario*, quatenus dicit additum non
64 accreſcere intelligẽdus de re ſimpliciter addita, neque obſtat ponderatio, qua eli-
ciebamus loqui de re feudo, vt feudo acquiſita, quia ſtatuit ea quę per ſe ſubſiſte-
re nequeunt cadere in cõmodum feudi, animaduertendum.n. poſſe per ſe ſubſiſte-
re, vel nõ poſſe, nõ à rei natura, & loci, qualitate hanc deſumere, ſed ab intẽtione
acquirẽtis, ideo ſeruitus licet corporali rei adhęreat precio tñ empta habetur loco eo-
rũ, quę per ſe ſubſiſtũt, quia talis cẽſetur ex animo emẽtis, *d. §. ſi vaſſall.* ſtatuit. n.

eam rem per ſe ſubſiſtere poſſe, quæ per ſe cenſetur, ideo poſtquam dixit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit, ſe ipſum declarans, ſubnectit, ideſt vt per ſe cenſeatur, hoc eſt per ſe, & ſeparatim enumeretur, & recenſeatur, cenſeri enim nil aliud eſt, quā in cenſum, & numerum alicuius arbitrio deſcribi, & redigi, *vnde l. 12. tabul.* ita cautum erat Cenſores Populi æuitates, ſoboles, familias, pecuniasq; cenſentur, hinc cenſeri, eſt alicuius arbitrio æſtimari, & recenſeri, vnde rectè, in text. res per ſe ſubſiſtere dicitur, quæ à domino talis cenſetur, & iudicatur, ergo quas dominus ſeparatas arbitratur, licet alicui rei adhęreant per ſe tamen ſtare dicuntur, quia à domino per ſe recenſentur, & ſeparatæ enumerantur, hinc ea per ſe non ſubſiſtunt quæ ſeparatim non enumerantur, ſeu deſcribuntur, & ſeparatas dominus nō cenſet, non arbitratur; enumerantur autem per ſe, quæ non ita fuere per acquirētem feudo vnita, vt quaſi ab eo abſorpta vnitatem cum eo conſtituerent, per ſe autem non enumerantur, quæ ita vnita per acquirentem feudo vt quaſi abſorpta vnitatē cum eo conſtituerent, vt autem ita ſint vnita, vel non vnita pendet à voluntate acquirentis, ſi enim velit quæſita feudalia fieri, acquirendoque declaret ſe feudo, vt feudo acquirere, ſunt vnita feudo, neque per ſe cenſentur, vt multorum auctorita

65 tibus ante probauimus, atque huc ſpectat famigerata iuris ſententia † acceſſoria, & adiacentia naturam rei principalis in omnibus ſequi, *l. ſi quando, C. de bon. vacan. lib.* 10. ſi autem ſimpliciter acquirat, itant non appareat eum voluiſſe feudo formaliter accepto acquirere res ſeparata eſt, per ſe cenſetur.

Nihil facit ſi exempla quis animaduertens ponderet in exemplo eorū, quæ per ſe ſubſiſtunt poni prędium, contra vero in exemplo eorum quę per ſe non ſubſiſtūt poni ſeruitutem, quorum cum primū eius conditionis ſit, vt natura ſua per ſe ſubſiſtat, non voluntate acquirentis, ſecundum vero tale, vt natura non ſubſiſtat, itaut videatur dicendum ſubſiſtentiam, vel non ſubſiſtentiam per ſe à rei natura petitā in tex. non à voluntate acquirentis, Reſpondemus enim ea exempla poſita, vt ſimilitudine naturæ eiusq; effectibus voluntatis effectum cognoſceremus, vt quemadmodum fundus natura ſua per ſe ſubſiſtit ſeruitus nequaquā, ita eo animo acquiſita, vt per ſe cenſeantur per ſe quantum ad rem noſtram attinet ſubſiſtunt, quæſita verò vt alij accedant per ſe non dicuntur ſubſiſtere, quinimò adnotandū, quemadmodum poteſt voluntas acquirentis facere, vt res natura ſua per ſe ſubſiſtens, qualis eſt fundus; fiat tamen alterius acceſſoria, & ita quantum ad eius effectum non ſubſiſtens, ita econuerſo poteſt facere, vt res natura ſua non ſubſiſtens ſaltem æſtimatione, & eius arbitrio conſiderata per ſe ſubſiſtat, & ideo non ad commodum eius ſpectet ad quem res principalis pertinet, ſed ad commodum ſuorum hæredum, vnde planè conſtat, vt etiam ſupra admonuimus ſi Vaſſallus ſeruitutem feudo acquirat; non eo tamen animo, vt cedat in vtilitatem feudi eius æſtimationem feudo deuoluto ad hęredes Vaſſalli pertinere, §. *ſi Vaſſallus titul. hic finitur lex &c.* hinc text. noſter, quando inquit ſi res per ſe ſubſiſtere non poteſt exemplumq; in ſeruitute affert feudo accreſcere eſt intelligendus non limitatè iuxta exēplum propoſitum, ſeruitutis de rebus, quæ natura ſua non ſubſiſtunt, ſed de omnibus rebus quæ eo animo quæſitæ, vt per ſe non ſubſiſtant, neque de omni ſeruitute, ſed de ea quæ eo animo quæſita, vt eius commodum ad feudum ſpectet alioqui, vt antea admonebamus male in ſeruitute diſponeret, tum ſtatuendo directè, vt omnes ſeruitutes feudo accreſcerent contra *dictū §. ſi vaſſallus*; tum ſtatuendo indirectè, vt nihil eorum quod natura ſua ſubſiſtere poſſit feudo accreſcat, contra rationem generalem in eodem text. propoſitam feudatarium meliorem conditionem feudi facere poſſe.

Ex his apparet fallacem eam diſtinct. eſſe, quam ex cortice verbotū relatos tex. coniungentes ante dubitādi ſtudio, remq; exacte perpendendi eliciebamus hancque

que

66 que omnino amplectendam † Aut res voluntate acquirentis per ſe non ſubſiſtit, quia alteri adeo vnita, vt per ſe non cenſeatur, ideſt ex arbitrio acquirentis per ſe non deſcribatur, & ſiue natura ſua ſubſiſtat, ſiue non feudo cedit. Aut verò voluntate acquirentis per ſe ſubſiſtit, & tunc ſiue natura ſubſiſtat, ſiue non cedit omnino feudo, ſed vel ſeparanda, vel ſi dominus nolit, aut res ſeparari, nequeat preciũ reſtituendum, & hæc eſt vera ni fallor, & ſolida horum te- tuum ſententia, quam communiter interpretes amplectuntur, vt ex eorum dictis antea relatis apparet, licet non adeo explicatè textus allegatus enucleent.

67 Ad ſecundum reſpondendum † Baldum loqui de acquiſitione facta ſimpliciter non vero feudo vt feudo, quod ex eo apparet, quia loquitur de eo qui iuxta feudum, feudalem alium emit, non de eo, qui feudo vt feudo emit, eoque propoſito, vt acceſſio diſcreta non fiat feudalis, vera eſt, quando eſt omnino diſcreta, & quantum ad ſuam ſubſiſtentiam, & quantum ad voluntatem acquirentis, ſecus ſi voluntate acquirentis ſit concreta, licet ſua ſubſiſtentia diſcreta, alioqui volens non poſſet feudi conditionem facere meliorem quod falſum, vt ſupra.

68 Ad tertium reſpondetur † acceſſiones ſeparabiles ſpectare ad heredes vaſſalli, ſi verè ſeparabiles ſint etiã voluntate acquirentis, quia nõ fuerint feudo, vt feudo quæſitæ, & ideo factæ feudales, ſecus ſi feudo, vt feudo quæſitæ, & ſic factæ feudales, tunc enim à feudo verè inſeparabiles ſunt, licet à primis rebus feudalibus ſeparari poſſint, cum enim ipſę in feudum euaſerint à ſe ipſis ſepararentur, quod eſt ridiculum, inſeparabiles verò ſpectare quoad precium ad heredes ſi natura ſua ſolum inſeparabiles ſint, non vero etiam voluntate acquirentis, qui voluerit feudo, vt feudo acquirere, & ita communiter hanc regulam intelligi probant auctoritates antea perpenſæ, quas non repero, & iura ponderata.

69 Ad quartum reſpondendum † acquiſitionem factam ſub nomine dignitatis feudalis non facere tranſire in feudum, quando ſimpliciter eſt facta ſub nomine dignitatis feudalis, neque cętera concurrunt habilia, ſed potius de contraria requirentis voluntate appareat, prout in terminis propoſiti argumenti per non vnionẽ apparet, at nos in quæſtione ſupponimus habilia, nempè etiam vnionem, de qua aliquo modo ex facto appareat, regula enim vt acquiſitum dignitatis nomine dicatur ipſi dignitati quęſitum, habet locum in dubio, vbi nempè non apparet de contraria voluntate acquirentis, vt rectè *Ripa d resp. 3. numero* 7. ibi, vnde cum ex hoc cognoſcatur intentio Heliæ donantis, quod noluit Comitatum alieno acquirere Regno non refert vtrum nomen dignitatis fuiſſet antepoſitum, vel dumtaxat expreſſum.

70 Ad quintum reſpondendum, † aut Ripæ auctoritatem eſſe intelligendam de acquiſitis, & vnitis feudo materialiter accepto nempè bonis feudalibus non tamen, vt feudalibus, neque eo animo vt acquiſita feudalia fiant ſecus ſi de vnitis feudo, vt feudo, & ſic formaliter accepto ſub nomine feudi.

Vel in erronea eſſe ſententia à communi ſchola aliena, & a rationibus, & iuribus antea ponderatis.

S V M M A R I V M
quarti Articuli.

71 *Agnati, & Dominus directus* } *ſunt legitimi contradictores aduerſus fœminam petentem immiſsionem in melioramenta rerum feudaliũ, quan do conuentum vt omnes meliorationes feudales euadant, atque feudo finito ad dominum deuoluantur abſque precij reſtitutione.*

72 *Pactum vt finita emphyteuſi melioramenta pertineant ad dominum, abſque alia ſatisfactione valet.*

73 *Aedificia in ſolo feudali facta feudalia fiunt ſi pacto conuentum vt feudalia fiant omninoque naturam feudi ſequantur.*

74 *Secus ſi ea præſumptio poſsit capi, vt ædificans, ſeu rem feudalem quouis modo meliorem efficiens habuerit animum ſolummodo vtiliter gerendi proprium negocium, non verò domini.*

A R T I C V L V S   Q V A R T V S.

Quando fœmina petit immiſsionem in melioramenta, quando fuit conuentum vt omnes meliorationes feudales euaderent, atque finito feudo ad dominum directum deuoluerentur, abſque alia pretij reſtitutione.

71 BReuiter aſſerendum † agnatos & dominium directum legitimos eſſe contra-
dictores propter non ius fœminæ immiſſionem petentis, quod probatur.
Primò quia dicta fęmina nullam ſeparationem, aut æſtimationem melioramen-
torum prætendere poteſt, alioqui omnino pactum inutile eſſet nihilque prorſus
72 operarentur, † cum tamen in iure ſatis ſit manifeſtum tales pactiones, vt finita
emphyteuſi melioramenta pertineant ad dominum directum, abſque alia ſatisfa-
ctione optimo iure valere *Iaſ. in l. 2. n. 28. C. de iur. emphyt. poſt Bart. in l. iubemus
2. §. ſanè nu. 2. C. de ſacroſ. eccleſ.* Pariſ. *de Puteo de reinteg. feud. c. 14. incipit fuit
facta conceſsio, nu. 7.* quia pactum in rem ſcriptum afficit ſingularem ſucceſſorem,
l. 3. §. opus vbi Bart. nu. 2. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. qui diſtinguit intra pactũ
perſonale, & in rem ſcriptum, hoc tranſit, illud vero non tranſit ad ſucceſſionem
Valaſch. in quæſt. emphyt. q. 25. nu. 18. & fuit dictum *in una* Romana *ſaluiani in-
terdicti 10. Ianuarij 1611. coram R. P. D. Vbaldo.*
73 Secundo, quia † licet ſit controuerſia nunquid melioramenta, & ædificia facta
in ſolo feudali, feudalia euadant, aliquibus affirmantibus, & aliquibus negãtibus,
nihilominus ſtante huiuſmodi pacto, vt dicta melioramenta non ſint reſtituenda,
videtur vera opinio, vt fiant feudalia omninoque naturam feudi ſequantur, itaut
quantum ad dominium directum ſtatim fiant domini directi, quantum vero ad
vtile, fiant vaſſalli, quam opiuionem inter omnes apertiſſimè profitetur *Gabr. con-
ſil. 188. nu. 88. vol. 1. ſequiturque* Rota *in una Lucana Molendini 27. Iunij 1612 co
74 rã* R. P. D. *Penia, licet videatur eadẽ contra ſentire in ſup. allegata* Romana *ſal-
uiani interdicti coram Vbaldo* † contraria enim opinio procedit, quando poteſt ca
pi ea prꝗſumptio, vt ædificans, ſeu aliter rem feudalem meliorem efficiens, habue-

rit animum ſimpliciter gerendi vtiliter proprium negotium, non vero domini, quem in re noſtra ſimpliciter habere non potuit, cum ſciret futurum, vt finito feudo omnes acceſſiones, in vtilitatem domini directi caderent, quamobrem ſolum potuit habere animum fruendi acceſſione vſque ad feudum finitum, non vltra; quia certum erat, non vltra neque ſe ipſum, neque hæredes ſui poſſe, quamobrem cum habuerit animum fruendi tantum vſque ad feudum finitum, ſibi limitatè quantum ad hanc fruitionem attinet præſumetur acquirere voluiſſe domino vero, in eo quod reliquum, & per conſequens habuiſſe animum ſibi acquirendi dominium vtile, domino vero directum, & in his terminis rectè loquuntur *Bartol. in l. prima, §. primo, colum. prima in princip. verſic. non obſtat contrarium, ff. de ſuperficiebus, Bald. in cap. primo, §. ſi quis de manſo colum. prima in princip. ſi de inueſt. feud. fuer. contro. Afflict. in §. ſi vaſſallus, num. 18. titulo hic finitur lex &c. Cephal. conſil. 183. num. 39. Ruin. conſ. 135. num. 12. verſic. item expenſas, lib. 3. cum alijs concordan. ad Surd. deciſ. 300. num. 10.* qui arbitrantur eiuſdem iuris æſtimari melioramenta cuius eſt fundus, vt ſcilicet ſi fundus ſit feudalis, vel emphyteuticus melioramenta quoque ſint feudalia, vel emphyteutica, ſi igitur talia melioramenta euadunt eiuſdem conditionis, cuius feudum, cum ſupponamus in feudum fœminam non immitti, idem ratione horum melioramentorum erit aſſerendum, cum eiuſdem omnino iuris exiſtant.

S V M M A R I V M
Articuli quinti.

75 *Agnati* / *Dominus directus* } *ſunt legitimi contradictores aduerſus fœminam inſtitutam immiſſionem petentem ratione melioramentorum in re feudali factorum conuentione ſtante ne vaſſallus feudum melius facere poßit, quando meliorationes non erant neceſſariæ, ſi vero meliorationes erant neceſſariæ non ſunt legitimi contradictores, vt numero 77.*

76 *Meliorationes donandi animo factæ videntur à viro in mala fide conſtituto.*

78 *Pactum ne liceat meliorare non refertur ad impenſas neceſſarias, ſine quibus res ſeruari nequit.*

79 *Seruatio rerum Reipublicæ intereſt.*

80 *Pactum ex quo rerum peremptio ſequitur quaſi contra publicam auctoritatem, & bonos mores non eſt ſeruandum.*

ARTICVLVS QVINTVS.

Quando fœmina petit immiſſionem in melioramenta conuentione ſtante ne vaſſallus feudum melius facere poſſit.

75 DIſtinguendum † Aut fuere meliorationes non neceſſariæ, licet forte vtiles, Aut neceſſariæ,

Primo caſu aſſerendum non eſſe legitimos contradictores,

Probatur, quia talium meliorationum æſtimatio, aut ſeparatio prætendi ne-
76 quit, † ſi quidem à viro in mala fide conſtituto factæ fuere, ſciebat enim ſibi id non licere, quod ita eſt intelligendum non licere, vt inde commodum conſequi poſſet vnde donandi animo meliorationes factæ videntur facit *tex. in* §. *ex diuerſo, Inſtit. de rer. diuiſ. & in l. ſi is contra quem, C. de ædific. priuat. & regula iuris per errorem, ff. de reg. iur. ita determinat Garzon. in tract. de fœm. ad feud. recipiend. verſic vigeſimo ſeptimo reſtringitur in fine*, quem refert, & ſequitur *Roſental. de feud. c. 7. concluſ. 54. num. 2.* Si ergo fœmina has meliorationes prætendere nequit, conſequens eſt, vt per exceptionem defectus proprietatis, de qua ab initio apparet, à contradictione excludatur.

77 Secundo caſu, † quando fuerunt nimirum neceſſariæ, contraria ſententia eſt tenenda, æſtimationem hæredi, & per conſequens fœminæ inſtitutæ perſoluendum, & ideo eius nomine immiſſionem prætendere poſſe, donec eo nomine
78 ſibi ſatisfactum, & ſui contradictionem ceſſare, Ratio eſt, † quia pactum ne liceat melius facere, non refertur ad impenſas neceſſarias, ſine quibus ſeruari res non potuiſſet, Tum quia non præſumitur dominus rei ſuæ interitum paciſci,
79 tum quia talis pactio Reip. inutilis cuius rerum † ſeruitio intereſt, §. *conſidera-*
80 *ui in Authent. vt ius ſine quo ſuffragia coll. ſecunda.* Ideo † tamquam contra publicam vtilitatem, & bonos mores non ſeruanda, *l. generaliter de verbor. obligat.* & in terminis ita ſentit *Roſental. dicta concluſione 54. num. 20. verſic. quod quidem ad vtiles.*

SVMMARIVM

Articuli ſexti.

81 *Melioramentorum ratione ſæpe poſſidenti ius competit, & ſic exceptio, non poſſidenti verò non competit actio.*

82 *Locupletari nemo debet cum alterius iactura.*

83 *Reſtitutio in integrum minori reſtituitur ob denegatam immiſſionem quando ſequuta eſt læſio.*

Declara vt num. 87.

84 *Agnati* / *Dominus directus* } *ſunt legitimi contradictores aduerſus fœminam inſtitutam petentem immiſſionem ſolummodo ratione melioramentorum in bonis feudalibus factorum, ſi poſſident, quamuis certum ſit talia melioramenta fœminæ deberi,*

85 *Poſſeßio ex parte vaſſalli poßidentis rem vt feudalem non minus eſt priuilegiata, quàm poſſeßio ex parte fœminæ poßidentis ratione melioramentorum tantum.*

86 *Impenſarum æſtimatio in rebus feudalibus facta finito feudo an, & quatenus hæredibus vaſſalli debeatur.*

ARTICVLVS SEXTVS.

Quando in confeſſo eſt melioramenta, vel ſeparanda, vel pretium reſtituendum, Dominus tamen directus iuſtam feudi poſſeßionem obtinuit, vel etiam agnati, ad quos meliorationes non pertinent.

Videtur primo aſpectu dicendum non eſſe legitimos contradictores, ne fœmi-
81 na patiatur irreparabile damnum, cum enim non raro contingat, † vt hæres, ſi poſſideat habeat quidem ius retinendi ratione melioramentorum, & ſic exceptionem; ſi verò non poſſideat nulla ei competat actio ad meliorationes petendas. *l. in fundo, vbi etiam DD. communiter, ff. de rei vendic. & in §. ex aliena, Inſtit. de rer. diuiſ. Bart. in l. ſi non ſortem 26. §. ſi centum, ff. de cond. indeb. num.* 4. quem ibi ſequuntur Doctores communiter *iuncta l. ſi in area* 33. *& ibi DD. ff. de condit. indeb.* conſequens eſt, vt ſi ei non proſit remedium poſſeſſorium, quo mediante poſſeſſione obtenta, retentione vtatur pro meliorationibus conſequendis de illis
82 actum ſit, ſequaturque abſurdum, † vt aduerſarius fiat locuples cum alterius iactura *contra cap. de reg. iur. in 6. & l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb.*

83 Secundo, quia † ex facto *Odofredus refert in l. fin. C. qui leg. perſon. ſtand. in iud haben.* & poſt eum *Boer. deciſ.* 350. *num.* 4. cum quidam magnas poſſeſſiones in feudum tenens factis in ijs multis neceſſarijs, & vtilibus expenſis filia pupilla relicta deceſſiſſet eam ab agnato turbatam, cum vero poſſeſſorio vti poſſidetis agens ſuccubuiſſet deinde reſtitutionem in integrum petijſſet, reſtitutam contra ſententiam fuiſſe, quoniam magna eius fuiſſet læſio, vt quod impenſas ſi non poſſediſſet actionem non habuiſſet, ſed benè poſſidens iure retentionis, vti potuiſſet ex quibus conſtat etiam poſſidente aduerſario hæredem nihilominus immitti ne læſionem patiatur.

84 In contrarium † eſt veritas, quæ probatur

Primo, quia quando planè conſtat bona eſſe feudalia, & talia ad quæ fœmina non admittenda, eam non poſſe immitti aduerſario poſſidente ſupra ſtatutum, tunc enim tantum ad poſſeſſionem admitti videmus, quando ſaltem coloratam aliquam rationem allegat, ob quam dubium Iudicem reddere poſſit an ipſa feudalium ſit capax, conſtat autem in re noſtra omnino incapacem eſſe cum ſolum ad prætenſionem melioramentorum ſe reſtrinxerit, neque ius in feudo, vt feudum prætendat.

Secundo quemadmodum ſi fœmina poſſideret non eſſet ab ea rei poſſeſſio auferenda, niſi ei ſui crediti nomine ſatisfactum, quia conſtat eam ius aliquod habere; ita econuerſo, ſi dominus, vel agnati poſſideant non erunt priuandi ſuo feudo, niſi id omne relinquatur, quod ſupereſt deductis expenſis, quia conſtat eos
85 maximum ius habere, † non enim minus debet eſſe priuilegiata poſſeſſio ex parte agnati; ſi æque iuſta, quàm ex parte fœminæ cum is poſſideat, vt dominus, ea verò, vt creditrix, ad eum res principalis ſpectat, & vt plurimum pro maiori parte,

raro

raro enim contingit meliorationes rei principalis vires ſuperare; ad eam acceſſorium, & pars minor, regulaque vt in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis de qua ſupra in quocumque iuſto poſſeſſore locum habet.

Ad primum reſpondendum legem non reputare damnum, vt aliquando fœmina talium impenſarum æſtimationem non conſequatur, ſi enim damnum reputaret numquam denegaret actionem, In tantum ergo damnum id ſentit, in quantum præſtat fœminæ remedium opportunum; in quantum verò non præſtat, non ſentit damnum, alioqui imperfecta admodum lex, quæ in neceſſarijs deficeret, quibus potuiſſet, facillime, perfecteq. cõſulere, in illis enim caſibus, in quibus con-
86 cedit ſolam retentionem, non verò actionem, non reputat † impenſarum æſtimationem ſimpliciter deberi, vt ſimpliciter præſtanda, ſed ſecundum quid, ita vt ſecundum quid præſtanda, nempe cum mediante retentione obtinere poſſit; ideo ridiculum profectò eſſet, vbi lex denegat actionem pro re credita limitatè conſequenda, nos interdictum concedamus pro maiori re obtinenda, & retinenda, in qua vt acceſſorium, & pars vt plurimum minima res credita continuatur, ſi enim quod minus denegatur, multò magis denegandum quod maius.

87 Ad ſecundum reſpondendum † præfatos Auctores non loqui agnato ſine vitio poſſidente, ſed ſupponere fœminam primo poſſediſſe, & turbatam ab agnato, & ſic cũ poſſideret fuiſſe in ea cõditione, vt ſuas meliorationes ſibi debitas mediante retentione conſequi potuerit, ea verò vitioſè priuata turbata poſſeſſione, ideo non eſt mirum, ſi reſtituenda, quia multum ablatum nempe remedium, quod antea habuit meliorationum conſequendarum; ſecus ſi nunquam poſſediſſet, nec turbatione mediante, ſed legitimo modo agnati poſſeſſionem obtinuiſſent, tunc enim nullam læſionem prætendere poſſet, non enim modum impenſarum conſequendarum amittit, quem nunquam habuit, cum nunquam poſſeſſionem obtinuerit.

Vel ſecundo procedit auctoritas præfatorum, quando fœmina petebat immiſſionem agnatis nondum poſſidentibus, ſecus ſi agnatis iuſtè poſſidentibus immiſſionem prætendat, vt in caſu noſtro.

FINIS.

Henricus Clericus publ. auth. corr.

Complura errata in hoc opere imprimendo furtim irrepſere. Complurium correctionem hic adnotauimus; Reliqua prudenti Lectori corrigenda relinquimus.

Locus erratorum	Errata	Correctio.
Quæſtio 1. in ſum n. 9.	Alijs, &	Alijs etiam
nu. 2. in corpore	Lobuenire	l. lege obuenire
Quæſt. 2. in ſum. n. 32.	includit	excludit
nu. 99.	ad	id
	eam	cauſam
nu 102.	agendum	circa heredem immittendum quando plures veniunt cum diuerſis teſtamentis.
nu. 107.		
nu. 5. in corpore	aduerſus	aduerſus intẽtãtem
nu. 102.	l. neq. natales	l. vel negare ff.
nu. 250.	poſt vocem caſibus deſiderantur verba	Quibus hoc beneficiũ competere non poteſt aut in aliquo ex illis
nu. 278. in corpore	dicta procedunt in contradictore à Beroo	dicta à Beroo procedũt in contradictore
quæſt 3 nu. 47.	adiecit	adiuit
nu. 2. in corpore	partes Iudicis executoris	partes executoris
	ludouico	Ludouiſio
	fallum	falſum
	oſtendit	non oſtendat
	fateri eum	fateri fatuum eum
nu 130.	actum	actu
nu. 143. in corpore	& alij	& alij ff. de acquir. poſſeſ.
nu. 143.	ſecundo.	tertio
nu. 159.	ſup	infra
Quæſt. 4. in prin. art.	Teſtatore ab herede	Teſtatore
nu 16. in corpore	vel ita	velim
nu. 33.	panem	parum
nu. 65.	prætet	Prætor
nu. 67.	Burant	Durant.
nu. 72.	cum	non
quæſt. 5. in prin 8. art.	Teſtatore	Teſtatore obtinuit
quæſt. 7. n 29 in corp.	in l. 2.	il 2.
nu 155. in ſum.	ingreditur	egreditur
nu. 157.	eum	cum
quæſt 9. nu. 41 in ſum.	profeſsio	poſſeſsio.
nu. 37.	quaſi	praxi
nu. 39.	retinendam	reſtituendam
quæ. 10. n. 53. in corp.	factus	fatuus
nu. 99. in corpore	poſſeſsionis	poſſeſſoris
nu. 100.	poenam incidit	poenam non incidit
nu. 80.	conceſsit	Iudex conceſsit
nu. 11.	vel partis	vel per partis
nu. 122.	aduerſarijs	aduerſarij
nu. 122. in fine	licentiæ	licere
nu. 145.	vis	ius
nu 150. in fine	aliquam	reliquam
nu. 167. in corpore	quod reliquũ ad fidei commiſſarium ſpectare eſt	quod reliquum eſt ad fideicommiſſariũ ſpectare
nu. 188.	ſatisfacere eſſet	ſatisfacere hæredẽq. immittere ad hunc finem eſſet
nu. 223. in fine	in fideicomiſ.	iure fideicommiſsi
nu. 142. verſ. ad 4.	quartum	quarum
ante nu. 253.	feciſſe	corpiſſe
nu. 260 in fine	eo vnlente	eo non vnlente
nu. 276.	ad tradita quinto	ad tradita ſupra
quæſt. 11. n 19. in corp.	concludẽdũ	conſulendum
quæſt. 13 in prin quæ.	haberem	hæredem
nu. 3. in corpore	poſſeſſarum	poſſeſsionem
nu. 13.	partim ad quod nõ habet	partim habet partim non habet
nu. 25.	Pius	Picus
nu. 47	tertijs	triuis
nu. 48.	prima conſtitutionis Codicis	prima conſtit. C.
nu. 50.	pert pactis petere	peten part. petentib.
nu. 77.	aſtringere	attingere
nu. 95.	totum	tutum
nu. 102. in ſum.	hæredis	vxoris
nu. 99. in corpore	autem	aut
nu. 106.	ſcrader	ſchrader de ſeud.
nu. 108.	indiuiſum	limitatum
quæſt. 14 n. 11. in corp.	abeſſe	obeſſe
nu. 19.	non talis	talis
nu. 23.	vbi non dat. poſſeſsio ventri, &	vbi nõ poteſt dari poſſeſsio ventri, ibi
nu 58.	priuatione	prouiſione
nu. 65.	Ian.	In.
quæſt. 15. nu. 2. in ſum. fal. p.	immittatur	innitatur
nu 49 in corpore	puniti	prouiſi
nu. 59.	Nuntiũ poſſediſſe	Nuntium prouidiſſe
nu. 62. in fine	de latere nos miſtro	de latere nos miſſus
nu. 126.	vitioſis	gratioſis
nu. 196.	contradictione	contradictio, in
nu. 111. in corpore	Ian.	Tan.
nu. 131.	cenſeo	certo
nu. 179.	res affirmatiue	tres affirmatiuæ
quæſt. 16. n. 3 in corp.	Caratiuli	Caciuncule
nu. 4.	Ad primum	primum
nu. 8.	gloſ. ord.	gloſ. O
nu. eodem	vt poſſeſsionis	ui
nu. 13.	Cunali	
nu. 17.	ſuperiori	
nu. 21.	deu	
nu. 31.		
nu. 64. in co		
quæſt. 17.		
quæ. 18		
nu.		
q		
c		